UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S. Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, & singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

urn:nbn:de:hbz:466:1-61921

Visual Library

Th. 4759.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Al. II
30

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

TRACTATUS

JURISDICTIONIS ORDINARIÆ IN EXemptos, illorumque exemptionis ab ordinaria Jurisdictione

TOMUS III.

QUO PRÆTER VARIAS AC PERVTILES Additiones præcipuis & in foro potissimum occurrentibus Tomi primi Quæstionibus annexas, etiam

S. ROTÆ ROMANÆ

DECISIONES NOVISSIMÆ DE EAdem materia editæ, & singulari studio selectæ continentur,

Hac postrema editione præcedentibus duobus Tomis primum additus.

OPERA

JOAN. PETRI VERHORST

Colonien. J. U. D. & Prothonotarii Apostolici.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Sumptibus Hæredum JOANNIS WIDENFELDT, & GODEFRIDI de BERGES, Anno 1684.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



ADDITIONES ET DECISIONES S. ROTÆ ROMANÆ

ad Tractatum

ERASMI à CHOKIER

De Jurisdictione Ordinarii in Exemptos.

PRÆFATIO.

QUod Hebræis olim scripsit Apostolus, nihil ad perfectum adduxit lex, idipsum mutatâ paulisper sententiâ, verbis tamen iisdem liceat dicere de quavis humana lege. Uti enim veteris legis à Deo traditæ perfectio gratia erat, quæ per Christum facta est, non per ipsam legem, ita humanæ legis perfectio & finis, quo consumatur, non consumitur, ipsa est operatio, ut Philosophus inquit *in 6. Ethic. cap. 7.* ad quam tamen ipsa lex sua virtute neminem adducit. Quid enim aliud indicant verba illa Juliani J. C. *in lib. 10. ff. de Legib.* Neque leges, neque Senatus consulta ita scribi possunt, ut omnes casus, qui quandoque inciderint, comprehendantur, *& eiusdem in l. 12. eod. tit.* non possunt omnes articuli sigillatim aut legibus aut Senatusconsultis comprehendi; nisi hoc ipsum, quod lex nihil ad perfectum adducit: necessaria est igitur prudentum interpretatio, per quam ea, quæ generaliter legibus constituta sunt, singularibus applicentur. Quisquis igitur & modernorum & antiquorum scripta evolverit, mirabitur, cum ea ubique additionibus plena viderit; mirari desinet, ubi & legis & hominis conditionem agnoverit: Scripta sunt doctissima, fateor & elegantissima, nec tamen ideò perfecta; perfecta opera ab homine desiderare, nescio si hominis sit, certe prudentis non est. Quocirca nec inanem, nec omninò novam rem me facturum existimavi, si præclarissimi J. C. ERASMI à CHOKIER, de Jurisdictione Ordinarii in Exemptos

emptos, doctissimè elaboratis Commentariis, quorundam singularium easdem singulares Decisiones subjicerem, non quasi ipsum opus, alioquin satis elimatum, perfecturus, sed ea, quæ in illo sub universalibus verborum involucris quasi abscondita videbantur, sublato cortice in contingentis facti aperta singularitate ostensurus. Nec verò aliorum mihi Prudentum interpretationes quærere visum fuit, quàm eorum, quos ex omnibus orbis terræ partibus, in unum collectos, atque in circuitu S. Sedis Apostolicæ, velut in Rota non volubili, sed fixa positos, Romana & universalis Ecclesia suspicit & veneratur. Quibus si pauca illa adjunxeris, quæ ex eruditissimis quondam Illustrissimi & Reverendissimi D. Prosperi Fagnani iscriptis, diligenter segregata singulis quæstionibus subtexui; totum hoc Additionum Opus in ipso fonte, unde haustum est, habebis, solus ordo, sola dispositio mea est, cætera aliena. Si quid inconcinnum erit aut inordinatum, festinanti mihi facile benevolus Lector indulgebit, sive quæ pluribus locis repetita inveneris, non superfluitatem incuset, sed meminerit firmamentum sententiæ, secundùm D. Augustini dictum, in repetitione esse, ad significationem rei sufficere unum, ad significationem firmamenti accedere alterum.

CENSURA ORDINARII.

TRactatum ERASMI à CHOKIER Juris Consulti Leodiensis in duos Tomos ab ipso Auctore distinctum, unà cum Tomo tertio complectente varias ac perutiles Additiones, nec non Sacræ Rotæ Romanæ Decisiones novissimas cura & studio Nobilis & Clarissimi Domini JOANNIS PETRI VERHORST, Colonensis, J. U. Doctoris & Prothonotarii Apostolici diligenter collectas, ac ritè dispositas, attentè legi, qui cùm nihil fidei Catholicæ contrarium, aut bonis moribus dissonum contineat, utiliter imprimi poterit. Ita censeo & sentio Coloniæ Agrippinæ hac 20. Martii 1684.

F. THEODORUS DEGHENS S. T. D.
Canonicorum Regularium S. Crucis ad Rhenum
Provincialis, & Prior Coloniæ, Librorum Censor
Ordinarius mp.

Ad 1. partis Quæst 1. *Additio.*

QUia exemptio definitur liberatio à jurisdictione Ordinarii, non otiosè hoc loco quæritur de quonam ordinario id intelligendum sit: nam ordinarii nomen pluribus commune est, in qua quæstione dicendum primò & per se intelligi de Episcopo ejusque Vicario, à cujus jurisdictione omnes exempti liberati sunt, præterquam in casibus specialiter à jure & præcipuè à facto Concilio Tridentino Episcopo reservatis, quos latè recenset *Fagnanus in cap. grave. num. 57. de offic. ord.* Secundò autem nomine ordinarii comprehenduntur Archidiaconi, & Archipresbyteri, aliique si qui sunt Episcoporum Coadjutores, de quibus *per D d. in cap. 1. de et. & qual.* Nam si exemptio liberat à potestate Episcopi tanquam principali, utique liberabit etiam ab accessoria Archidiaconorum & Archipresbyterorum jurisdictione.

Neque hic nomine ordinarii excludendi sunt illi, qui quamvis ordine episcopali insigniti non sint, jurisdictionem tamen episcopalem habent, de quibus *vid. glos. in clem. 1. §. volumus in ver. diœcesanis. de foro compet. & ibi Abb. num. 15. Felin. in cap. cum olim num. 1. vers. secundo limita. de præscrip.*

Undè nascitur quæstio, quid dicendum in casu, quo aliqua Ecclesia regularis simul esset Cathedralis, uti contingere potest & obvium est in pluribus Ecclesiis Hispaniarum, de quibus *Barbosa de can. & dignit. cap. 1. num. 11.* Vel ubi Abbas in loco aliquo haberet territorium separatum cum jurisdictione episcopali: an videlicet tali casu Monachis vel Canonicis regularibus talis Ecclesiæ in aliquo prosit exemptio, ut per eam possint dici ab ordinario liberati. Super quo dubio aliàs in Rota responsum fuit, non prodesse exemptionem nisi quo ad regularia instituta, ut *in decis. 157. coram Coccino & decis. 144. num. 334. part. 12. recent. & dicit author infra part. 5. quæst. 39.* Alibi tamen sacra congregatio concilii clarius distinxit duplicem talium Prælatorum personam, dum respondit Prælatos regulares nullius diœcesis, & habentes jurisdictionem quasi episcopalem posse exercere omnia illa in regulares exemptos intra suum territorium existentes, quæ ex concilio competunt locorum ordinariis contra alios exemptos, uti refert *Fagnan. in capit. accedentibus num. 40. de excess. Prælat.*

Quæres an ad exemptionem requiratur immediata subjectio Apostolicæ Sedi? R. negativè, alioquin enim nulli regulares verè exempti dicerentur, cum ipsi loco Episcoporum suos habeant Prælatos regulares, ut *notat Federic. de senis cons. 145. num. 2. & 7. Abb. in cap. cum ab Ecclesiarum num. 10. de offic. ord.*

Quid autem prosit exemptio his qui in Urbe Romana & ejus districtu habitant, cum ibi Papa sit ordinarius loci simul & ordinarius exemptorum. *Can. multa distinct.*

distinct. 93. glos. in cap. auctoritate §. inhibemus de privilegiis in 6. Colligitur ex diversa considerationè pontificalis officii diverso modo & diverso respectu exerciti: Papa enim triplicem gerit personam; nempè est universalis Ecclesiæ Episcopus *can. seqq. Ecclos can. 3. quæst. 5.* Est etiam Metropolitanus provinciæ Romanæ & Archiepiscopus Urbis Romæ. *Can. statuimus distinct. 4. can. 2. can. 5. quæst. 4. & l. victor. cod. de Summ. Trinit.* Est denique ejusdem Urbis Episcopus, & Diœcesanus. *Can. signa Episcopus can. 2. quæst. 6. Archid. & Ioan. Andreæ in Rub. de constit. lib. 6.* Porrò universalem in Ecclesia jurisdictionem Papa exercere solet per eum, quem hodie in Curia Auditorem Cameræ vocant, qui est judex ordinarius omnium appellationum, quæ à sententiis quorumcumque ordinariorum ad Sedem Apostolicam interponuntur, ut *in Bulla 28. Pauli V. incip. ad eximiæ fidelitatis §. 10.* A cujus proindè auditoris jurisdictione neque regulares, neque alii quicunque exempti liberi sunt, de quorum causis & excessibus data est ei facultas plena cognoscendi & decidendi, ac culpabiles puniendi; ita tamen ut in causis regularium, qui suos habent ordinarios Prælatos regulares, immiscere se non possit in prima instantia, sed demum in gradu appellationis, pro ut latè refert *Fagnan. in cap. de priore num. 19. 31. & 36. de appel.*

Alteram autem ordinariam potestatem in Urbe Roma & ejus districtu tamquam in propria Diœcesi exercet Papa per Vicarium Urbis, quem esse ordinarium, eoque locum habere omnia jura de ordinariis loquentia tradit *Vestr. in prax. lib. 2. cap. 16. num. 1. Et Ridolphin. lib. 1. cap. 7. num. 75.* Cui proindè tanquam ordinario regulares & exempti subjecti non sunt, præterquam in casibus, quibus aliis locorum ordinariis subderentur. Et cum de facto quæreretur, an Bulla Gregorii XV. quâ prohibentur erigi novi conventus regularium, cum sola licentia ordinariorum, nisi in eis saltem duodecim religiosi congruè sustentari possint, locum habeat in Urbe & ejus districtu, ideò quod nullus ibi adesse videatur ordinarius, & consequenter Bulla mentionem faciens de ordinariis, solum procedat quo ad loca extra Urbem; responsum tamen fuit habere locum in urbe, cum ibi ordinarius loci sit Eminentissimus Vicarius. *Rota decis. 54. num. 16. par. 13. recent.*

Illud quoque ad quæstionem de ordinariis singulariter addendum, quod si Papa concedit privilegium, ut monasterium aliquod sit exemptum ab ordine suo & ordinariis, intelligi debet de ordinariis religionis, non verò de ordinariis locorum. *Rota. decis. 156. num. 8. par. 1. recent.*

DECI-

DECISIO PRIMA.

De jurisdictione Episcopi in Monachos suæ Ecclesiæ R.P.D. Coccinno Montis Regalis jurisdictionis.

Est inter impressa Coccini decis. 157.

Lunæ 8. Martii 1604.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus est caput; & loco Abbatis in Ecclesia Cathedrali regulari, & habet omnimodam jurisdictionem in Monachos exceptis iis quæ concernunt regularia instituta. N. 2.*
2 *Verba prolata ab habente potestatem dispensandi, important causam, non conditionem.*
3 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*
4 *Dictio: vel, est augmentativa, & ampliat dispositionem etiam ad diversa.*
5 *Statutum recipit interpretationem à jure communi.*
6 *Episcopus non habet jurisdictionem in Monachos S. Benedicti.*
7 *Fallit quando Ecclesia Cathedralis est regularis.*
8 *Unio intelligitur facta sine præjudicio tertii.*
9 *Ex separatis non fit illatio.*
10 *Concilium Tridentinum sess. 21. cap. 8, loquitur de Monachis existentibus in locis exemptis.*

DUbitavi, an & quam jurisdictionem haberet Reverendissimus D. Archiepiscopus in Monachos monasterii Montis Regalis, tam in Ecclesia, & Monasterio, quàm extra, & Domini unanimiter censuerunt, omnimodam jurisdictionem ipsorum habere, & in omnibus casibus, exceptis iis, quæ concernunt regularia instituta. Verba enim Bullæ Pauli III. visa fuerunt satis clara. *In §. declarans etiam*; ubi dicitur, quod Archiepiscopus est caput ipsorum Monachorum, declarando illorum exemptionem à visitatione, & correctione Archiepiscopi, quo ad regularia instituta tantum, & non quo ad supradicta in Bulla, vel excessus perpetratos, vel perpetrandos, in quibus visitationi & correctioni Archiepiscopi, pro ut sunt subjecti, sint, & esse censeantur. Et hæc quidem dispositio est conformis dispositioni juris communis. Cum enim agatur de Ecclesia Cathedrali regulari, 1

ari, Episcopus est caput, & loco Abbatis Monachorum, & ipsi loco Canonicorum, *Doctores in cap. causam de jud. 1. Host. in principio. Ioan. And. num. 3. Ant. Antiq. num. 2. Bellam. num. 1. & 2. Butz. num. 4. & 8. Imol. num. 1. dec. num. 3. & Abb.* qui loquitur expressè de Ecclesia Montis Regalis *num. 8. & seq.*

2 Et idem Episcopus etiam de jure communi, exceptis iis, quæ concernunt regularia instituta, habet omnimodam jurisdictionem in Monachos Cathedralis regularis. *cap. 1. ne sed. vac. gloss. final. in cap. nullus vers. ut Episcopus etiam secularis de elect. in 6. ubi Anchar. numer. 3. vers. Sed adverte. Ioan. And. num. 3. vers. in gloss. ult. Gemin. num. 7. vers. in ea gloss. ibidem. Franc. num. 3. vers. in gloss. fin. Corn. cons. 133. num. 4. lib. 2. ubi n. 5.* Apparet de hoc non esse hæsitandum, cessantibus indultis, & consuetudinibus particularibus loci, propter quæ in illo casu ipse consuluit contrarium. Et hanc sententiam alias sequuta fuit *Rota coram Ordinario in pensionis jurisdictionis 27. Februarii 1558. quæ etiam refertur, licet diversis verbis inter Miscellaneas Cottæ sub num. 56.*

Nec placuit Dominis, verba Bullæ, pro ut sunt, esse intelligenda conditionaliter, non causativè, quia contrarium est verius. Tum quia D. Archiepiscopus habet dispositionem juris pro se. Tum etiam quia hujus nodi verba sunt prolata ab
3 habente potestatem disponendi in dispositione certa, & ideò important causam, non conditionem. *Felyn. in c. 2. num. 10. de rescript. & tenuit Rota coram Lauretano in Curien. jurisdictionis 5. Novemb. 1576.*

4 Et hoc etiam evidentissimè apparet, cum Monachi eximantur à jurisdictione Domini Archiepiscopi, quo ad regularia instituta tantum; quæ exceptio firmat regulam in omnibus casibus expressè non exceptuatis. *Bart. in l. quæsitum §. denique qui in aliena §. libert. ff. de neg. gest. ff. de fund. instruct. & præscribit.* quod ad alia non expressa exemptio extendi nequit.

Minus etiam placuit Dominis, verba Bullæ esse intelligenda de jurisdictione quo ad Ecclesiam tantùm; quia Bulla ulterius prosequitur, scilicet, vel excessus
5 perpetratos, vel perpetrandos &c. quæ dispositio non solùm est generalis, comprehendens omnia, sed etiam augmentativa propter dictionem *vel*, quæ ampliat
6 dispositionem etiam ad diversa, *Cravet. cons. 326. num. 2.* quæ eò magis vera sunt, quia cum jure communi concordant, à quo verba statutorum interpretationem assumerent, ubi dubia viderentur. *L. 2. c. de noval. c. cum dilectus de consuet. Alexan. in l. nam quod §. non omnis ff. ad tribell. Iaf. in auth. novissima num. 24. c. de in off. testam.* Undè non potest dici, vigore Bullæ jurisdictionem Archiepiscopi restringi, ultra quàm bulla ipsamet faciat.

7 Nec subsistit, quod Episcopus non habeat jurisdictionem, etiam quod procedatur in figura judicii, cum isti Monachi sint ordinis sancti Benedicti, *Abb. in c. quanto de offic. ord. Rom. Consil. 375. cum aliis.* Nam omisso quod isti Doctores non

loquun-

loquuntur, quandò Ecclesia est Cathedralis regularis; contrarium est verius de 8
tre cap. cum persona de privil. in 6. cap. 1. de offic. ordin. c. omnes Basilicæ. 16. quæst. 7. &
tenet. in d. cap. quanto Innoc. num. 2. Host. num. 9 Joan. And. num. 15. Anchar. num.
16. Henric. Boich num. 4. Bellam. num. 8. vers. aut igitur & Butr. num. 20. dec. in cap.
ua nobis num. 16. de confirmat. util. vel inutil. Firman. de Episc. lib. 4. part. 2. quæst.
35. num. 81. vers. & quia dixi. Capell. Tholoss. decis. 309. Et hanc opinionem tan-
quam veriorem & communiorem sequuta fuit Rota in causa Augustana exemptionis. 13. Novem-
bris 27. Maij 1573. coram Oriolen. Et in alia Cæsaraugustana exemptionis. 13. Novem-
bris 1587. & 28. Martii 1588. & 12. Februarii 1590. coram Orano.

Minus etiam subsistit, dum dicitur, quod in omnem eventum cessat jurisdi-
ctio D. Archiepiscopi stantibus privilegiis venerabilis Congregationis Cassinen. cui
stit unita Congregatio Sicula ad cap. cum personæ de privil. in 6. Corn. d. cons. 193. nu-
mer. 7. lib. 2. Capell. Tholoss. decis. 309. & censuit Rota in prædicta decisione Cottæ.
2. de relig. dom. Rebuff. in prax. tit. de erect. in colleg. vers. & in hac erectione Put. decis.
268. num. 3. lib. 2. Undè per talem unionem non censetur derogatum jurisdictioni
D. Archiepiscopi.

Et cessat omnis difficultas, quia in Bulla erectionis Congregationis Siculæ,
in cujus locum subrogata est congregatio Cassinen. expressè legitur, sine præjudicio ju-
rium Archiepiscopi, quare hujusmodi privilegia non possunt Monachis suffragari,
dum degunt in monasterio Montis Regalis jurisdictioni Archiepiscopi subjecto. cap.
1. §. in eos de privil. in 6. ibi nisi forsan ipsi Monachi, ubi Franc. in 2. Not. & Gemin.
num. 5. & 6. Capic. dec. 59. in fin.

Nec facit, quod Monachi habeant mensam separatam, de qua disponunt, 9
& negotia Archiepiscopi, & Monachorum sint separata; quia ex hoc non potest
inferri ad non jurisdictionem D. Archiepiscopi, Cap. edoceri de rescript. Et vide-
mus, quod capitula sæcularium Ecclesiarum habent mensam separatam, & nego-
tia separata, & non propterea jurisdictio Episcoporum eliditur. tot. tit. de his quæ
sunt à Pralat. sine cons. cap. Doct. in d. cap. edoceri de rescrip.

Nec etiam Monachis suffragatur dispositio sacrosancti Concil. Trid. sess. 28. 11
cap. 8. quia loquitur de Monachis existentibus in locis exemptis à jurisdictione or-
dinarii, quales non sunt degentes in monasterio Montis regalis per supradicta.

Et ita concluSum fuit, omnimodam jurisdictionem spectare in omnibus ad
Reverendissimum Dominum Archiepiscopum, præterquam quoad regularia in-
stituta tantùm.

DECISIO

DECISIO SECUNDA.

Conventus Religiosorum si institutus sit hæres sub conditione, ut dicti religiosi obtineant dispensationem Apostolicam, quo ad Bullas prohibentes ædificare nova monasteria, nisi adsint reditus pro sustentatione 12. Religiosorum, & in casu, quod non fuerit obtenta, testator fecerit aliam substitutionem, quæritur hîc, quandò dicatur locus dictæ substitutioni.

R.P.D. MELTIO.

Romana Hæreditatis.

Est inter recent. decis. 14. par. 13.

Lunæ. 28. Aprilis. 1659.

SUMMARIUM.

1 *Sententiæ, quandò sunt conformes, validæ & justæ, sunt exequutioni demandæ.*

2 *Statuta Urbis uti confirmata à Papa, comprehendunt non solum Laicos, verum etiam loca pia, monasteria, aliasque personas Ecclesiasticas,*

3 *Sententia secunda dum simpliciter confirmat primam, sanè dicitur conformis.*

4 *Sententia secunda dicitur conformis primæ, dum concordat in substantia.*

5 *Sententiæ validitas non est controvertenda dum apertè apparet de ea.*

6 *Dispositio, quandò est conditionalis, si conditio non adimpleatur, cessat, ac evanescit talis dispositio.*

7 *Dispositio facta sub explicita conditione, non aliàs aliter &c. removet consensum ab actu, dum id non verificatur.*

8 *Actus conditionalis cum clausula, non aliàs, &c. si non verificatur, redditur actus omninò frustratorius.*

9 *Conventus Religiosorum quod non possint erigi cum minori numero 12. Religiosorum, super hoc adsunt plures constitutiones pontificiæ, nempè S.M. Gregorii XV. & Urbani VIIII.*

10 *Constitutiones papales emanatæ in executionem decretorum sacræ alicujus congregationis an habeant locum in Urbe.*

11 *Constitutiones pontificiæ generales omnes comprehendunt indistinctè.*

12 *Actus promulgationis Bullarum pontificiarum ipsimet ordinanti, non autem exequenti tribuendus est.*

13 *Actus tribuitur ordinanti, non autem exequenti.*

14 *Roma*

14 Romæ, nullus adest ordinarius præter summum Pontificem.
15 Ordinarii appellatione veniunt omnes, qui exercent jurisdictionem ordinariam, quasi episcopalem, licet sint collatores inferiores. Num. 15.
16 Cardinalis Vicarius exercet in Urbe ordinariam jurisdictionem.
17 Cardinalis Vicarius est loco Ordinarii, & venit appellatione ordinarii.
18 Bulla fel. record. Pii V. circa concursus beneficiorum habet locum in Urbe.
19 Verba generalia apta sunt omnia generaliter comprehendere.
20 Bullæ pontificiæ locum etiam habent in loco, in quo publicantur.
21 Constitutiones pontificiæ prohibentes erectiones novorum conventuum, nisi in eis possint sustentari 12. personæ, an dicantur hodie modificatæ & num. 22. & 23.
24 Rota reverenter observat decreta congregationum S.R.E. Cardinalium.
25 Actus quando fuit præscripta certa, & præcisa forma, non potest ea omitti sine totali distractione ipsius actus.
26 Actus nullitate laborantes quando lex censeatur voluisse convalidare.
27 Confirmatio constitutionis non censetur nullitatis actum tollere, si fuerit factus contra legem.
28 Factum nudum est attendendum.
29 Ad purificationis conditionis effectum, sola existentia, & purum factum attenditur.
30 Derogatio alicujus constitutionis obtenta à Papa, quando dicatur invalida.
31 Constitutio papalis munita, clausula sublata, & decreto irritanti, ut dicatur ei derogatum, requiritur specialis derogatio.
32 Gratia dicitur subreptitia, dum non fuit narratum principi id, quod reddisset difficiliorem ad concessionem gratiæ.
33 Declarationi Principis, qui aliquid concessit, standum est.
34 Principis mens quod non fuerit concedendi aliquam gratiam ex quo deprehendatur.
35 Verba quæ ob reverentiam dicuntur, non inducunt dispositionem.
36 Verba quæ factum supponunt, nullam inducunt dispositionem.
37 Testatoris voluntas est omnino attendenda, & maximè si sit præcisa.
38 Institutio hæredis facta à testatore sub aliqua conditione, si non adimpleatur, institutio defecisse dicitur, & fit locus substitutionis.
39 Conditionaliter ea, quæ disponuntur, si conditio sit voluntaria, non sufficit per æquipollens adimplementum.
40 Conditio quando est voluntaria, requiritur ad implementum formale, & specificum.
41 Et maximè quando in eventu non purificata conditionis est facta particularis provisio.
42 Bona Ecclesiæ non possunt ab ea dismembrari sine beneplacito Apostolico.

SUper hæreditate Joannis Victorii de Rubeis Patribus congregationis B. Pet
de Pisis in tabulis testamentariis relicta sub illa expressa conditione, che detti
no ottenere della Sede Apostolica Bolla, ò Breve, che deroghi à tutte, e singole cost
tutioni de Sommi Pontefici mentre viveranno, che ordinano, non potersi fondare e erig
Monasterii, ò Case de Religiosi, dove non possono vivere almeno 12. e non potendo
non volendo ottenerla in termine di sei mesi, cominciando dal giorno della mia morte l'h
redità vada alli RR. D. Rocco Rochi &c, tres emanarunt sententiæ. Prima nempe
coram Eminent. D. Cardinali Urbis Vicario, in qua ob non implementum suprædicti
oneris Patribus per testatorem injuncti immissio decreta fuit Roccho de Rocchis,
& litis consortibus, uti sub contraria dispositione vocatis; secunda coram Reve-
rendiss. Tarraconen. prioris revocatoria ex eo, quod dd. Patres, vel potuerint
credere, nullam adesse constitutionem pontificiam, quæ saltem derogationem
requirat, vel quod numerum duodenarium supplere possent ex aliis reditibus ipsius
Congregationis, sive ex eleëmosynis, quæ à Christi fidelibus in concursu ad Ec-
clesiam erigendam fieri potuissent; tertia denique coram Rever. P. D. meo Alber-
gato, in qua prævia revocatione secundæ, fuit confirmata sententia immissionis pri-
mo loco promulgata per dictum Eminentissimum D. Cardinalem Vicarium. Undè
cum ab ea dd. Patres reclamassent, causa mihi in quarta instantia commissa du-
bitavi, an constet de duabus, quæ sint exequendæ, & pluries proposito dubio
semper partibus altercantibus, hodie tandem in sexta propositione fuit per Domi-
nos capta resolutio affirmativa, respondendo scilicet, sententias prædictas Eminen-
1 tiss. D. Cardinalis Vicarii, & R. P. D. mei Albergati esse in omnibus confor-
mes, & uti validas, ac justas exequutioni fore demandandas juxta dispositionem
statuti Urbis. *Lib. 1. cap. 180.* Ubi *Fenzon. sub num. 54.* Cum illud tanquam Paşale
comprehendat, nedum personas Laicas, verum etiam loca pia, monasteria, ac-
lias personas Ecclesiasticas, ut sæpè firmavit *Rota, & signanter decis. 452. num. 1.*
par. 1. divers. coram Cavale. decis. 616. num. 2. coram Euratto decis. 197. num. 2. in
Romana censuum 27. Aprilis 1654. coram R. P. D. meo Bevilaqua, & in Romana
Canonicatus 21. Februarii 1656. coram Dunozetto.

Conformitas autem illarum redditur indubitata, dum sententia d. R. P. D.
3 mei Albergati simpliciter primam confirmat *Summario Rocchi dato sub die 14. Junii*
4 *1656. num. 3.* licet ad istum effectum satis esset conformitatem adesse in substantia
secundum *Gabr. de exequut. rei judic. concl. 1. num. 33. Thesaur. decis. 128. numer. 2.*
Rota decis. 98. num. 3. part. 1. recent. in Mileviana pecuniaria 28. Aprilis 1656. & in
Romana domus, seu domorum 27. Aprilis 1657. coram R. P. D. meo Priolo §. undè con-
formitas &c.

Validitas etiam non controvertitur, nec potest in dubium revocari, quia
5 ex revolutione actorum constat de commissione causæ, de solitis citationibus, &
aliis re-

aliis requisitis per *Vulgat. decis. Caputaq. 760. part. 2. & decis. 279. num 1. part. 7.*

Justitia verò plenè resultat ex eo, quod cum dd. Patres essent instituti sub illa conditione impetrandi breve derogatorium constitutionum prohibentium con- 6
structionem Conventuum, & Monasteriorum cum minori numero duodecim fra-
trum intra sex menses à die obitus testatoris, *& non aliàs*, utique ea non adimple-
ta dispositio facta ad illorum favorem sub explicita conditione, *& non aliàs*, quæ 7
removet consensum ab actu, quotiescunque aliter sequeretur, quam supra dispo-
situm est secundum *Cancer. Var. resol. par. 3. cap. 2. num. 109. & seq. Rota dec. 619.*
num. 2 p. t. rec. & in Rom. successionis 27. Mau 1658. §. quod facilius vers. & denot. 8
coram R. P. D. meo Albergato. Redditur ineffica perindè ac si facta non fuisset. *L.*
si ita fuerit. 13. ff. de manumiss. testam. Rota in Casanaten. Hæreditatis 24. Martii
1651. §. 1. coram Bon. mem. Dunozetto cum aliis relatis in decisione hujus causæ sub die
10. Decembris 1655 coram eodem R. P. D. meo Albergato in §. primo.

Nec dubitarunt Domini, adesse constitutiones Apostolicas prohibentes di- 9
ctam erectionem Conventuum cum minori numero duodecim Religiosorum, cum
id clarè apparet ex Bulla Sanct. Mem. Greg. XV. edita anno 1622. in qua inhæren-
do dictus Pontifex præcedenti constitutioni Clementis VIII. præcepit, ne in fu-
turum aliter in quocunque loco erigi possent conventus, ac monasteria, nisi in eis 10
saltem duodecim fratres, aut Monachi, seu Religiosi inhabitare valeant, *ut in*
Bullar. nov. tom. 4. constit. 31. §. 3. fol. 316. quæ confirmata fuit à Sanct. memor. Ur-
bino VIII. anno *1624. in eodem Bullar. tom. 4. const. 25.* quarum etiam meminit *Bar-*
bos. de jur. Eccles. lib. 2. cap. 12. num. 7. & 15.

Non obstat quod in contrarium dicitur ab informantibus pro dd. Patribus, 11
nempè constitutiones prædictas tanquam emanatas in executionem decretorum sa-
cræ congregationis Regularium non habere locum in Urbe, quia dum eadem de-
creta emanarunt jussu Pontificis, & ab eo successivè approbata, ac inserta fuerunt
inter alias constitutiones generales, comprehendunt omnes indistinctè, & haben- 12
tur perindè ac si essent leges pontificiæ, ac jus papale *per tex. in l. 1. §. sed neque, &*
§. omnia. C. de vet. jur. enucl. Rota decis. 452. num. 1. par. 1. divers. post pacif. de salu. in-
terdict. decis. 250. num. 6. & 7. post Pic. ad Stat. Urb. decis. 39. num. 4. Garz. de benef.
impræs. circa med. Barbos. d. tract. de jur. Eccl. par. 1. cap. 4. num. 81. Add. ad Buratt. decis.
479. num. 21.

Nam actus promulgationis tribui debet ipsimet ordinanti, non autem exe- 13
quenti, *Cap. si Apostolica de præben. in 6. Lezan. quæst. regul. verb. sacra Congregatio n. 7.*
tom. 3. Rota coram Cavalerio dec. 45. n. 3. in Cæsaraugustana distributionum 26. Aprilis
1632. vers. Quantum attinet ad ultimum coram Coccino, & in alia Cæsaraugustana di-
stributionum 13. Januarii 1640. in primo coram Bon. Mo. Card. Panzirolo.

Neque ex

Neque ex eo, quod tales constitutiones, seu decreta loquuntur de ordinariis, prætendi potest, Pontifices conditores noluisse sub illis comprehendere Co-
24 ventus erigendos in Urbe, ubi nullus adest ordinarius præter Papam, quia cum de jure appellatione ordinarii veniant omnes, qui jurisdictionem ordinariam,
25 quasi Episcopalem exercent, licet sint inferiores collatores, ut notat *Glos. in cap. ordinarii verb. locorum, ubi Franc. numer. 3. & Gemin. numer. 5. de offic. ordin. in 6. Abb. in cap. post cessionem num. 1. de probat. Cardin. in Clementina quia Regulares num. 11. vers. quæres de supplen. neglig. Prælat. Seraph. decis. 1402. numer. 5. Coccin. decis. 346. numer. 1. Rota diversi decis. 798. numer. 3. & 4. par. 4.* Itaque Eminentiss. D. Cardinalis Vicarius, qui hujusmodi jurisdictionem, quasi Episcopalem exercet, loco Or-
26 dinarii haberi debet, & in constitutionibus loquentibus de Ordinariis censetur comprehensus, ut tradit *Vestr. in prax. lib. 2. cap. 16. numer. 1. Rodolphin. similiter in sua prax. lib. 1. cap. 2. numer. 75. Seac. de Judic. lib. 1. cap. 25. numer. 1. Sbroz. de offic. vicar. lib. 1. quæst. 3. numer. 19.* Ita etiam nuper sensit Sanctiss. D. N. Alexand. VII. sub die 28. Martii 1658. in causa Romana Vicariæ proposita in sacra Congregatione visitationis Apostolicæ, in qua ad relationem eminentissimi D. Cardinalis Rospigliosi de-
27 claravit Constitutiones Apostolicas, & præcæteris illas Sanct. mem. Pii V. super concursu, & Vicariis habere locum in Urbe, & sub nomine Ordinarii dictum
28 Eminentissimum D. Cardinalem Vicarium comprehendi, & sic non est dubium, quin etiam ipsamet civitas Urbis illi subjecta censeri debeat.

Comprobantur insuper prædicta ex generalitate verborum dictarum constitutionum, ibi, *in quacunque civitate, & quocunque loco*, quæ sanè apta verba
29 sunt comprehendere etiam illas civitates, & loca speciali notâ digna. *Barbos. dict. 317. numer. 1. & seqq. Surd. decis. 96. numer. 10. Rota in Bononien. Bonorum 17. Martii 1649. §. cui Regula coram bon. mem. Bichio*, & eò magis confirmantur ex illarum publicatione facta in Urbe, quæ cum præ se ferant legem universalem, ut superius dictum est, debent etiam in loco publicationis observari §. *sed*, &
20 *quod Principi, ubi Aretin. numer. 1. & Ioan. Faber. in princip. Instit. de jure naturali gentium, & civili, Felin. in cap. in causis numer. 3. vers. regulare de re judic. Navarr. cons. 1. à numer. 14. usque 23. de Constit. Marol. Theolog. moral. tomo 2. disp. 4. cap. 4. num. 260. & seqq.*

Nec relevat, quod prædictæ constitutiones Greg. XV. & Urbani VIII. dicantur abrogatæ, seu modificatæ per aliam Constitutionem ejusdem Urbani e-
ditam de anno 1625. eod. Bullar. la. 43. fol. 59. in qua sub §. 14. disponitur, quod
21 Monasteria & Conventus postea erigendi, in quibus duodecim Religiosi sustentari, atque habitare non potuerunt, omnimodæ jurisdictioni ordinariorum sub-
22 jecti intelliguntur, quasi quod dictus Pontifex arbitrio Ordinariorum commi-

serit

erit facultatem erigendi Monasteria sine dictis circumstantiis, remittendo pœnam nullitatis erectionis in antecedentibus Constitutionibus appositam; quandoquidem penitus tolli visum fuit, tum ex decreto sacræ Congregationis Concilii desuper edito sub die 13. Aprilis 1652. in quo prævia narrativa, quod extabant dictæ Constitutiones prohibentes erectionem Monasteriorum non servatâ dictâ formâ in eis præscriptâ, fuit resolutum Decretum fel. recor. Urbani Octavi non esse correctorium seu abrogatorium antecedentis Constitutionis Gregorii XV. cui quidem declarationi summoperè deferri debet, sicuti semper reverenter observat Rota, *ut dixit coram Buratto decis. 479. numer. 1. coram Cavaler. decis. 627. numer. 8. & sic dictum in Vicen. jurisdictionis 2. Maii 1650. §. quia in casu coram Reverendiss. D. meo Decano, & in aliis relat. in Melevitana nullitatis professionis 27. Januarii præteriti §. pront nec pa iter in fine coram me.* 24

Tum etiam quia d. Pontifex in prima sua Constitutione alteram Greg. XV. confirmavit, & ulterius præcisam formam præscripsit circa modum erigendi Conventus, ideòque illa omitti non poterat absque nullitatis erectionis vitio, ut respondit *Rota in Cæsaraugustana fundationis Conventus 18. Maii 1657. §. & apertè, & in §. rursus pronullitate coram R. P. D. meo Bevilaqua.* Nec ex eo, quod in alia posteriori ejus Constitutione fuit irrogata pœna subjectionis Ordinariorum quo ad Monasteria erigenda, cum minori numero duodecim Religiosorum, censeri potest voluisse d. Pontificem convalidare erectiones jam in præcedenti Constitutione annullatas: quandò enim præcedit lex, seu constitutio prohibitiva, & annullativa actus, si deindè alia nova fiat, quæ pœnam superaddat, non tollitur nullitas in alia priori constitutione contenta, sed ea magis confirmatur juxta distinctionem *Decin cap. concupiscentia in secunda lectura numer. 21. vers. sed tamen de constit. & in cap. in nomine Domini, numer. 21. vers. secundus casus de testibus, Bartol. in l. prator ait §. interdictum sub numer. 3. de nov. oper. nunciat. Menoch. consil. 996. numer. 18. & seqq. Alleg. ad consil. 64. num. 56. in fine lib. 2. Rota coram Millin. decis. 327. numer. 14. & aliis relatis fuit firmatum in eadem decis. hujus causæ coram R. P. D. meo Albergato §. Gratis vero.* 25 26 27

Nec aliud videtur sensisse testator in casu proposito, dum respiciendo nudum factum derogationis, ordinavit, quod in casu, quo dicti Patres illam non obtinuissent, in ejus hæreditate succedere deberent Rochus & alii, ut superius dictum fuit, ad effectum enim purificationis conditionis, de qua agitur, sola existentia, ac nudum factum attenditur *ad text. in l. qui haredi 44. in principio, ubi notat Bart. ff. de condit. & demonstrat. Honded. consil. 6. num. 44. lib. 1. Casanati. consil. 4. num. 42. Cyriac. controvers. forens. cap. 50. num. 9. & dixit Rota decis. 453. num. 3. in fine par. 2. recent.* 28 29

Necre-

Nec refert, quod dd. Patres pro constructione conventus, de quo agitur licentiam obtinuissent à R.P.D. vicesgerente, qui facto verbo cum San.mem.Innocentio X. derogavit omnibus constitutionibus Apostolicis in contrarium editis. Quia cum in ea nulla fiat mentio, quod specialiter fuerit derogatum supradictis
30 constitutionibus, nec appareat fuisse expositam Pontifici enixam testatoris voluntatem circa talem derogationem, & quod ex reditibus controversiæ hæreditatis non potuissent substentari nisi quinque fratres, dicendum est, vel quod talis licentia non sit abrogatoria earundem constitutionum, quæ ut munitæ clausula *sub-*
31 *latâ* ac decreto irritanti specialem requirebant mentionem. *Gabr. de claus. conclus. 4. num. 4. Monet de commun. ultimarum volunt. cap. 7. num. 232.* sed contineat solum simplicem facultatem construendi monasterium, quæ copulativè à Pontifice, & loci ordinario ad dictum effectum requiritur, ut firmavit *Rot. in Cracovien. fundationis Monasterii* 19. *Aprilis* 1649. & 20. *Iunii* 1650. *coram R. P. D. meo Cess.* in *Toletana manutentionis* 7. *Februarii* 1656. §. *non etiam bonum jus coram me*, in dicta Cæsaraugustana fundationis *conventus* 18. *Maii* 1657. §. *& apertè determinatur coram R. P. D. meo Bevilaqua confirmata sub* 12. *Novembris ejusdem anni coram me*§. *neque ex eo*; vel quod saltem ea subreptitia reddatur, dum Pontifici non fuerunt
32 narrata specificè insufficientia reddituum, & omnia onera injuncta per dictum testatorem, quæ vel retraxissent Papam à gratia, vel difficiliorem eum reddidissent juxta Theoricam *Ioan. And. in cap. 2. num. 2. de filiis presbyt. in 6. Honded. cons. 27. num. 65. lib. 1. Oldrad. consil. 247. nu. 3. Alex. cons. 60. nu. 22. lib. 2. Rota in Firmana fidei commissio* 18. *Maij* 1657. §. *primo quia Franciscus coram R. P. D. meo Priolo in Alerien. canonicatus* 10. *Maij* 1458. §. *subreptio ex eo coram R. P. D. meo Bevilaqua.*

Et quod verè dictus Pontifex intentionem non habuerit concedendi talem
33 derogationem mediante dd. vicesgerente, apertè ex eo colligitur, quia ipsemet eam declaravit in plena signatura gratiæ sub die 9. Junii 1654. dum requisitus ab utraque parte, an sub hujusmodi licentia intellexerit derogare prædictis constitu-
34 tionibus, rescripsit: *serventur Constitutiones Apostolicæ*; ex quo benè dignoscitur ipsum non derogasse, neque Domino vicesgerenti hanc facultatem illis derogandi concessisse, ut fuit ponderatum in *alia decis. coram R. P. D. meo Albergato* §. *ex eodem signatura.*

Hinc cessat aliud motivum in contrarium deductum ad inducendam dictam
35 derogationem ex rescripto sacræ congregationis concilii emanato ad instantiam dd. Patrum per ea verba, *jam provisum à Sanctissimo mediante Domino vicesgerente.* Etenim cum d. Congregatio supponeret, quod omnia antea fuissent rectè narrata Pontifici, & quod ipse derogasset assertis constitutionibus; ideò ob reverentiam
36 noluit manus apponere, respondendo simpliciter sub dd. verbis, quæ propterea dum factum supponunt, nullam inducant novam dispositionem, *c. si Papa de privil.*

privil. in 6. Clem. 1. in fine de præben. Rota dec. 2. de procurat. in antiq. & decis. 55. numer. 4. par. 1. recent. coram San. mem. Greg. XV. decis. 208. numer. 2. & ibi adden. numer. 7.

Præterea nec demum ad sustinendam erectionem dicti monasterii refragatur, quod aliundè à Patribus prædictis, commodè pararipossint alimenta pro mantentione duodecim Fratrum mediantibus redditibus ipsius congregationis, ac eleëmosynis, quæ fieri possent ex concursu piarum personarum ad d. Ecclesiam; nam testator jussit, ut in conventu erigendo tot Patres commorari deberent, quot ex redditibus suæ hæreditatis, deductis expensis necessariis pro Ecclesia alimentari possent, ibi: *Dichiarando che vi debbano stare tanti Padri, quanti l'entrata della mia heredita potra mantenere dedotte le spese della chiesa à ragione di scudi 50. per Padre*, injungendo ad hunc effectum suis hæredibus onus obtinendi supradictam dero- 37
gationem sub illa clausula, *& non aliàs*, & ideò videtur noluisse suam hæredita- 38
tem dictis Patribus relinquere, quàm sub dicta conditione, qua proindè non adimplerâ institutio defecisse dicitur, & factus locus substitutis in casu contrario vocatis. *Rota decis. 86. num. 39. & 40. & decis. 222. num 14. & 15. par. 6. recent. &* planè comprobat *d. decisio jam edita in hac causa in fine principii & §. sed etiam, ac in Bononien. domus 27. Novembris præteriti §. 1. vers. ideòque petita immissionis coram Reverendiss. D. meo Decano.* Ea enim quæ conditionaliter disponuntur, quoties conditio est voluntaria, sicut in hoc casu, non valent per æquipollens adimpleri, sed formaliter ac specificè per se adimpleri debent juxta doctrinam *Bart. in l. 40.* 39
Gallus §. quid sit tantum col. 2. vers. contra hoc oppono ff. de liber. & posth. cons. 110. numer. 9. & 10. lib. 3. Honded. cons. 60. num. 27. vers. formaliter Casanatt. cons. 4. num. 46. latissimè Altograd. cons. 46, num. 12. & seqq. præsertim quandò prout hic in- 41
ventum non purificatæ conditionis est facta particularis provisio, *Cuman. cons. 38. Galganett. de condit. par. 1. c. 6. num. 4.* & dixit *Rota decis. 433. sub num. 4. par. 1. di. vers.* Nec insuper dd. Patres possent supplere ex redditibus aliorum conventuum, ut prætendunt, cum ad hunc effectum omninò sit necessarium beneplacitum Apostolicum, sicuti firmatum fuit *in d. decis. R. P. D. mei Albergati §. ut igitur &c.* 42

DECISIO TERTIA.

Episcopus præsumitur habere jurisdictionem in quolibet loco suæ diœcesis. exemptio monasterij ab ordine & ordinariis, intelligitur de ordinariis religionis.

REVE-

Reverend. P. D. Atrebaten.

Calaguritana seu nullius jurisdictionis.

Lunæ 5. Maii 1608.

SUMMARIUM.

1 *Jurisdictio probatur per annuas solutiones.*
2 *Item per solennem receptionem.*
3 *Item per testes.*
4 *Episcopus præsumitur habere jurisdictionem in sua diœcesi.*
5 *Exemptio personarum non facit locum exemptum.*
6 *Ecclesia exempta non desinit esse de diœcesi.*
7 *Abbas si habeat jurisdictionem cumulativam cum Episcopo, adhuc Episcopus manet verus Diœcesanus.*

1 PRoposui dubium, an D. Episcopus Calaguritanus sit manutenendus in quasi possessione juris diœcesani, quoad oppidum Nagera, quod affirmativè resolutum fuit, cum enim pendeat ex eo, an sit in diœcesi Calaguritana, id jam bis decisum *fuit 4. Iunii 1603. & 16. Iunii 1604. coram R. P. D. Decano, & 26. Iunii 1604. coram me.*

Idemque confirmatur ex deductis in hac positione. Nam in concordia inita 1412. eique subsecuta confirmatione Apostolica, in qua utraque pars se fundat, enuntiatur hoc oppidum Diœcesis Calaguritanæ, eademque enunciativa habetur in privilegio Innocentii VIII. producto ex parte Abbatis, deindè Abbates soliti sunt Episcopo vigore dictæ concordiæ solvere duas provisiones annuas, quæ arguunt jurisdictionem ejus, cui solvuntur. *tot. tit. de censibus.*

2 Et inter cætera in concordia ordinatum fuit, ut quoties Episcopus accederet ad Monasterium, solenniter reciperetur, & campanæ compulsarentur, quandò de novo eligitur, vel à Curia Romana revertitur, quos honores non est verisimile exhibitos fuisse ratione Parochialium Ecclesiarum, quas Monasterium habet in Diœcesi Calaguritana, quia hoc fuisset expressum, prout etiam tempore concordiæ, si oppidum Nagera non fuisset de Diœcesi Calaguritana Abbas non prætermisisset hoc allegare. Nam illâ solâ allegatione poterat se liberare ab omnibus prætensionibus Episcopi. Præterea cum in oppido de Nagera adsit Parochia S. Jacobi, de qua non controvertitur, quin sit de Diœcesi Episcopi Calaguritani, idem de toto oppido præsumendum est.

Accedunt

Accedunt testes Episcopi deponentes, Episcopum semper exercuisse jurisdictionem ordinariam in oppido Nagera, tam contra Laicos, quàm contra Clericos, exemptis Clericis & beneficiatis Parochiarum sanctæ Crucis, & sancti Michaëlis, quæ pertinent ad Monasterium. Idem deponunt testes Abbatis, qui dicunt Abbatem fuisse, & esse in quasi possessione exercendi jurisdictionem saltem contentiosam cumulativè cum Episcopo. 5

Concurrentibus itaque tot probationibus consequenter, visum fuit Episcopo competere mandatum de manutenendo uti Diœcesano ex sola juris assistentia. *cap. cum persona. de privil. in 6. Caput ag. decis. 306. par. 1. & 201. par. 2.* & ad hoc sufficit Episcopo possessio universalis, quam habet in sua Diœcesi. *Rot. decis. 2. n. 3. de præscrip. in Nov. Felin. in cap. auditis num. 2. eod. tit.* 4

Non obstat, quod oppidum Nagera olim fuit civitas Episcopalis, hoc non suffragatur statui præsenti, cum non probetur, quod tota jurisdictio, & totum jus etiam Diœcesanum illius quondam Episcopatus translatum fuerit in Monasterium.

Non obstat etiam exemptio Beneficiatorum Parochiarum sanctæ Crucis, & sancti Michaëlis, quia exemptio personarum non facit locum exemptum. *C. per exemptionem. de privil. in 6. fuit dictum in Salamantina jurisdictionis* 18. *Aprilis* 1581. *coram bo. mem. Lauretano.* Ultra quod Ecclesia exempta non desinit esse in Diœcesi. *C. cum Episcopus, de offic. ordinarii lib. 6.* 6

Non obstat, quod Abbas habeat jurisdictionem cumulativam cum Episcopo. Hoc enim non impedit, quo minus Episcopus remaneat verus Diœcesanus, etiam si præscripsisset jurisdictionem Episcopalem privativè. *Abbas in c. nimis s num. 1. de jure-jur. & in cap. irrefragabili. & ibi Felin. num. 1. de offic. ordin.* 7

Postremò non obstat privilegium Innocentii Papæ Octavi, quia illud eximit Monasterium ab Abbate, & ordine Cluniacen. & licet adsit clausula, & Ordinariorum, illa intelligenda est de ordinariis superioribus ordinis Cluniacen. alioquin verisimiliter nominasset Episcopum tanquam digniorem, prout nominavit Abbatem Cluniacen. minus dignum. 8

Declararunt autem DD. mandatum de manutenendo, quo ad actus jurisdictionales Episcopo uti Diœcesano dandum esse restrictè ad terminos concordiæ. 9

IN duabus sequentibus decisionibus declaratur stylus Romanæ Curiæ concedendi exemptionem durante lite inter subditum & Prælatum ordinarium, sæpè enim supplicationes desuper porriguntur Papæ in Signatura gratiæ, in quibus supplicans narrat litem sibi esse cum ordinario, seu quod sibi infestus sit, vel inimicus, aut gravi cum odio prosequatur, cumque ob hæc causas ipso qui dem jure exemptus non sit, sed

sit, sed maneat subjectus, ideò, ne facilè quilibet improbus litigator pro libi-
se eximere possit à superiore, fit commissio uni ex Prælatis, ut cognoscat de cau-
justitia, nimirum an talis sit lis, quæ sufficientem timorem pariat injustæ oppres-
nis, an verò sit lis frivola & calumniosa, aut studio partis in longum protrahi.
quâ cognitione factâ si appareat inimicitias fore tales, quæ sufficientem præbeant
recusationis causam, conceditur exemptio pendente lite, vel durante causâ in-
micitiæ, & quandoque etiam restringitur ad certum tempus, ne subditus animam ha-
beat litem prottahendi. Et de hoc stylo concedendi exemptiones in Signatura vid.
Marchesan. de Commiss. tom. 2. de commiss. avoc. caus. §. 1. num. 67. & seqq. So-
lent & tales exemptiones aliquandò concedi per Breve, ut testatur Staphilæus de stil.
grat. tit. de rescript. in forma Brev. §. indultum num. 10.

DECISIO QUARTA.

Eximere solet Papa subditos à jurisdictione Episcopi durante lite, etsi alio-
quin ipso jure subditus exemptus non sit.

R. P. D. CASSADORO.

In tit. de Privilegiis decis. 6.

SUMMARIUM.

1 *Exemptus à jurisdictione Episcopi Cleri-*
cus non est, propter litem inter ipsum &
Episcopum.
2 *Jurisdictio Episcopi lite pendente inter ip-*
sum & subditum est suspensa quoad illam
a: / m .
3 *Papa solet eximere subditos à jurisdictio-*
ne Episcopi lite durante.
4 *Subditus propter sævitiam à jurisdictione*
superioris eximitur.
5 *Defensio unicuique jure permissa est.*
6 *Exempt.o licet durante lite concedatur,*
restringitur tamen ad Superioris instan-
tiam.

1 LIcet inferior, & subditus Episcopo non sit exemptus ab eo, vel ejus jurisdi-
ctione, si ipse contra Episcopum, seu Episcopus contra eum litem moveat,
sive in causa civili, sive in criminali, vel alia, cum hoc non reperiatur jure cautum,
quin potius contrarium, ut *in c. nonne. VIII. q. IIII. & in c. olim. Ubi etiam gloss. de*
accusa.

accusa. ac Host. & Abb. notantes, quod pendente lite inter subditos & Prælatum, suspensa est Prælati jurisdictio quoad eam causam, & totum negotium ad superiorem, coram quo litigatur, delatum, super aliis verò potest contra subditos suam exercere jurisdictionem, aliàs absolverentur propterea ab obedientia, quod esse non debet, & probat *text. in d. c. olim ibi*, *contra justitiam spoliavit*, *nihilominus* Papa in Signatura solet tales eximere, durante lite, ne propterea superior sæviat, aut injuriosè aliquid agat contra sibi subjectum: pro quo *text. d. c. olim*, *in arg. & ratione*, propter ipsam litem odium concepisse superiorem in inferiorem potest præsumi aut timeri, hoc est quod *Host. ibi dicit. & Abb. sequitur in d. c.* 11. *in IX. fallentia*, *de sequestra poss. & fruct.* quod si aliqui conqueruntur de tyrannide domini, & propterea timetur, ne sæviat in eos, tunc bonus judex facit illos assecurari si potest, aliàs pendente lite sequestrari: idem si Religiosi conquerantur de Prælatis suis. *Arg. d. cap. olim. de accusa. & c. ex parte*, *eo tit.* accedit dictum *Joan. Fab. in* §. *sed*, *& hoc tempore*, *instit. de his qui sunt sui*, *vel alie. jur.* quod, ubi quis gravatur per suum superiorem durius, taliter, quod possit ad sævitiam reputari, potest eximi ab ejus jurisdictione & subjectione, *ut in* §. *& aliis juribus adductis per eum*, *& quod Host. in sum. de privileg. dicit* §. *qualiter amittatur. III. col.* dum infert, datum videri exemptionis privilegium, ne quis ab ordinario opprimatur, & si quis exemptus opprimat ordinarium, amittere debet privilegium, ut punitur in eo, in quo delinquit, *Cap. pastoralis*, *de jure pat. XI. quæst. 3. privilegium*, *sed ista* vel non adstringunt, vel parum faciunt, ex quo fundantur in sævitia vel oppressione, cum non dicatur quis sævite aut opprimere agendo, ex quo utendo jure suo vel permissione, actione, non facit injuriam alicui. *L. injuriarum* §. 1. *ff. de injur. cap. cum Ecclesia Vulterana de elect.* quandò potius quilibet Prælatus jura suæ Ecclesiæ defendere, & pro illis agere tenetur, pro quibus permittitur postulare, aliàs negligendo peccaret, *cap. fin. de postul. cap. ea quæ*, *cum glos. de offi. Archi*, minus si se defendat, quoniam judicium redditur in invitum, & omni jure est permissa defensio, etiam excommunicato. *L. inter stipulantem.* §. 1. *de verb. oblig. l. ut vim. ff. de justi. & jur. l.* 1. *cap. quam licet unicuique*, *si judic. se vendi. cap. intelleximus. cum ibi no. de judic. & cap. dilecto. cum sim. de excep.* Item si indistinctè daretur exemptio, facilè subditi procurarent lites contra superiores, ut exemptionem mererentur, & obtinerent, & eas diutius pro viribus foverent ac protraherent, & præstaretur occasio delinquendi, *contra l.* 11. *de indic. vidui. tollen. & l. meminerint. c. unde vi.* & talis stylus nutritivus peccati debet potius refrænari. *Cap. pen. de consuet. cap. cum dilectus. de his*, *quæ vi metusve causa fi.* & propterea in prima supplicatione subditi datur simpliciter exemptio durante lite, postea ad petitionem superioris ad tempus, pro ut de annis 1519. & 1520. in una lite inter capitulum Burgen. ex una, & Episcopum ex alia super jurisdictione: & in duabus aliis litibus inter alios Signatura usa est hoc temperamento,

quia

quia post primam gratiam, quæ eximebat, durante lite, in secunda concessi exemptionem ad tempus sex mensium, & non ultra, ad hoc, ut subditi essent diligentes ad causæ expeditionem, & non possent ultrà malitiosè eam protrahere, & secundum qualitatem causarum, & conditionem personarum, conceditur plus vel minus de tempore exemptionis arbitrio Signaturæ, quæ si cognoscat superiorem actorem differre expeditionem, medebitur inferiori modo præmisso, vel præfigendo terminum superiori, infra quem expediat, & si distulerit, concedendo exemptionem lite tali durante.

DECISIO QUINTA.

Exemptio ab obedientia Episcopi datur subdito, quandò inter eum & Episcopum durat aliqua lis, & quare?

R. P. D. VEROSPIO.

Gerunden. exemptionis.

Est inter recent. decis. 80. par 5.

Veneris 11. *Maii* 1629.

SUMMARIUM.

1 *Exemptio, ut alicui concedatur, hoc est positum in arbitrio judicis, & num.* 10.

2 *Lite pendente inter subditum, & Episcopum, negotium devolvitur ad judicem suspensâ Episcopi jurisdictione super eadem causa, de qua dubitatur.*

3 *Exemptionem durante lite inter subditum, & Episcopum, tam Signatura, quàm sacra Congregat. super Episcopis, & Regularibus solet concedere.*

4 *Sub-*

4 Subditus litigans cum superiore probabiliter potest timere illum sibi fore infestum.
5 Subditi subducuntur ab jurisdictione Principis, sive cujusque superioris ex eorum moribus asperioribus, sive pravo jurisdictionis usu.
6 Exemptio datur propter litem.
7 Litem motam a suo decessore, si quis non prosequatur, non videtur temerè illam instituere, vel per calumniam prosequi.
8 Exemptio propter litem à jurisdictione superioris non datur, quando lis est affectata, aut ex ingenio conficta.
9 Exemptio propter litem ab obedientia superioris solet in aliquod tempus restringi.

PLacuit sacræ Congregationi super Episcopis & Regularibus de exemptione personali, durante lite concedenda Francisco Avinio Priori Bisuldini Rotam consulere, cum causa super ejusdem prioratus exemptione à jurisdictione ordinarii Gerunden. coram me penderet. Et cum super hoc Domini arbitrium ipsius concedentis maximum esse cognoverint *ex Abb. in cap. literas, num. 7. de restit. spoliat. Roman. cons. 37. Paris cons. 54. numer. 36. volum. 4.* Responderunt posse, si videbitur per sacram Congregationem concedi Francisco exemptionem, quam petit, & propter litem, quæ gravis appareat, & calumniosa visa non fuit, personam ejus in tempus à jurisdictione Ordinarii eximi. 1

Cum enim id sit de jure, ut pendente lite negotium devolvatur ad judicem, suspensâ superioris jurisdictione super eadem causa, de qua dubitatur *cap. cum dilectus, cap. olim. ubi glos. in verb. post incep. negot. de accusat. Ripa in cap. cum M. Ferrarien. numer. 196. & 199. de constit. Cassad. decis. 6. de privileg. in princip.* Solet tam Signatura, quàm hæc sacra Congregatio, ubi ipsam litem gravem, nec temerè susceptam cognoverit, hanc exemptionem ea durante concedere, ut post *Cassad. d. decis. 6. de privileg.* testantur *Lancellot. de attent. lit. pend. par. 2. cap. 4. declarat. 4. numer. 41. Gomez. ad regul. 8. Cancel. glos. 46. numer. 18. Marchesan. de commiss. avocationis causarum par. 2. §. 1. numer. 76. Paris de resignat. lib. 3. quæst. 11. numer. 7.* Ex cujus quidem litis causa, quæ, ut dixi, levis non sit, cum possit probabiliter subditus superiorem suum sibi infestum timere, non etiam dixerunt Domini propter litem requiri aliquam probationem malæ tractationis, aut vehementis suspicionis futuræ sævitiæ: sed satis esse, ut de ea ex præsumptionibus dubitari possit. *Specul. de denunciat. §. quis denunciare possit, num. 13. Mandos. de inhibition. q. 104. n. 5. Aegid. decis. 45. Rota decis. 3. de rescript. in novis.* Et sicuti ex moribus Principis, sive cujusque superioris asperioribus, aut pravo jurisdictionis usu, subducuntur subditi ab ejus jurisdictione, *cap. olim, & cap. ex parte de accusat.* Joannes 2 3 4 5

Faber in §. fin. instit. de his, qui sunt sui, vel alien. jur. Bursatt. cons. 170. numer. 11.

6 *Guidopa. q. 62. num. 1. Achil. decis. 362.* ita & sola lis visa fuit sufficere, dum super re gravi justum timorem, ut dictum est, inferre potest, *Staph. de litteris in fav. tit. de rescript. in forma brevis. §. indultum num 10. Paris. ubi supra de resignatione lib. 7. q. 11. num. 7. Gabr. de judic. concl. 4. num. 31. Verall. decis. 62. num. 4. par. 2.*

Maximè autem movit Dominos, ut exemptio hujusmodi videretur posse

7 concedi, quod cum litem jam diu ab antecessore motam non argui posset novus prior ut vel temerè instituerit, vel per calumniam prosequeretur, *l. quadam ff. de reb. dub. l. aut facta §. exitus ff. de pœnis, Aym. cons. 335. num. 3. Crescent. decis. 19. de privilegiat.* cessabatque ea suspicio, quam in proposito DD. considerant, ne quis sub pretextu litis affectatæ, aut ex ingenio confictæ à superioribus sui obedientia subdu-

8 catur: sicut ne causam prior diutius protraheret, eandem exemptionem, quæ-let alioqui simpliciter concedi, in tempus restrinxerunt, sequuti stylum, quem contradicente ordinario, pro ut hic etiam se opposuit, servare Signaturam testatur *Lancellot. d. par. 2. de attent. cap. 4. numer. 41.* & notatur *ex Cassador. eadem decis. 6. de privil. in fine* quod tempus, & propter loci distan-

9 tiam, & feriæ, quæ instabant, atque etiam, quia dabat prior fumum aliquem boni juris ex arbitrio, quod super hoc dixi maximum judicis esse, visum fuit Dominis ad annum extendi posse: ita tamen, ut & sacra Congregatio, vel propter diligentias, quas in expedien. causa priorem adhibuisse constabit, vel si quæ ab Episcopo impedimenta inferentur, possit eidem ultetius, vel ne prorogare. Et itaque utraque.

Ad Quæst. 2. *Additio.*

EXemptio alia realis, alia personalis. Imò quædam etiam partim realis partim personalis, quâ videlicet nec locus per se, nec persona simpliciter considerata, sed persona respectu certi loci eximitur. Et hæc tertia species differt à reali, quod hæc cum ipsa re ad quascunque personas transeat, nam ea est natura realis privilegii, ut omnibus, non solùm, qui tempore concessionis rem ipsam vel loci possident, sed & futuris eorum successoribus concessum censeatur. *Per text. in l. autem §. fin. ff. de censib. Bartol. in l. 1. num. 2. ff. de constit. princip. Rota decis. 4. de privil. in antiq.* Undè cum aliàs dubitaretur, num exemptio concessa Monasterio Capellis & tenimentis prodesset non tantùm Abbati & Monachis tunc temporis ibi habitantibus, sed etiam Abbati commendatario sæculari postmodum ibi per Papam constituto sublatis regularibus; prodiit affirmativa resolutio *per Rotam decis. 219. p. 8. recent. Confirmata per decis. 239. ead. par. 8.*

Item

Item in alia facti specie difficultas erat, num privilegium exemptionis totalis cum statu nullius diœcesis concessum domui S. Stephani de Nemore Ordinis Carthusiensis, esset extinctum per mutationem Monachorum Carthusiensium & inductionem Cistercensium in dictam domum, adeò ut neque nunc prodesse valeat ipsis Carthusiensibus ad eandem domum reintegratis? & dictum fuit nullatenus esse extinctum, imò prodesse & suffragarii in perpetuum, eò quod dicit privilegium non ordinem & personas Monachorum, sed Monasterium ipsum & locum respiceret. *Rota decis. 234. p. 4. rec. tom. 1.* Et quod privilegium reale exemptionis à decimis, prosit quoque colonis & arrendatariis. *ead. Rota decis. 59. p. 9. recent.*

At verò exemptio mixta seu partim realis & partim personalis, nec personæ competit sine loco, nec loco sine persona, undè non transit ad quoscunque loci seu rei possessores aut detentores, sed ad illas tantùm personas, quarum intuitu est concessa; & hujus rei exemplum speciale est in cap. ex parte de decim. ubi privilegium exemptionis à decimis concessum Ordini Cistercensi suffragatur tantùm pro prædiis, quæ ipsi propriis manibus aut sumptibus excolunt, si verò prædia aliis tribuant colenda, nec ipsis proderit, nec colonis eorum, in hoc enim ista exemptio sequitur naturam personalis. Ut dicit *Abb. in d. cap. ex parte num. 5. & in specie fuit decisum in causa Pampelonen. decimarum 18. Decemb. 1615. coram Coccino, quæ est decis. 728. par. 3. recent.* In qua etiam expresè notatur hæc distinctio, appellanturque hæc privilegia non simpliciter personalia, sed personalia pro rebus.

Videndum porrò, qualiter realis & mixta localis exemptio à purè personali differat. Et personalis quidem in aliquo amplior est reali, in aliquo verò strictior, cum enim ossibus personæ inhærens ubique eam comitetur, excedit realem, quæ non ubique, sed certo tantùm loco personam afficit; sed vicissim à reali superatur & exceditur, quia cum personalis locum exemptum non faciat, *ut dixit Rota in una Salamantina jurisdictionis 18. Aprilis 1581. coram Lauretano & in recent. decis. 156. num. 6. part. 1.* adeò quidem, ut si Clerici alicujus Ecclesiæ eximantur personaliter à jurisdictione Episcopi, Ecclesia in omnibus teneatur Episcopo respondere præterquam in jurisdictione Clericorum, ut notavit *Geminian. in c. per exemptionem. In 3. col. vers. quæro quando. De privileg. in 6.* Tamen realis semper communicat vim & effectum suum personis illius loci cui conceditur *per text. & gloss. in dic. cap. per exemptionem*, dummodò sint personæ loco illi perpetuò adscriptæ, & ad ministerium ejus deputatæ, ut in puncto respondit *Rota decis. 313. num. 9. p. 9. recent. Et vid. infra par. 4. quæst. 37.* Undè satis patet, qualiter exemptio mixta seu limitata à suprà dictis differat, utpotè illis ambabus strictior, cum neque personam extra locum comitetur, neque cum ipso loco aliis personis communicabilis sit. *Anton. de Butrio. in cap. cum capella numer. 3. de privileg. Joan. Andr. ibi numer. 1. Et perspicuè Fagnan. numer. 2.*

Quibus

Quibus autem signis & conjecturis cognoscatur, num exemptio aliqua realis sit an personalis, *late habes apud Menoch. lib. 3. præsumpt. 103. per totam, & conf. 277. à num. 8. conf. 1007. num. 98. & seq. & plenè per Rot. decis. 199. par. 12. recent. & decis. 400. par. 9.*

Exemptiones aliæ limitatæ, aliæ illimitatæ: exemplum exemptionis limitatæ ad certam causam seu qualitatem habes *apud Seraphin. decis. 1058. num. 8. & recent. decis. 271. 469. & 493. par. 4. tom. 1.* Ita tamen intelligendo, ut causa & qualitas exemptioni apposita, non restringat ipsam, quandò ex alio antecedenti vel subsequenti privilegio appareat de generali ac totali exemptione, tunc enim generi per speciem non derogatur, sed species potius expressa censetur majoris declarationis gratia, *ut in decis. 28. par. 9. recent.*

Adde & aliam divisionem exemptionis, quæ hodie in practica maximi ponderis est: nempè quod alia sit simplex & ordinaria, quæ locum quidem eximit à jurisdictione Ordinarii, non tamen situationem in Diœcesi tollit; alia verò est plena & absoluta, quæ eximit à Diœcesi, & constituit exemptum in proprio territorio, ut declarat *Abb. in clem. Diœcesani de vit. & honest. Cleric. & Fagnan. in cap. cum contingat, num. 39. de foro competen. vid. decis. Putei 115. lib. 3.*

DECISIO SEXTA.

Privilegium reale de non solvendis decimis extenditur ad Colonos, secus si sit personale.

Est decisio 4. sub tit. de privilegiis in antiquis.

1 PApa concessit cuidam Religioni vel Ordini privilegium de non solvendis decimis de terris, quas per se vel per alium excoli faciunt: quæritur nunquid privilegium extendatur ad colonos, ut sic coloni; per quos terras illas faciebant excoli, non teneantur ad decimas de parte penes eos remanente? crederem sic fortè dicendum, aut privilegium est reale concernens terras, & concessum terris, ut puta, quod de terris nullæ decimæ præstari debeant, & tunc puto, quod extendatur ad colonos, quia privilegium reale & rei concessum sequitur rem penès quemcunque vadat. Si autem sit personale non egreditur personam ejus vel eorum, cui vel quibus conceditur. Arg. ad hanc distinctionem. *L. si tibi §. pactum ff. de pact. cum*

2 *concor-*

concordant. & facit ad hoc c. licet. extra de decim. & ita determinat glos. in clement. religiosi. ver. calendas eod tit.

DECISIO SEPTIMA.

Exemptio realis suffragatur etiam colonis & affictuariis. Præscriptio adversus Ecclesiam in exactione decimarum quanti temporis esse debeat.

R. P. D. CARLLO.

Rossanen. Decimarum.

Est inter recent. decis. 59. par. 9.

Veneris 24. Maii 1642.

SUMMARIUM.

1 *Exemptionis privilegium à solutione decimarum, ubi est reale, eximit etiam colonos & conductores.*
2 *Privilegium publicatum præsumitur usu receptum.*
3 *Immemorabilis excluditur eo ipso, quod constat de initio.*
4 *Solutio decimarum facta per colonos & affictuarios non præjudicat habenti exemptionem.*
5 *Decimas ne solvant affictuarii bonorum exemptorum, interest Domini.*
6 *Præscriptio adversus privilegium exemptionis à solutione decimarum quanti, temporis esse debeat. & num. 7.*
8 *Tempus motæ litis subduci debet in testibus super quadragenaria deponentibus.*
9 *Remissoria denegatur, si testes examinandi deberent esse antiquissimæ ætatis.*
10 *Desertio litis imputari debet ei, qui litem non movit.*
11 *Ad desertionis effectum non sufficit sola taciturnitas, nisi simul constet de non jure partis.*

POstquam resolutum fuit constare de exemptione ad favorem D. Abbatis S. Matiæ de Patiro vigore privilegii Papæ Innocentii III. idemque privilegium esse reale, & continere etiam exemptionem à solutione decimarum; Revererendiss. D. Archiepiscopus Rossanen. instetit pro remissoria, quâ probare intendebat, se esse in quasi possessione exigendi decimam

 casei

casei & recottæ, ac vigesimam agnorum & hædorum nascentium ex ovibus &c. pris spectantibus tam ad diœcesanos, quàm non diœcesanos, pascentibus intra mites suæ Diœcesis, nec non decimam & vigesimam omnium ovium & caprarum pascentium intra fines dictæ diœcesis, etiam in bonis dictæ Abbatiæ S. Mariæ de Patiro, pro ut in eadem quasi possessione decimandi & vigesimandi articulabant fuisse ab immemorabili tempore Archiepiscopos antecessores, quare super hoc dubio particulari dubio, Domini remissorium non esse dandam responderunt ex duplici fundamento.

Primò, quia posito, quod dictum privilegium sit reale, ut jam fuit de-
1 cisum in prioribus decisionibus, quæ de more supponuntur in hac disputatione, sequitur dicendum, quod ipsa bona sint exempta, adeò ut sicut Abbas de eis non tenetur solvere decimas, ita neque coloni neque arrendatarii, sive alii conducto-res herbarum pro animalibus ibi pascentibus solvere decimas Domino Archiepiscopo teneantur. *Iuxta glos. in clem. 1. ver. excolendas vers. sed nunquid. Et ibi Imola num. 14. Vital. num. 13. de decim. Abb. in cap. ex parte num. 4. eod. tit. Cyriac. controvers. 146. num. 24. Menoch. cons. 286. num. 8. Rota decis. 4. de privileg. in antiq. & decis. 23. num. 6. par. 2. divers.* Et consequenter articulata immemorabilis exigendi decimas casei & recottæ ab animalibus exterorum depascentibus in territorio Abbatiali positio-nis Diœcesin Rossanen. detegitur irrelevans, cum ex ipso privilegio contrarium ob-
2 servantia probetur de tempore ejusdem privilegii concessionis, quippè quod præsu-mitur usu receptum, eo ipso quod fuit publicatum. *Rota decis. 197. num. 3. part. 1. recent.* & fuisse observatum apparet ex deductis in tribus præcedentibus decisioni-bus, & sic dum allegata consuetudo decimandi non potuit introduci, nisi post di-
3 ctum privilegium, hinc resultat initium, quod immemorabilem excludit. *Covarr. in reg. possessor. par. 2. §. 3. ante num. 8. Molina de primogen. lib. 2. cap. 6. num. 64. Ossas. decis. 101. num. 31. & fuit dictum in Majoricen indultorum. 11. Aprilis 1639. coram Rev. D. meo Merlino Decano.*

Præterea in præjudicium D. Abbatis non relevaret consuetudo, quod ar-rendatarii vel affictuarii, sive alii exteri animalia conducentes ad pasculandum in
4 territorio Abbatiæ solverint decimam D. Archiepiscopo, quia non potuerunt præ-judicare eidem Abbatiæ, de cujus interesse agitur *ad l. fin. C. de acquir. poss. Gratian. discept. forens. cap. 5. 9. num. 74. Gigas de pension. quæst. 148. num. 4. Rota decis. 382. num.*
5 *3. vers. non obstat. par. 4. divers.* ipsius enim Abbatialis Ecclesiæ interest hanc decimam Archiepiscopo non solvi, quia eò facilius & utilius poterunt territoria ac pascua lo-cari, *ex adnotatis per Macer. var. resol. lib. 1. resol. 3. num. 32. & 33. & per Cyriac. contro-vers. foren. cap. 22. num. 8.*

Secundò, quia materia articulata redditur improbabilis, nam esto quod a-liqua præscriptio adversus dictum privilegium potuisset induci, ea tamen deberet esse qua-

ffe quadragenaria, cum versemur in privilegio concesso Ecclesiæ, *iuxta text. in cap.* 6
accedentibus, & ibi glos. & DD. de priv. glos. in cap. cum accessissent. ver. melius videtur, cum
abstantis perscribentes, de constitut. Gail. lib. 2. observ. 60. num. 12. vers. secundo casu. Gabr
cons. 162. numer. 8. Rota decis. 704. num. 8. & 11. coram Buratto. Quidquid sit circum-
scripto privilegio, in quibus terminis loquuntur allegati *per Monet de decimis cap. 5.* 7
quæst. 4. numer. 102. in contrarium adducti. Cum autem ad probandam quadrage-
nariam requirerentur testes 128. annorum, subducendo tempus motæ litis de anno
1619. ultra annos puberratis testium, ut fieri debet. *Cap. licet de testib. Seraphin. decis.* 8
76. num. 2. & decis. 1460 pariter sub num 2. Buratt. decis. 178. num. 8. & ibi Addent. nu-
mer. 19. inverisimile ac impossibile est, quod secundum naturam testes hujusce-
modi ætatis temporibus istis reperiri possint, ut fuit dictum *in Hispalen. decima-*
rum de Ayamonte 27. Junii 1639. coram bon. mem. Pirovano. Ob quam inverisimili- 9
tudinem seu impossibilitatem Rota aliàs denegavit remissoriam, etiam in casu, quo
testes debebant esse ætatis annorum 88. *ut in decis. 266. num. 17 par. 6. rec.* & de testi-
bus 100. annorum extat *decis. 235. num. 12. in fine conseq. par. 5. recent.* adeò quod etiam-
si sufficeret consuetudo decennalis, adhuc testes deberent esse ætatis annorum 93.
& consequenter inverisimilis ac impossibilis redderetur ejus probatio ex mox alle-
gatis.

Nec obstat, quod lis per taciturnitatem fuerit deserta, quia ultra quod pro
parte Abbatis talis taciturnitas negatur, nec illâ ei debet imputari, sed potius Ar- 10
chiepiscopo, qui litem movit, ut in commissione per eum præsentata 14. Maii
1569. coram bon. mem. Verallo. *Summ. num. 3.* & postea eam non prosecutus fuit.
Achill. decis. 7. num. 3. vers. item quia ipse litem non moverat. ut lite pend. cessat omnis hæ-
sitatio ex eo, quod ex decisionibus præcedentibus in causa factis constat de bono
jure Abbatis, & sic deficit alterum requisitum, quod una cum longa taciturnitate 11
concurrere debet ad effectum desertionis, ut benè explicat *Achill. in d. decis. 7. num.*
7. cum seqq. ut lite pend. & facit Crescent. decis. 19. de probat. & fuit dictum in Tullen. pa-
rochialis 26. Januarii 1615. coram bon. mem. Cardin. Fabritio Verospio.

Et ita decisum utraque parte auditâ &c.

* * * *
* * *

DECISIO OCTAVA.

Monasterium ex quibus probetur exemptum ab Ordinario, & an exemptio realis transeat ad omnes Monasterii successores.

Reverend. P. D. CARILLO.

Rossanen. exemptionis.

Veneris 20. Aprilis 1640.

Est in simil. eam dec. 219. par. 2.

SVMMARIVM.

1 *Papa si sibi soli Ecclesiam reservavit, eandem exemisse dicitur ab Ordinario. numer. 2. & 3.*

4 *Quamvis intra fines alicujus diœcesis existat, & de jure Episcopi nulla fuerit facta mentio.*

5 *Monasterium dicitur exemptum, si Papa voluit illud excommunicari & interdici non posse, nisi per Sedem Apostolicam.*

6 *Exemptio inducitur ex privilegio quo Abbas & Monachi possunt Episcopalia recipere à quocunque Episcopo, & nu. 7.*

8 *Ecclesia Papæ nullo medio subjecta dicitur exempta.*

9 *Observantia exemptionis probatur ex confirmationibus Pontificum, & solutionibus factis juxta modum in privilegio præscriptum.*

10 *Exemptio concessa Monasterio, capellis, & tenimentis illius dicitur realis, & ad omnes Monasterii successore transit.*

11 *Recognitio favore Sedis Apostolicæ, quæ antea non erat, dicitur facta occasione exemptionis ab illa concessæ.*

DUbitaveram in hac causa sub die 27. Januarij præteriti ad instantiam D. Pauli Æmilii Silvestri Abbatis S. Mariæ de Patiro, an constaret de exemptione, sed quia pro parte Rever. D. Archiepiscopi Rossanen. principaliter impugnabatur legalitas privilegii Innocentii III. à quo d. exemptio originem ducit. Rota pro tunc censuit privilegium esse in forma probanti, & cognitionem exemptionis ad aliam partibunalis suppositâ causam super reservatis hodie repropositi, & pro D. Abbate informante fuit responsum, id est constare de exemptione.

Quia

Quia ex lectura d. privilegii, de quo in *summ. num.* 1. apparet, quod Papa d. Monasterium tunc Abbatiale Ecclesiæ S. Matiæ de Patiro cum capellis omnibus & tenimentis suis in jus ac proprietatem B. Petri, ejusque protectionem & Sedis Apostolicæ suscepit, ac nulli præterquam sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ illud voluit esse subjectum, reservato tantum onere solvendi Ecclesiæ Rossanen. annuum censum trium cetcorum, & unius cannatæ mellis, ex quibus satis apertè constat dictam Ecclesiam cum suis capellis & tenimentis esse exemptam à jurisdictione Archiepiscopi Rossanen. & aliorum Episcoporum, ut decidit in *cap. si Papa §. si autem de privileg. in 6. & in cap ex parte il. primo. & ibi glos. in ver specialiter eod. tit. & facit cap. cum venissent. 2. §. nos igitur. de in integ. restit. & notant Butrius in c. ex parte il. 2. de privil. quem sequitur etiam Bouch. & Socin. in c. recepimus. 8. n. 7. & 32. eod. tit. Card. Tusch. tom. 3. litt. E. conc. 352. n. 11. Erasm. à Chokier de jurisd. Ordin. in exempt. par. 1. q. 9. n. 1. vers. in primis Barbosa de offic. & potest Episc. par. 3. alleg. 123. n. 15. Dec. cons. 152. n. 2. Seraphin. decis. 1025. nu. 2.* ponderata signanter reservatione solutionis annui census trium cetcorum & cannatæ mellis, quæ facit, ut in reliquis non reservatis censeatur probata exemptio. *Joan. Andr. in cap. cum venerabilis. de censib. Bald. in l. fin. num. 4. C. de bon. liber. Felin. in cap. cum inter. n. 3. & 4. de sent. & re judic. & facit text. in l. nam quod liquidè §. ultim. vers. si cui ff. de penu. leg Seraphin. decis. 1025. num. 20. Rota decis. 385. n. 1. par. 5. recent.* 1 2

Quod confirmari etiam dictum fuit ex eo, quod Papa in eodem privilegio ultra concessionem usus annuli, mitræ, & baculi, prohibuit quoque ut nullus sententiam interdicti vel excommunicationis contra Abbatem, Monasterium, Monachos, capellas seu Clericos promulgare audeat, nisi Romanus Pontifex vel Legatus ab ejus latere missus, subdens postea, quod d. Monasterium ad indicium, se una cum capellis & tenimentis ejus fuisse receptum in proprietate ac protectione S. Petri ac Sedis Apostolicæ, unciam auri singulis annis Ecclesiæ Romanæ persolveret, quæ verba clarè indicant d. Monasterium cum ejus capellis & tenimentis, licet existeret intra fines Diœcesis Rossanen. esse exemptum ab ejusdem Archiepiscopi Rossanen. jurisdictione, prout pariter notatur *in d. cap. si Papa de privil. in 6. ubique DD. communiter sentientes Abb. in d. cap. recepimus circa fin. & ibi Socin. num. 36. Sanch. in cons. moral. lib. 6. cap. 8. dub. 1. num. 4.* etiamsi de jure Episcopi nulla fuerit facta mentio, ut advertit *glos. quam Abb. post alios sequitur in cap. cum olim il. 1. de priv. & g. Dec. in d. cons. 152. num. 2. vers. & præsupponendum est. Seraphin. d. decis. 1025. num. 8. & 9.* aliàs enim potuisset Archiepiscopus, & alii Episcopi excommunicare, suspendere ac interdicere, ut disponitur *in cap. cum capella & in cap. quanto de privileg. Joan. Andreæ in tract. de interdict. num. 23.* 3 4 5

Præterea fuit consideratum, quod in d. privilegio fuit etiam indultum, ut Archimandrita & ejus Fratres, chrisma & oleum sanctum, altarium seu Basili-

Basilicarum consecrationes, Monachorum seu Clericorum ordinationes &
Ecclesiastica Sacramenta à quocunque maluerint Episcopo, recipere possint, unde
6 resultat totalis exemptio ab omni jurisdictione Ordinarii *ex not. per glos. in cap. nisi*
verb. permittens. de pœnit. & remiss. Joan. And. in reg. scienti, num. 25. de reg. jur. in 6. de
d. cons. 152. num. 1. vers. quarto fuit. Seraphin. d. decis. 1025. num. 6. & 8. etiam quoad ea
7 quæ concernunt ordinem & dignitatem Episcopalem ex traditis *per Innocent. verb.*
de clerie. peregrin.

Quibus accedunt confirmationes Apostolicæ factæ ab aliis Pontificibus suc-
cessoribus, videlicet Martino V. Alexandro VI. Honorio III. & præcipuè Joan-
8 ne XXII. dicto, in qua asseritur d. Monasterium ad Ecclesiam Romanam nullo
medio pertinere, quæ verba: *nullo medio* immediatam subjectionem ac exemptio-
nem à quocunque alio important. *cap. cum olim. §. nos verò de privileg. & ind. cap. si*
Papa §. siautem vers. vel ad Romanam. eod. tit. in 6. dec. d. cons. 152. num. 2. in princip. & in
puncto Seraph. d. dec. 1025. num. 14. & 15. & ex dd. confirmationibus Pontificis & al-
fertiva Joannis XXII. ac ex solutionibus annuæ præstationis factis tam Sedi Apostoli-
9 licæ, quàm Ecclesiæ Rossanen. juxta modum in d. privilegio præscriptum, proba-
tur etiam prædictæ exemptionis observantia, ut ponderavit *Rota in d. decis. 1025.*
apud Seraphin. num. 10. 11. & 12.

Nec dixerunt Domini obstare posse, quod d. exemptio fuerit concessa Mo-
nasterio tunc temporis regulari, & ideò suffragari non possit moderno Abbati com-
10 mendatario sæculari, quia dum concessio facta fuit Monasterio, capellis & ejus
tenimentis, ut clarè legitur in d. privilegio Innocentii III. exemptio dicitur realis,
quæ propterea transit ad omnes successores in d. Monasterio ad text. *in l. ut ait em §. in*
fin. ff. de censib. Bartol. in l. 1. num. 2. ff. de constit. princ. Menoch. cons. 236. num. 10. Gemin.
in cap. per exemptionem num. 20. Franc. n. 1. de privil. in 6. Cald. cons. 14. de censib. Surd.
cons. 523. num. 23. Rota decis. 4. de privil. in antiq.

Prout minus adversari visa fuit replicatio pro D. Archiepiscopo facta sub die
altertius disputationis, quod scilicet solutio unciæ auri fuerit facta Sedi Apostolicæ
11 pro feudo in recognitionem directi dominii: quia feudum non præsumitur, & ver-
ba d. privilegii illud penitus excludunt ibi: *ad indicium autem, quod specialiter vos &*
Monasterium vestrum cum capellis & tenimentis vestris in proprietate & protectione B.
Petri & nostra recepimus &c. Sic igitur Summus Pontifex illud tunc sub protectio-
ne recepit, ergò prius non aderat feudum, & consequenter onus impositum fuit
pro protectione suscepta, ut patet ad sensum, & sic occasione exemptionis conces-
sæ juxta dispositа *in d. cap. si Papa de privil. in 6. cum aliis supra allegatis.*

Et ita decisum D. Abbate tantùm informante, altera parte sæpius citata & in-
formare non curante &c.

DECI-

DECISIO NONA.

Exemptio per Papam Monasterio concessa, si verba in rem apparent concepta, realis dicitur, quamvis de personis quoque mentio habeatur, & tunc Abbatis etiam illius commendatario suffragatur; nec tollitur exemptio per successivam eiusdem Ecclesiæ collationem factam cum enunciativa, quod illa esset Ordinario subjecta, cum talis enunciativa nihil probet in hac materia, nec ullam vim habeat privilegii naturam evertere.

Est inter recent. decis. 230. par. 8.

R.P.D. CARILLO.

Rossanen. Exemptionis.

Veneris 22. Junii 1640.

SUMMARIUM.

1 *Exemptio probatur ex privilegio Pontificis.*

2 *Privilegium personale non egreditur personam illius, cui conceditur.*

3 *Effectus subsecutus operatur interpretationem cujuslibet dispositionis.*

4 *Verba privilegii concepta in personam, illius personalitatem inducunt.*

5 *Ecclesia commendata non præsumitur ab ordinarii jurisdictione exempta.*

6 *Episcopo ea omnia reservata censentur, quæ per Pontificem expressè non fuerunt adempta.*

7 *Privilegii verba in rem concepta indicant privilegium esse reale.*

8 *Verba privilegii si sunt apta inducere realitatem, illa non tollitur per expressionem personarum.*

9 *Privilegii verba in dispositiva prolata à proœmio nullam possunt restrictionem capere.*

10 *Privilegium reale suffragatur successori.*

11 *Scripturæ extractæ & compulsatæ lite pendente sine compulsoria, & sine citatione partis, nullam fidem merentur.*

12 *Scripturæ quæ non sunt in actis, non sunt attendendæ.*

13 *Acta gesta à non habente mandatum procuræ, nec Domino nec successori præjudicant.*

14 Man-

14 *Mandatum procuræ speciale requiritur ubi agitur de actu præjudiciali.*
15 *Acta gesta à non habente mandatum procuræ possunt à Domino revocari etiam non dolo de errore.*
16 *Privilegio concesso Ecclesiæ non potest commendatarius præjudicare.*
17 *Ecclesia si est Sedi Apostolicæ subjecta immediatè dum agitur de illius præjudicio, requiritur consensus Papæ.*
18 *Enunciativa simplex non tollit præcedentem exemptionem, de qua in ea nulla habetur mentio.*
19 *Privilegii revocatio non præsumitur, nisi de ea expressè constet.*
20 *Privilegium postquam est concessum, non dicitur contra jus, sed de jure.*
21 *Papa regulariter non censetur alterare statum Ecclesiæ.*
22 *Exemptio Ecclesiæ non tollitur per collationem de ea factam mediante enunciativa, quod erat Ordinarii jurisdictioni subjecta.*
23 *Enunciativa simplex nihil probat, nisi principaliter quæritur de enunciato.*
24 *Commendatio simplex non tribuit jurisdictionem vel dominium, sed solam defensionem.*
25 *Episcopus nullum jus acquirit, si præcesserit uti Apostolicæ Sedis delegatus.*
26 *Actus tribuitur ordinanti, non exequenti.*
27 *Fides & attestationes simplices non faciunt aliquam probationem.*
28 *Observantia ut suffragetur, debet esse continua & pacifica respectu illius, de cujus interesse agitur.*
29 *Observantia privilegii Apostolici probatur ex subsecutis solutionibus ad formam illius.*

PLacuerunt Dominis fundamenta Decisionis in hac causa emissæ sub die 10. Aprilis præteriti, qua firmatum fuit constare de exemptione ad favorem D. Abbatis S. Mariæ de Patiro: ideò perstiterunt in decisis non obstantibus his quæ pro parte Reverendiss. D. Archiepiscopi Rossanen. contra eam deducebantur. Habet enim d. Abbas intentionem fundatam super exemptione à quocunque alio Antistite, præterquam à Sacrosancta Romana Ecclesia, ut patet ex verbis privilegii Innocentii III. Ecclesiæ S. Mariæ de Patiro concessi, ibi: *Volumus, ut nulli Monasterium vestrum cum capellis omnibus & tenimentis suis sit subjectum, præterquam sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ. Text. express. in cap. si Papa §. si autem de privil. in 6. Seraphin. decis. 1025. num. 6. cum aliis plurimis relatis in decis. hujus causæ §. quia ex lectura,* & propterea meritò Rota respondit ad ejus favorem.

Absque quod aliquid relevent duo objecta facta per informantes d. Domini Archiepiscopi in hodierna disputatione. Primum scilicet, quod d. privilegium sit personale, & sicuti concessum Archimandritæ & Fratribus regularibus, non possit suffragari moderno Abbati & aliis Clericis sæculatibus d. Monasterii, cum privilegium perso-

personale non egrediatur personas, quibus fuit concessum, *cap privil. de reg. jur. in 6. Rota decis. 4. n. 2. de privil. in antiq.* Alterum, quod ex observantia subsecura desumpta ex quibusdam actibus jurisdictionalibus factis ab Ordinario, coadjuvetur fundamentum personalitatis, & excludatur omninò dicta exemptio, cum pro interpretatione cujuslibet dispositionis debeat sumi argumentum ab effectu subsecuto, & observantia dicatur regina interpretationum *l. si de interpretatione & l. minimè ff. de legat. Surd. cons. 362. num. 10. Monet. de decim. cap. 4. n. 145.* 2 3

Quia quoad primum fuit responsum, non subsistere, quod concessio d. privilegii fuerit simpliciter personalis; nam licet illius proœmium legatur directum in personas regulares, non autem in rem, ibi: *ut ordo monasticus, qui secundum Deum & B. Basily regulam in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis temporibus ibidem inviolabiliter absque omni molestia & inquietudine observetur &c.* quæ verba cum teneantur in personis Monachorum, & tuitione eorundem, viderentur referenda ad personalitatem. *Cap. per exemptionem de privileg. in 6. ubi Geminian. num. 5. Franc. num. 3. vers. quinto nota. & Ancharan. n. 3. vers. quarto nota. Rota decis. 156. num. 6. par. 1. recent.* quia personalitate stante per commendationem d. Ecclesiæ in personam moderni Abbatis non censentur communicata privilegia ordini regulari concessa, nec ordinario adempta præsumitur jurisdictio sibi competens super dicta Ecclesia commendata, uti sita infra fines suæ Diœcesis. *ex cap. conquerente de offic. ordin. cap. cum Episcopus eod. tit. & cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 7.* cum regulariter omnia quæ expressè Episcopo non adimuntur, censeantur ei reservata *Anchar. in cap. postulasti num. 45. ante med. vers. quod probo de foro compet. & in cap. 2. num. 10. de constit. in 6. Rota decis. 324. num. 5. par. 1. recent.* 4 5

Attamen ex lectura totius privilegii benè dignoscitur ejus concessionem fuisse realem, ait enim Papa in dispositiva, quod Monasterium cum capellis omnibus & tenimentis suis nulli sit subjectum, præterquam sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, & paulò post subjungit, *quod d. Monasterium ad indicium seu nà cum capellis & tenimentis ejus fuisse receptum sub proprietate & protectione S. Petri & Sedis Apostolicæ, unciam auri singulis annis Ecclesiæ Rom. persolveret.* Quæ quidem verba negari non potest, quin fuerint directa in rem, ut patet ad sensum, & proindè privilegium reale reputatur, ex traditis *per Dyn. in capit. privilegium numer. 6. de reg. jur. in 6. Dec. in l. in omnibus causis numer. 15. ff. de reg. jur. Natta. consil. 627. numer. 12. Cravett. consil. 590. numer. 1. Menoch. de præsump. liber. 3. præs. 103. numer. 26.* licet concurrat mixtura personalitatis, quia quandò adsunt verba apta ad inducendam realitatem, non tollitur qualitas ipsius realitatis per expressionem personarum. *Bald. in l. apud Julianum §. si quis alicui de legat. 1. & in consil. 159. vers. item quæ realis lib. 3. Menoch. d. præsump. 103. num. 29.* nec dicta verba uti nimis clara & in- 6 7 8

dispositiva privilegii prolata possunt à procœmio restringi, sed potius ab eis dispo-
9 mitur causa finalis, non à procœmio. *Purpurat. in l. cum quid ff. si cert. pet. num. 110. in fine. Socin. cons. 24. per tot. lib. 4. & glos. 2. in clem. 1. ad fin. de elect. Menoch. lib. 6. præsumpt. 2. num. 15. Rota decis. 36. num. 17. par. 5. recent.* qua realitate stante privilegium
10 suffragatur etiam moderno Abbati, *l. via. §. quacunque ff. de servit. rustic. prad. l. si aqueductus ff. de contrahen. empt. Rota coram Martino Andr. dec. 54. num. 24. cum aliis allegatis in præcedenti decisione §. nec d. xerunt.*

Quòd verò ad secundum objectum deductum ex observantia, nec etiam subsistere visum fuit, quia ultra quod scripturæ, quibus probari prætenduntur actus pro inducenda dicta observantia, sunt extractæ & exemplatæ lite pendente
11 sine compulsoria & citatione partis, & sic nullam fidem merentur, *ad not. in cap. fin. de fide instrum. Auth. si quis in aliquo c. de eden. Rot. decis. 1. de fide instrum. in nov. & in recent. decis. 302. num. 1. par. 1. & coram Gregorio XV. decis. 469. num. 4. &* plu-
12 res illarum non sunt in actis, quæ propterea non sunt attendendæ. *Castren. in l. ult. prætor. §. si judex. vers. & pro hoc ff. de re judic. Rota decis. 404. num. 2. par. 1. recent.*

In omnem eventum quatenus etiam essent in forma probandi, & in actis productæ, nec minus relevarent, siquidem acta gesta de anno 1533. in Curia Archiepiscopali Rossanen. sub nomine d. Abbatis contra quemdam Franciscum Cicirubinum de Rossano molestantem nonnullos colonos d. Abbatiæ exemptæ, non apparent gesta ab habente mandatum procutæ ipsius Abbatis, prout requiritur, *l. solvendo ff. de negot. gest. Innocent. in cap. veniens. de procurat. Bartol. in l. certum §. sed*
13 *an & ipse num. 2. ff. de confess. Simon de Pret. cons. 80. num. 46. & seq. Honded. cons. 66. num. 76. vol. 1.* & quidem opus esset doceri de mandato speciali, cum mandatum generale non comprehendat casum, in quo privilegiis renuntiatur, uti actum
14 præjudicialem. *Bald. in cap. 1. col. 2. ut lite non constet. Jason in l. si procurator n. 8. limit. C. de procurat. Paris. cons. 86. num. 17. lib. 4. Gregor. XV. decis. 75. num. 1. ubique adent. num. 4.* Ideòque benè potuerunt omnia gesta revocari etiam non docto de errore, prout per d. Abbatem revocata fuerunt. *Rota decis. 19. de procurat. & decis. 2.*
15 *de confess. in novis, Caputaq. decis. 198. par. 1. num. 2. & in recent. decis. 470. num. 6. & decis. 768. num. 5. par. 2.*

Quinimò etiamsi adesset mandatum speciale, nihilominus, ex quo privilegium fuit concessum Ecclesiæ, ut supra fuit firmatum, Abbas commendatarius
16 non potuisset ei præjudicare. *Vual. in clem. 1. num. 57. de offic. vicar. Calderin. cons. 5. num. 1. de confess. Castren. cons. 338. lib. 1. Rota decis. 480. num. 4. par. 1. recent. Seraphin. decis. 1278. num. 3. &* fuit dictum coram R. P. D. meo Pirovano in S. Angeli Lombardo-
17 *rum jurisdictionis 6. Martii 1637. & postea in Brixinen. jurisdictionis 19. Novembris 1638. coram me.* Sed requirebatur Sedis Apostolicæ consensus, dum ei dicta Abbatia est immediatè subjecta *cap. cum tempore in fine, & ibi not., Abb. num. 2. de arbit. Joan. Andr.*

in cap.

in cap. scienti col. 14. vers. solvit pro hac parte. de reg. jur. lib. 6. Felin. in cap. P. & G. num. 13. de offic. deleg. Roman. cons. 369. num. 18. Surd. cons. 47. num. 25. Mantic. decis. 237. numer. 4.

Nec advertati dictum fuit, quod in litteris Innocentii VI. emanatis super confirmatione electionis Archimandritæ d. Monasterii, enuncietur d. Monasterium subjectum Ecclesiæ Rossanen. jure ordinario, quia dum in eisdem non fit mentio de privilegio antecedenti exemptionis, dicta simplex enunciativa non facit, ut præcedens exemptio sublata dicatur. Archidiac. in cap. 2. num. 2. ante fin. de constitut. in 6. Barbat. consil. 23. num. 6. lib. 3. Gratian discept. forens. cap. 918. num. 38. & cap. 981. num. 6. revocatio enim privilegii non præsumitur, nisi de ea expresè constet. glos. in sum. ad fin. vers. sic, item in dubio 25. quæst. 2. Crot. consil. 281. num. 12. 18. & 19. & cons. 380. num. 24. & 25. lib. 3. Rota decis. 139. num. 5. par. 2. diverss. cum sit odiosum au- ferre privilegium, quod post concessionem non dicitur contra jus, sed de jure, l. 3. ff. de constit. princ. cap. decet de reg. jur. in 6. Ces. de Graff. decis. 1. num. 6. & 7. de verb. signif. Gonzalez ad regul. 8. cancell. glos. 36. num 56. & regulariter Papa non intendit statum Ecclesiæ alterare. Nevizan. inter consilia Alberti Bruni cons. 12. num. 38. sa- ciunt notata per Rot. coram Seraphino decis. 871. num. 6. & apud Burat. decis. 623. num. 8. ex doctrina Felini in cap. nonnulli in princip. de rescript. & in tract. quando littera Apo- stolica præjud. in 3. ampliat. num. 7. prout in præsenti non alteravit, dum processit cum supposito quod d. Monasterium esset Ordinario Rossanen. subjectum, cessante autem hoc supposito ex privilegio præcedenti exemptionis, corruit etiam dicta e- nunciativa, nec in eapotest aliquod fieri fundamentum, per regulam, quod ubi consequens fundatur in aliquo antecedenti, sublato antecedenti, tollitur etiam con- sequens. L. si cum teff. de pact. l. fin. ff. de const. pecun. Rota decis. 10. de præbend. in an- tiq. num. 3. ultra quod simplex enunciativa nihil probat, dum principaliter agitur de enunciato. Parisius cons. 94. num. 19. lib. 1. Decian. consil. 348. in fine. Put. decis. 371. numer. 2. lib. 1. in correct. Rota decis. 31. de probat. in antiq. & decis. 380. numer. 26. par. 5. recent.

Eademque responsio adaptatur simili enunciativæ emissæ in alio Brevi Alexandri VI. directo Archiepiscopo Rossanen. in quo Papa commendat eidem Archiepiscopo D. Gasparem Pou. Commendatarium d. Monasterii de Patiro tanquam de enunciato, non probat, & dum in scriptura, ubi fit enunciatio, non fuit facta mentio privilegii præcedentis exemptionis, in nihilo eidem exemptioni fuit præjudicatum ex superius deductis; & eò minus cum d. Breve Alexandri VI. non contineat nisi simplicem commendationem rerum & negotiorum d. Monasterii, ad hoc ut d. Gaspar, qui erat ejusdem Papæ Alexandri secretus Cubicularius posset cum auxilio Archiepiscopi Rossanen. res & negotia ejusdem Monasterii facilius per- tractare

tractare, & ideò per illud non censetur sublata præcedens exemptio, nec operatur
24 ut d. Monasterium Archiepiscopo sit subjectum, simplex enim commendatio non tribuit jurisdictionem vel dominium, sed tantum facit, ut commendatarius commendatum teneatur defendere. *Auth. de hared. & falcid. §. 1. cap. imperialem. de probib. fend. alien. facit Bartol. in cons. 59. incip. Commune Spoleti. quem sequitur Rota decis. 24. nu. 6. par. 6. recent.*

Prout nec etiam relevare visa fuerunt ea, quæ dicebantur de scientia, & actis ge-
25 stis super confirmatione transactionis initæ cum d. Abbate, & de litteris *sim* eidem Archiepiscopo Rossanen. directis super concessione in emphyteusim eidem jusdam petiæ terræ d. Abbatiæ, quia in his actibus Archiepiscopus non processit ut delegatus Apostolicus, & ideò non potuit per eos aliquod jus circa jurisdictionem acquirere, ut notat in specie *Rota coram Martino Andreæ decis. 54. nu. 19. vers. non obstat. & n. 20. & fuit dictum in Adrien. seu nullius jurisdictionis 28. Maii 1613. coram bon. mem. Vbaldo.* Eâ præcipuè ratione, quoniam actus attributum ordinanti, non exequenti *l. si hares ex testamento ff. de act. emp. l. item eorum. §. si decem-*
26 *nes. ff. quod cujusque univers. nom. Cravet. cons. 144. n. 3. Rota decis. 176. n. 2. par. 2. divers. & coram Gregorio XV. decis. 252. n. 9.*

Denique fides & attestationes, quibus probari prætenditur exactio decimarum facta per ordinarium Rossanen. non fuerunt habitæ in consideratione, quia ultra
27 quod sunt simplices attestationes, & consequenter non probant. *Cas. de Gras. decis. 2. n. 13. de sponsal. Seraph. decis. 106. n. 3. Gregor. XV. decis. 204. n. 2.* continent etiam exactionem decimarum factam lite pendente in Rota usque de anno 1569. cujus causæ commissionis vigore ego uri suffectus concessi inhibitionem, quæ fuit moderno Archiepiscopo præsentata, & propterea exindè resultare nequit non usus privilegii,
28 & observantia ad favorem Ordinarii, cum certum sit, quod observantia, ad hoc ut suffragetur, debeat esse cõtinua & pacifica respectu illius, cujus interesse læditur *Alex. cons. 9. n. 6. volum. 3. Felin. in cap. sicut. n. 33. de rejudic. Gabriel. de præsumpt. concl. 1. n. 59. Surd. consil. 28. n. 99. vol. 1. & dixit Rota cum Seraphino decis. 748. n. 1. cum aliis plu-*
ribus cumulatis per addent. ad Burat. decis. 857. num fin.

Ex quibus cum penitus diluatur observantia pro D. Archiepiscopo allegata, dixerunt Domini, observantiam privilegii exemptionis probari pro parte d. Abbatis,
29 prout ponderatum fuit in præcedentibus decisionibus, nempe ex solutione unciæ auri facta Cameræ Apostolicæ, & ex solutione cannatæ mellis unà cum tribus cereis facta Ecclesiæ Rossanen. *juxta decis. Seraphini 1025. n. 10. 11. & 12.* & ideò stetesunt in decisis, reservato tamen videre de speciebus dictæ exemptionis.

Et sic decisum utraque &c.

DECI-

DECISIO DECIMA.

De quasi possessione jurisdictionis tam in temporalibus quàm spiritualibus, explurimis concessionibus & privilegiis, & antiquissima observantia in præjudicium Episcopi præscripta, multa notanda, de quibus in Summario.

R.P.D. Martino Andrea.

Nullius seu Squillacen. jurisdictionis.

Est inter recent. decis. 234 par 4. tom.

Veneris 4. Martii 1616.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum non datur adversus sententiam sine læsione.*
2 *Ecclesia potest in una diœcesi permanere, & tamen non esse de illa.*
3 *Jurisdictio tam in spiritualibus quàm in temporalibus in præjudicium Episcopi probatur ex concessionibus & privilegiis à Sede Apostolica confirmatis.*
4 *Item ex sententia antiqua.*
5 *Sententia contra Episcopum lata præjudicat etiam successori, quando Episcopus, ad quem spectabat defensio Ecclesiæ, permisit Archidiacono agere.*
6 *Dismembratio jurisdictionis ab uno loco & translatio in alium quid operetur.*
7 *Exemptio simplex differt à dismembratione.*
8 *Verba in dubio intelliguntur demonstrativè non taxativè.*
9 *Enunciativa non probat ubi principaliter agitur de enunciato.*
10 *Fallit si essent plures enunciativæ à diversis personis emanatæ, & antiquissimæ.*
11 *Sententia antiqua ultra 100. annos probat sine actis.*
12 *Privilegia quæ loca dicantur comprehendere.*
13 *Dictio scilicet, quandò stet restrictivè & quandò ampliativè.*
14 *Pertinentiarum appellatione quid veniat.*
15 *Verbum pertinere quam vim habeat.*
16 *Scientia & consensus præsumuntur ex lapsu longi temporis & multiplicitate actuum.*

17 Ob-

17 *Observantia declarat donationes & privilegia.*
18 *Apostolica confirmatio supplet solemnitates à jure requisitas.*
19 *Confirmatio Apostolica ab antiquitate temporis præsumitur.*
20 *Dispensationes matrimoniales, & excommunicationes pro revelationibus in forma: significavit, per solam Sedem Apostolicam solis Episcopis delegantur.*
21 *Episcopi quibusdam casibus jurisdictionem delegatam habent in exemptos.*
22 *Seminarii contributio facienda est, etiam ab Ecclesiasticis qui sunt nullius Diœcesis.*
23 *Observantia præscripta tempore hominis non interrumpitur per contrariam observantiam.*
24 *Privilegia quando dicantur realia.*
25 *Privilegia realia suffragantur personis, ad quas bona & loca pervenerunt.*

LAtâ sententiâ per D. Cardinal. Farnesium vigore commissionis cum clausulâ, *appellatione remota*, in qua de voto DD. meorum Manzanedi & Pamphili pronuntiatum fuit, omnimodam ordinariam jurisdictionem in spiritualibus & temporalibus, quam habebant Episcopi Squillacen: ante & de tempore donationis Theodori, Joannis & Donati in Parochos & Parochianos casalium Serræ, Spatulæ, Biungi, Montauri, Gasparinæ, spectasse & spectare ad Priorem & Monasterium S. Stephani de Nemore venerabilis Congregationis Carthusien. eosdemque in eorum possessione, seu quasi jurisdictionis præfatæ fore & esse manutenendos, illisque ex Apostolicis indultis licuisse & licere consecrationes, chrisma, cæterasque Episcopalis officii indulgentias, à quo voluerint Episcopo consequi, ut latius in sententiæ *summario num. 9.* cùm adversus eam Episcopus non acquiescens, causas restitutionis in integrum, prout de jure, Illustrissimo D. Cardinali Lancelotto de voto Rotæ committi obtinuisset, pro eodem voto habendo fuit dubitatum coram me, an constaret de justis causis restitutionis in integrum, & Domini utraque parte informante non constare censuerunt, nisi obstet excessus quoad loca, de quo videatur. Nam ex donationibus tam comitis Rhogerii, quàm Theodori,
1 Joannis, & Donati Episcoporum Squillacen. à Sede Apostolica confirmatis, nec non ex privilegiis ejusdem Sedis Monasterio S. Stephani concessis, una cum observantia subsecuta appareat manifestè de justitia d. sententiæ, undè cessat læsio, sine qua non datur restitutio. *Rot. decis. 1. de restit. in integ. in novissim. Seraphin. decis. 1238. nu. 1. & fuit dictum in Cæsaraugustana fructuum 26. Junii 1602. coram R. D. meo Damasceno. & in Marsilien. pecuniaria 26. Junii 1609. coram R. Bononien. & aliis sæpè.*

Nec pro læsione probanda suffragatur in sententia, loca de quibus agitur,
2 enunciari provinciæ Rhegien. cujus contrarium, imò quod sint in Diœcesi Squillacen. patere dicebatur ex nonnullis ex dictis juribus. Undè licet præfatæ donationes ac

tes ac privilegia & confirmationes Apostolicæ continerent exemptionem quan-
tumvis amplissimam, ita quod d.loca uti exempta non essent amplius de Diœcesi,
tamen in Diœcesi permanebant. *cap. cum Episcopus & ibi Geminian. num.3. Franc.*
num.2. de offic.ordin.in 6. cum aliis adductis in Constantien. jurisdictionis 18. Mati 1611.
cum Reverendissimo Atrebaten. & sic per informantes; quia aliud stare possunt,
quod d.loca sint in provincia Rhegien. & nihilominus sint in Diœcesi Squilla-
cen. ex quo provinciæ nomen est generale plures comprehendens sub se Diœceses,
cap.2. can.6.quæst.3. * *Bartol.in extravag. qui sunt rebelles §. Lombardiæ num.7. Rutn*
cons.22.num.4. & 5.lib.1. & habetur in provinciali omnium Ecclesiarum, in quo
Squillacen.Episcopus est descriptus inter alios suffraganeos Archiepiscopi Rhegien. 3
Præterea d.Casalia non fuerunt simpliciter exempta à jurisdictione Episco-
pi Squillacen. verum etiam cum omnibus suis hominibus tam de Clero, quàm de
populo subjecto Monasterio S. Stephani & illius Priori, quibus per Episcopos
Squillacenses fuit concessum omne jus, omnisque jurisdictio & correctio, quæ in
dd.casalibus ipsis competebat; adeò quod Episcopi nullum jus sibi retinuerint in eis,
etiam quoad consecrationes, ordinationes, cæteraque Episcopalis officii indi-
gentias, quas à quocunque voluerint Episcopo recipiendi eis tribuerunt facultatem,
ut in donationibus præfatorum Theodori, Joannis, Donati, ac confirmationi-
bus Apostolicis Urbani II. & Honorii III. aliorumque Pontificum. *Summar.nu-*
mer.2.& 3.

Quod etiam patet ex antiquissima sententia lata de anno 1283.per cantorem 4
Catacen.delegatum Apostolicum *eod.summar.num.4.* in qua narratis ac visis dona-
tionibus & confirmationibus supradictis, nec non examinatis testibus declaratur
syndicum d.Monasterii liquidè & plenariè suam intentionem probasse, videlicet
quod spiritualia præfatorum casalium pleno jure spectabunt ad Monasterium, & à
longis retro temporibus usque tunc ab eo pacificè tenebantur & possidebantur.

Quæ sententia etsi lata fuerit inter Priorem Monasterii & Archidiaconum 5
Squillacen. & sic inter alios; attamen plenè probat contra modernum D. Episco-
pum, ex quo illius prædecessor, ad quem primo loco spectabat defensio, permi-
sit Archidiaconum agere. *Cap.penult.de re judic.l.sæpè ff.eod. & quia d.sententia fuit la-*
tam causa status l.ingenuum ff.de statu hom. Alexand.in d.l.sæpè num.56. Achill.decis.
5.de sent. & re jud. Seraphin.decis.1422.num.8. & in omnem casum facit vehemen-
tissimam præsumptionem boni juris, ut ait *Seraphin.ubi supra in vers. verum. Put.de-*
cis.133.in fine lib.1. Concurrente maximè illius antiquitate & observantia circa exer-
citium omnimodæ jurisdictionis in casalibus præfatis, quæ observantia & antiqua
possessio Monasterii optimè probatur tam ex testibus pro illius parte formiter exa-
minatis *summar.num.6.7. & 8. quàm ex authenticis scripturis in processu à fol.209. usq;*
ad 240.

Undè

Undè sequitur, quod cùm omnis jurisdictio, quæ Episcopo in dd. l. competebat, fuerit ab eo totaliter abdicata, & in Priorem ac Monasterium translata, dicta loca & casalia effecta fuerint proprium territorium ipsius Monasterii & non sunt amplius neque de Diœcesi, neque in diœcesi Squillacen. *glos. in clem. §. volumus in verb. diœcesanis & ibi Cardinal. num. 2. in 4. quæst. Abb. num. 15. Imol. num. 28. Vital. num. 4. de foro compet. Ancharan. in cap. postulasti num. 45. versic. rationes. eod. tit. Franc. in cap. 2. §. statuto num. 10. ad fin. vers. sed si per privilegium de constit. in 6. Rota decis. 207. in fine par. 2. divers. & fuit resolutum in Nullius jurisdictionis 19. Martii 1586. coram Eubalo, & in Urbinaten. jurisdictionis 4. Maii 1594. coram Gipsio. & in Burgen. jurisdictionis 16. Decembris 1594. & 28. Aprilis 1595. coram Orano. & in Nullius seu Lucen. jurisdictionis 12. Februarii 1596. coram Mantica & in Constantien. jurisdictionis 16. Novembris 1607. coram Reverendissimo Atrebaten. & novissimè in Adrien seu nullius jurisdictionis 28. Maii 1612. & 21. Martii 1613. coram R. P. D. meo Ubaldo.* 6

Hinc patet responsio ad aliam decisionem Reverendissimi Atrebaten. incausa Constantien. jurisdictionis 18. Maii 1611. quia d. decisio fuit facta cum præsupposito quod parochiales, de quibus ibi agebatur, essent in diœcesi Constantien. ut privilegia quibus Abbas S. Galli nitebatur, solum continebant simplicem exemptionem, & eam restrictam ad Monasteria & eorum membra, non autem ad loca, & castra, sive populum; & denique ibi non fuerat abdicatum omne jus episcopale, & translatum in Abbatem, prout hæc omnia in contrarium se habent in casu nostro. 7 8

Illa igitur enunciatio in prima donatione Comitis Rhogerii, & aliæ in confirmationibus Urbani & Honorii, ac in d. sententia delegati, quatenus d. casalia enunciantur diœcesis Squillacen. referri potest ad tempus, antequam essent nullius diœcesis, vel dicta verba stant demonstrativè, ut in dubio accipienda sunt, non taxativè nec limitativè. *Bartol. in l. cum pater §. mensanum 8 ff. de legat. 2. Decian. cons. 183. num. 1. vers. & ad hoc facit & cons. 468. n. 3. Cravett. cons. 301. num. 5. Cephal. cons. 137. num. 37.* vel non probant, quandò, prout in hoc casu, principaliter agitur de veritate enunciati. *Put. decis. 381. in fine lib. 1. Verall. decis. 19. num. 4. par. 2.* & in specie fuit dictum in *Nullius seu Lucen. jurisdictionis 4. Maii 1598. coram Siraphino inter impressas decis. 1278. num. 2. & in dicta Adrien seu nullius coram D. Ubaldo.* 9

Stante maximè, quod non concurrit aliquod adminiculum longævæ possessionis pro Episcopo, sed pro Priore Monasterii, ut esse necessarium dixit *Rota in dicta Adrien.* & in omnem eventum, postquam Monasterium retinet territorium distinctum per unam leucam, in quo extant d. loca, unà cum jurisdictione quasi Episcopali in homines tam de Clero, quàm de populo, ut in trina donatione Comitis Rhogerii *summar. num. 1.* & in dd. concessionibus Episcoporum Squillacen.

Aposto-

Apostolicâ authoritate vallatis, sequitur manifestè d. Monasterium & d. loca & casalia esse verè & realiter nullius, etiamsi dictum territorium sit circumdatum limitibus Episcopatus Squillacen. ut in puncto fuit dictum *in Calaguritan. seu nullius jurisdictionis 7. Februarii 1607. coram Reverendiss. Atrebaten. per gl. in d. clem. 1. §. volumus ver. diœcesanis cum aliis sibi allegatis.*

Non obstat, quod sententia declaret ad Monasterium spectare omnimodam jurisdictionem, quam habebant Theodorus, Joannes & Donatus Episcopi Squillacen. & tamen de privilegio Theodori non constet, nec constare possit, quia fratres loca, de quibus agitur, in tempore Theodori nondum acquisiverant: privilegium autem Joannis loquatur tantummodo de loco Arsafiæ, scilicet Montauri, Livianum & Aruncum, non aut eam de castra Gasparinæ & aliorum locorum, de quibus in sententia. Nam quoad privilegium Theodori, satis illud probatur ex narrativa Episcoporum Joannis & Donati, nec non ex confirmatione Honorii III. & narrativa sententiæ dicti judicis Apostolici de anno 1283. quæ quidem enunciativa, cum sint plures, & à diversis personis emanatæ & antiquissimæ, plerè probant etiam contra tertium. *Bald. in l. cum aliquis n. 4. vers. item quod dicit. Salic. n. 3. vers. sita men plura. Castren. n 7. Jason. n. 4. C. de iure delib. Aretin. in cap. cum causam num. 23. de probat. Cravet. de antiq. 1. par. §. ampliatur num. 14. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 6. numer. 21. Put. decis. 209. numer. 1. & decis 359. in fine lib. 2. Verall. decis. 337. numer. 6. & decis. 344. numer. 2. par. 3. Rota decis. 684. numer. 1. par. 1. divers. &* præsertim quia in d. sententia non solùm enunciantur donationes omnium supradictorum Episcoporum, sed etiam affirmativè dicitur de illis per instrumentum eorundem Episcoporum evidenter ipsi judici constitisse, & cum d. sententia sit de antiquo, non solùm ultra 100. verùm etiam 300. annos, probat etiam sine actis. *Bald. in l. emancipatione. numer. 36. ff. de fide instrum. Alexand. cons. 30. numer. 7. lib. 5. Dec. cons. 375. numer. 3. Gabriel de sentent. concl. 4. numer. 34. Cassad. decis. 3. numer. 2. de procurat. Put. decis. 338. lib. 2. Anton. August. decis. 145. lib. 3. & fuit sæpissimè resolutum.*

Quo verò ad privilegia Joannis & Donati, quod scilicet verè comprehendant d. loca & casalia prout illa comprehendebat etiam privilegiũ Theodori, patet ex eo, quia d. 3. privilegia confirmant donationem à Comite Rhogerio factã B. Brunoni de Monasterio & loco Arsafiæ cum omnibus pertinentiis suis in spatium unius Leucæ pro dote d. monasterii, qui locus Arsafiæ licet non exprimatur in 1. donatione, tamen exprimitur in 2. & in utraque designatur & nominatim circumscribitur situs d. loci, videlicet inter locum Arenæ & oppidum Styli, super territorio d. loci Styli, prout etiã exprimitur in 3. donatione, dicta autem 1. donatio fuit confirmata per Urbanum II. & Episcopum Theodorum, ut in ea dicitur, & successivè tam prima quàm reliquæ per d.

Urbanum, per Joannem & Donatum Episcopos, ac demum per Honorium II
Summario num.1.& 2. ita quod sumus certi, quod d. Monasterium & d. locus de
fasiæ existit inter Arenam & oppidum Styli, & in territorio d. oppidi Styli.

12 Undè cum Episcopus in sua septima positione, & testes super ea indu
summ. num.10. concludenter probaverint, quod d. Monasterium & casalia terre
Spatulæ & Brungi sunt intra territorium ejusdem oppidi Styli, & quoad Monte
rum & Gasparinam habeamus donationem tertiam Rhogerii confirmatam, in qua
specificè d. casalia nominantur: utique necesse est fateamur, quod omnia d. loca
fuerunt comprehensa in dd. privilegiis Episcoporum Squillacen. & confirmatio
bus Apostolicis, ac propterea d. sententia D. Cardinalis in aliquo non gravavit.

Ulterius etsi in privilegio Donati fiat mentio de loco Arsafiæ, scilicet Mon
13 tauro, Leviano, & Arunco, tamen per illam dictionem *scilicet*, non restringitur
concessio, sed potius ampliatur, prout est de natura illius dictionis, quæ equi
tur secundum subjectam materiam, ut dicit *Fulgos. cons.147. num.2.* & propterea
cum subjecta materia in casu nostro non admittat, quod ista dictio *videlicet* fieret
restrictivè, quia non concordaret cum præcedentibus donationibus ibidem con
firmatis; ideò potius dicendum est, quod fiet declarativè, & quod propterea non
excludat alia casalia, ut in puncto declarat *Dec. cons.47. num.2. vers. sed prædictu.* ubi
dicit, quod in istis terminis dictio *videlicet* debet intelligi declarativè, ita ut non
excludat alia loca sita in territorio, & contenta in dispositione, ad quam fuit ha
bita relatio.

24 Et tantò magis, quia in d. privilegio Donati post expressionem loci Arsafiæ,
Montauri, Liviani & Arunci sequuntur alia verba generalia: *cum omnibus pertinen
tiis suis &c.* prout in alio privilegio Joannis, & in de natione Comitis Rhogerii, ad
quam se referunt d. verba, & similia reperiuntur expressa, quæ tum pertinentiarum
appellatione veniunt omnia ibi existentia, quamvis sint penitus separata *l. si quando
la.1. C. de bon. vacant. lib.10. Bald. in cap.1. num.2. de capit. qui cur. vend. in usib.
feud. Mandell. cons.322. num.34. & quidquid concedens ibi habebat. Alexand. consil.
105. num.2. lib.6.*

25 Imò licet de eo tempore nondum existerent omnia d. casalia, sed aliqua
postmodum fuissent fabricata, ut de casali Serræ deponit Joan. Baptista Spatea No
tarius super 81. interrogatorio: nihilominus in dd. privilegiis & donationibus ad
huc essent comprehensa *l. verbum illud pertinere in fine ff. de verb. signif. Paris. cons.58.
num.43. lib.3. Decian. cons.123. num.28. eod. lib.3.* præsertim quia in privilegiis dicto
rum Joannis & Donati leguntur hæc verba: cum omnibus pertinentiis, & cum
omnibus hominibus tam de Clero, quàm de populo, quos ad præsens præfatum
Monasterium habet, vel in posterum habiturus est. De extraneis quoque omnibus,
qui in potestate ipsius Monasterii habitant, vel habituri sunt.

Omnibu

Omnis denique cessat difficultas ex antiquissima observantia subsecuta 16
& usque de præsenti continuata, ex qua apparet Monasterium semper & continuè
omnimodam jurisdictionem spiritualem & temporalem in dd. casalibus exercuisse,
& exercere, ut in d. sententia de anno 1283. & depositionibus testium pro parte Mo-
nasterii examinatorum, quorum aliqui non solùm deponunt de scientia & patien-
tia Episcoporum, sed etiam de actibus positivis. Ultra quod d. scientia præsumi-
tur ex lapsu longi temporis. *Rot. decis. 28. num. 7. & decis. 147. num. 3. par. 1. diversi.* ubi
quod in pluribus causis ita fuit resolutum *& decis. 166. numer. 2. versi. secundo ex lapsu*
temporis. eod. par. 1. & fuit dictum in Hispalen. legitimatis 11. *Maii* 1612. *coram R. P. D.*
meo Ubaldo quemadmodum præsumitur ex actuum multiplicitate *Abb. in cap. cum*
Ecclesia num. 25. de caus. poss. & propriet. Cravett. de antiq. temp. par. 4. §. materia nu.
62. Put. decis. 217. in fine. & decis. 264. num. 2. versi. concurrebat. lib. 1. Rot. d. decis. 166.
num. 4. par. 1. diversi. Serahp. decis. 306. num. 7. & fuit resolutum in Calagurritana ju-
risdictionis de Ognate. 7. Maii 1610. *coram Illustrissimo Lancelloto.*

Quæ observantia declarat, quid in præfatis donationibus & privilegiis fuit 17
actum l. *sed & Julianus* §. *proindè ff. ad Macedon. Castren. cons.* 347. *num.* 4. *lib.* 1. *Cra-*
vett. cons. 101. *num.* 3. *& cons.* 11. *num.* 8. *Gabriel. conf.* 66. *num.* 24. *lib.* 2. *Rot. decis.* 571.
num. 3. *par.* 1. *diversi. Seraphin. decis.* 600. *num.* 3. & in terminis de interpretatione ver-
bi pertinentiarum ex observantia post concessionem tradit *Mandell. conf.* 538. *num.* 9.

Undè etiam tollitur aliud objectum de defectu consensus capituli in privi- 18
legiis Joannis & Donati, in quibus etiam fuit enunciatus, aut reservatus. Nam
ultra quod intervenisse narratur in litteris Honorii III. & in d. sententia, & omis-
so quod Apostolica authoritas, de qua in confirmatione Urbani II. & Honorii III.
supplet istam, & alias solemnitates. *Abb. cons.* 41. *num.* 3. *lib.* 1. sæpius canonizato,
& in specie de hoc defectu consensus capituli tradit *Capic. decis.* 16. *num.* 1. *in fine &*
seq. Rebuff. in compend. alien. rei Eccl. num. 15. *versi. fallit quando Papa & num.* 95. *in fi-*
ne. Seraphin. dec. 338. *num.* 2. *& 3.* Ex dicta temporis antiquitate unà cum longissi-
ma & antiquissima observantia, dictus consensus intervenisse præsumitur, etiam
quod in dictis privilegiis enunciatus aut reservatus non appareat. *Alexand. cons.* 79.
num. 3. *in fine & seq. lib.* 1. *& cons.* 99. *num.* 34. *lib.* 2. *Gozadin. cons.* 73. *num.* 29. *Cephal.*
cons. 47. *num.* 10. *& seq. & cons.* 90. *in fine. Surd. cons.* 28. *num.* 116. & hanc senten-
tiam esse communem & veram ait *Felin. in cap. Albericus num.* 4. *in fine versi. si autem*
de testibus. Idem in cap. sicut. num. 33. *versi. septimo & ultimo. de sent. & re judic. Re-*
doan. de rebus Eccl. non alien. quæst. 39. *num.* 3. & 29. *in fine.* Quam etiam perpetuò se-
cuta est *Rota attestante Seraphino decis.* 142. *num.* 3. *& constat ex Put. decis.* 355. *num.* 2. *lib.*
1. *& decis.* 365. *num.* 7. *l. b.* 2. & ex aliis antiquis & modernis decisionibus, *ut in Con-*
chen. fructuum. 10. *Februarii* 1586. *coram Gipsio. Tarra conen. Sacristiæ* 9. *Junii* 1600.
coram Justo. Papien. bonorum. 10. *Maii* 1602. *coram bon. mem. Cardinali Pamphilio. Ca-*
lagurritana

laguritana de Alberite 16. Junii 1608. coram Re verendissimo Atrebaten: & in Papien. de-
tis & legatorum 20. Decembris 1610. & 16. Junii 1611. coram R.P.D. meo Pamphilo, a
quibus & aliæ referuntur.

19 Defectus autem consensus Apostolici gratis allegatur, cum nedum fuerit e-
nunciatus in prima donatione Comitis Rhogerii, sed etiam expressè adfint confir-
mationes Urbani II. & Honorii III. *summar. n. 3.* in quibus tam præfatæ donationes
Rhogerii, quàm privilegia & concessiones Joannis & Donati confirmantur, & in-
hilominus ille præsumeretur ex diuturnitate temporis 500. annorum, juncta obser-
vantia perpetua & inconcussa, etiam quod reservatus non fuisset, ex prædictis.

20 Non obstat prætensa inobservantia, quia non probatur, nam quoad ordinem
collationes, Ecclesiarum consecrationes, & alias episcopalis offi.ii indigentias, poterit
Monasterium ex indultis Apostolicis ea, à quocunque maluerit Episcopo, petere &
exerceri facere. Quo verò ad dispensationes Matrimoniales & excommunicationis
pro revelationibus in forma significavit, ea per Sedem Apostolicam solis Episcopis
diriguntur, & propterea ipsi D. Episcopo suffragari non possunt, ut in simili fundis
in illa Adrien seu Nullius jurisdictionis 28. Maii 1612. & 18. Martii 1613. coram R.P.D.
meo Ubaldo. Quod autem D. Episcopus in multis casibus hodie vigore Concilii pos-
sit exercere suam jurisdictionem in exemptos, & qui sunt nullius, hoc in sententia
non fuit ademptum, & ideò non gravavit, cum Episcopi in dd. casibus non proce-
dant uti ordinarii, sed tanquam delegati Sedis Apostolicæ, ut fuit in specie consi-
ratum in eadem causa.

Nec subsistit in facto, quod aliqua lis unquam fuerit ab anno 1566. inter Prio-
rem & Episcopum super jurisdictione ista, nisi ab anno 1597. citra, ut in litteris Card.
Alexandrini *summario Episcopi n. 9.* quæ magis videtur fuisse extrajudicialis & defe-
cto, quousque de anno 1606. hæc causa fuit commissa; & actus ex adverso allegati
summ. n. 8. sunt super contributione seminarii, quæ nihil commune habet cum jurisdi-
ctione, cùm ad contributionem seminarii teneantur etiam qui sunt nullius diœcesis,
si aliter non sint exempti, ut ex decreto *Sacri Concilii sess. 23. c. 18. circa med.* firmavit
Rota in d. Adrien seu nullius jurisdictionis 28. Maii 1612. coram R.P.D. meo Ubaldo.

22 Et quidquid sit de initio istius litis, & omisso quod illa observant ajim fuerit
præscripta de tempore litis notæ, undè non potuit interrumpi. *Cardin. cons. 131. nu. 4.*
Abb. in cap audita n. 10. de præscript. Felin. in cap. illud. n. 13. eod. tit. cùm appareat mani-
festè de antiquissima Prioris & Monasterii quasi possessione jurisdictionis præfatæ,
quam etiam post litem jure medio conservarunt, ac demum favorabilem sententiam
obtinuerunt, hujusmodi lis ad interrumpendam eorum quasi possessionem obesse
non potuit, quia interruptio non inducitur per litem, quandò sententia fertur pro
possessore. *Felin. in d. cap. illud num. 17. an 14. concl. Balb. de præscript. 6. par. princip. 3. par.*
quæst. 4. n. 37. Rota decis. 534. n. 6. par. 1. diverf. Seraphin. decis. 1027. nu. 14. & decis. 273.
num. 3.

Postre-

Postremò non obstat, quod per mutationem Monachorum Carthusiensium & inductionem Cistercienſium in d. Monasterio fuerint extincta privilegia ipsis Carthusiensibus ut suprà concessa, & licet deindè suppresso ordine Cistercienſium post annos 300. supervenerit privilegium Leonis X. de novo concedentis domum S. Stephani dictis Carthusiensibus; attamen hoc fuit cum solis privilegiis, quæ ipsi habebant in aliis eorum domibus, inter quæ non probatur adesse privilegia Episcopalia. Nam ultra quod d. concessio Leonis de præfata domo facta fuit cum omnibus & singulis ejus mobilibus & immobilibus, bonis, juribus, & pertinentiis suis, ut in ea legitur expressè, cum d. privilegia, ut constat ex præfatis donationibus & concessionibus Episcoporum Squillacen. ac confirmationibus Apostolicis, fuerint concessa Monasterio, nec non locis ac bonis eidem donatis, & sic rebus nec personis; ideò fuerunt realia & perpetua, & consequenter suffragantur Priori & Monachis S. Stephani de Nemore, ad quos Monasterium & loca præfata devenerunt *l. formem. §. quanquam ff. de censib. Rota decis. 4. de privil. in antiq. Dyn. in reg. privilegium numer. 7. & ibi Joan. Andr. numer. 1. in 4. casu. Franc. numer. 3. in fine vers. aliquando de reg. jur. in 6. Bartol. in l. 1. numer. 2. ad fin. vers. si verò privilegium ff. de constit. prin. Anchar. cons. 327. numer. 2. vers. primo namque. Natta cons. 727. numer. 12. & seq. & cons. 649. numer. 16. & 17. Menoch. cons. 276. numer. 8. & præsumpt. 103. num. 24. libr. 3. Surd. cons. 525. numer. 26. ubi alios cumulat. Schrader. consil. 25. numer. 62. vers. deindè quoque lib. 2.* 23

Et tantò magis, quia d. Monasterium & d. loca & bona fuerunt donata & confirmata B. Brunoni illiusque sociis & successoribus, ac cum omnibus hominibus tam de Clero, quàm de populo, quos tunc prædictum Monasterium habebat, vel inposterum esset habiturum, de extraneis quoque tunc habitantibus & habitaturis. Undè sine dubio privilegia illa competunt Carthusianis ibi hodie degentibus, & in homines tam de Clero quàm de populo, & extraneos omnes ibi nunc habitantes. *Bald. cons. 159. n. 4. vers. primo namque lib. 3. Cravet. cons. 404. n. 5. late Schrader. ubi supra num. 62. vers. & hoc potissimum. Menoch. d. præsumpt. 103. num. 44. lib. 3.* etiam quod d. Carthusienses olim indè recesserint, attento quod postea ad eundem locum fuerunt per Leonem X reintegrati, & d. privilegia ordinem & personas Monachorum non respiciunt, sed fuerunt concessa Monasterio seu loco & ipsius bonis. *Innoc. in cap. Abbate in fine Butrius num. 22. Abb. num. 16. ad finem de verb. signif. Franc. in cap. cum personæ § fin. num 4. vers sed si ipsa Ecclesia de privil. in 6. Prob. ad Monach. in cap. cum de beneficio num. 47. de præbend. eod. lib. 6.* 24

Quinimò d. privilegia realiter nunquam fuerunt extincta, cum etiam Monachi Cisterc. dum in Monasterio permanserunt, dictis privilegiis ex cessione Honorii & aliorum prædecessorum gavisi fuerint, ut in d. confirmatione Honorii III. *Summar. num. 3.* 25

num. 3. ex quibus ita decisum unanimiter non constare de cessis restitutionis in integrum. Et licet ex prædictis non videretur adesse aliquis excessus in sententia quoad omnia quinque loca & casalia, de quibus in ea, Domini tamen pro sua prudentia maturitate reservarunt, ut de hoc particulatiter videretur.

DECISIO XI.

Privilegia quandò dicantur personalia. Et an privilegium redactum ad jus commune, habeat aliquem effectum.

Reverend. P. D. Coccino.

Pampelonen. Decimarum.

Veneris 18. Decembris 1615.

Est in rec. dec. 238. par. 3.

1 FUit resolutum, privilegia concessa Ordini Cistercienſi non suffragari colonis, & arrendatariis, quia sunt personalia pro rebus, ut patet ex verbis privilegii Sixti IV. in quo referuntur alia privilegia, ibi: singulares personas dicti Ordinis à præstatione decimarum tam de possessionibus habitis ante & post concilium, quàm de cætero habendis &c. quæ propriis sumptibus excolunt & excolent &c. talia enim appellantur privilegia personalia pro rebus, quæ eximunt solùm, quandò res propriis manibus aut sumptibus colitur, & quandò colono partiario traduntur, eximitur pars privilegiata tantùm, & si locenter ad pecuniam in nihilo sunt exempta, *Rota decis. 4. de privil. in antiq. Put. decis. 510. lib. 2. in novis*, qui loquitur in terminis, *Rota decis. 23. num. 4. & seq par. 1. divers. glos. in clement. 1. ver. excolendas de decimis, & ibi Bellamer. n. 240. & 241. & fuit resolutum in Carthaginen. decimarum* 2 *10. Novemb. 1600. coram bon. mem. Penia.*

Neque obstat, quod sanctæ mem. Pius V. concessit privilegium reale mendicantibus, quod extenditur etiam ad Ordinem Cistercien. ut in ejus constitutione 38. quia hoc privilegium fuit reductum ad terminos juris per Gregorium XIII. ut in ejus constitutione incip: *In tanta rerum & negotiorum mole.* Quæ perindè est, ac

si non

si non emanasset, ut fuit resolutum in causa *Albanen. beneficiorum coram Illustrissimo D. Cardin. Lancellotto*, & *in Stagnina castrorum coram R.P.D. meo Buratto*, & aliàs *supra*, ex quo remanent solum privilegia, quæ referuntur in constitutione Sixti IV. quæ sunt personalia pro rebus, & ideò non suffragantur colonis & arrendatariis ut supra dictum est. &c.

DECISIO XII.

Privilegium concessum militiæ & ejus hospitalibus non extenditur ad hospitalia separata & sine militia.

R.P.D. MANZANEDO.

Est inter recent. decis. 270 par 4. tom. 1.

Corduben. Decimarum 13. Maii 1616.

SUMMARIUM.

1 *Privilegium concessum uni militiæ & ejus hospitalibus, non suffragatur hospitalibus à dicta militia non dependentibus, & militiæ qualitate non probata.*

2 *Proœmii verba in privilegiis arguunt mentem concedentis, & denotant causam finalem.*

3 *Privilegium concessum militiæ & hospitali, non videtur concessum hospitali sine militia.*

4 *Legatum factum medicis & doctoribus non requirit concursum utriusque qualitatis.*

5 *Ultima voluntas latam recipit interpretationem.*

6 *Decimarum exemptio est materia odiosa, & strictè intelligenda.*

7 *Privilegium concessum intuitu alicujus personæ ex verisimili mente concedentis non comprehendit separata.*

Fuit

FUit per Dominos resolutum, privilegium Clementis VIII. non suffragari hospitali fratrum B. Joannis de Deo, cum enim illud fuerit concessum militiæ SS. Lazari & Mauritii, & illius hospitalibus, non potest d. hospitale quod
1 non dependet à d. militia, sed est regulare & subjectum ordinario, prætendere exemptionem decimarum vigore d. privilegii, quod non habet locum qualitate militiæ non probatâ *Socin. cons. 55. n. 1. lib. 1. Natta cons. 388. n. 1. Paris. cons. 62. n. 38. vol. 4. Cephal. cons. 256. in fine.*

2 Quod autem d. privilegium emanaverit ad favorem d. militiæ, & hospitalium ab ea dependentium, probatur tam ex verbis procœmii, quæ arguunt mentem disponentis *l. fin. ff. de hæred. instit. lib. 2. ff. ad Macedon.* & denotant causam finalem. *Gravet. consil. 301. numer. 2. decis. Pedemont. 51. numer. 10. & seq.* quàm et narrativa & dispositiva ejusdem privilegii.

3 In procœmio enim dicitur, decere Summum Pontificem, quod pro militiarum & hospitalium quorumlibet, nec non personarum illis sub salutifero crucis signo adscriptarum felici directione, profectibus, & commoditatibus consecta, diligenter prospicere, prout militiarum hujusmodi qualitatibus, Catholicorum atque Principum illis præfectorum insignibus erga Ecclesiam conspicit salubriter expedire.

In narrativa autem habetur hospitalitatem S. Lazari priscis temporibus florentem, & non parum imminutam, illiusque militiam, Magnum Magistrum, Conventum & loca fuisse per Pium IV. sub B. Petri & Sedis Apostolicæ protectione susceptа, ac omnia illius privilegia & exemptiones confirmatas, ac alia de novo concessa militibus, Presbyteris & capellanis hospitalis, & militiæ hujusmodi, retinendi scilicet pensiones, etiam quoad matrimonium, juxta hospitalis & militiæ instituta contrax issent, & subjungitur Pium V. revocasse omnia & singula d. privilegia hospitalibus, militiis, eorumque militibus concessa.

Postea verò sequitur pars dispositiva, in qua Clemens dicit se velle favore prosequi tam magnum Magistrum, quàm ejusdem militiæ milites; & statim subdit se confirmare omnes exemptiones hospitalis S. Lazari ejusque militiæ, magno Magistro & conventui concessas.

Ex quibus apparet clarè, privilegium fuisse concessum hospitali & militiæ simul, & hospitali ratione militiæ, & illius intuitu, adeò, ut non videantur posse separari ista duo, militia & hospitale, & non sufficiat hospitalitas absque militia.

Quibus non obstat, quod hospitalitas videatur distincta à militia, quæ
4 fuit longè postea introducta, & ideò unum sine alio stare possit, sicut dicitur de legato facto Doctoribus & Medicis, in quo non debet verificari concursus utriusque qualitatis. *Felin. in cap. 2. numer. 38. vers. fallit. 6. de rescript.* quia quidquid sit circa hoc, sufficit quod Papa in privilegio, de quo agitur, fuerit contemplatus

utrum-

utrumque simul, imò militiam magis principaliter, ut patet ex supradictis.

Et ideò non valet applicari simile de legato, cùm ibi non appareat fuisse per testatorem contemplatam utramque qualitatem, imò adsit favor ultimæ voluntatis, in qua fit lata interpretatio.

Qui favor hîc cessat, cum versemur in exemptione à decimis, quæ non solet concedi nisi cum maxima difficultate, ut *fuit dictum in una Valentina decimarum* 28. *Novembris* 1603. *coram Illustriss. Cardin. Lancelotto*, & sic est materia odiosa & strictè intelligenda, quo casu non intrat dictum Felini, ut ipsemet ibidem declarat.

Minus obstat, quod privilegium de quo agitur, renovaverit omnes exemptiones, & immunitates antea concessas, & præsertim à Pio IV. qui specialiter concesserat exemptionem à decimis hospitali S. Lazari ac illius prioratibus, domibus, hospitalibus, nec non magno Magistro.

Quia ultra quod privilegium Pii IV. emanavit etiam favore militiæ & hospitalium ab ea dependentium, ut patet ex proœmio, & dispositiva illius, & dixit *Rota in hac causa coram Reverendissimo Atrebaten.* 10. *Maii* 1604. dicebatur d. privilegium fuisse per Pium V. revocatum, & Clemens illud non renovavit, nisi tantum in utilitatem hospitalium dependentium à militia, ut supra probatum fuit, cum non sit verisimile Clementem in d. privilegio concesso intuitu magni Magistri & militum voluisse comprehendere hospitalia leprosorum separata, nec sub d. militia & ejus magno Magistro existentia.

Et ita fuit decisum.

DECISIO XIII.

Privilegium concessum militiæ & hospitali, non suffragatur hospitali subsistenti sine militia.

Reverend. P.D. MANZANEDO.

Corduben. Decimarum.

Est inter recent. decis. 469. par. 4. tom. 2.

Veneris 27. Aprilis 1617.

DOmini perstiterunt in decisis, nempè privilegium Clementis VIII. non fragari hospitali fratrum S. Joannis, cum emanaverit ad favorem militiæ SS. Lazari & Mauritii, ac hospitalium ab illa dependentium, quale non est, istud, quod regitur à dd. fratribus, & à dicta militia non dependet ex rationibus & fundamentis in decisione adductis.

Quibus visum non fuit obstare Bullam fel. record. Pii IV. in qua narratâ origine hospitalitatis leprosorum S. Lazari Hierosolymitani, & variis exemptionibus illi concessis, præsertim à Nicolao III. super exemptione decimarum discretivè loquendo de hospitalitate, & militia, tandem confirmat omnes exemptiones illis concessas, & sic etiam exemptionem decimarum à Nicolao III, ratione solius hospitalitatis tributam. Quia ultrà quod Pius IV. fuit contemplatus utrumque simul, nempè militiam & hospitalitatem, cum conjunctim de illis loquatur, ut ibi: nos igitur volentes hospitalitatem S. Lazari ejusque militiam ad miserabilium pauperum leprosorum utilitatem, & contra piratarum & infidelium Christianæ religionis invasiones instaurare & augere &c. & ibi: constitutionem & erectionem hospitalis & militiæ hujusmodi &c. privilegia eisdem hospitali & militiæ concessa approbamus &c. & rursus ibi: nec omninò aliquis ex hospitalis & militiæ S. Lazari &c. decimas solvere teneatur.

Respondebatur Bullam Pii IV. de per se solam non esse attendendam, cum fuerit revocata per sanc. mem. Pium V. ut fuit in specie resolutum *in hac causa 8. Martii 1610. coram R.P.D. meo Pamphilio* & tanquam confirmatam per Clementem VIII. non suffragari hospitali, quia etiam admissâ lecturâ partis adversæ, quod loquatur discre-

discretivè de hospitali ac militia, tamen fuit confirmata unà cum aliis concessionibus Summorum Pontificum quoad hospitalia annexa militiæ, & ab ea dependentia, ex adductis in decisione, & ex his quæ hodie de novo ponderantur circa Breve, per informantes pro capitulo &c.

DECISIO XIV.

Decimæ non solvuntur à Religiosis de animalibus, horto & novalibus, & an leprosi exempti sint à solutione decimarum.

Revèrend.P.D. MANZANEDO. *Decis 498 par. 4. tom.1.recent.*

Corduben.Decimarum.

Lunæ 21. Maii 1617.

SUMMARIUM.

1 *Decimæ non solvuntur de animalibus, hortis & novalibus, & de his quæ deserviunt pro usu Monasterii, & quæ à Religiosis propriis expensis colluntur.*

2 *Leprosi communiter viventes, sunt exempti à decimis.*

3 *Privilegium concessum leprosis non extenditur ad hospitale, in quo curantur etiam alii infirmi præter leprosos.*

FUit in hac causa resolutum 23. Junii 1614. exceptis gregibus, horto, & expensis, sententias in hac causa latas esse in reliquis conformes, cum ad solvendas decimas gregum hospitale fuerit condemnatum solùm per duas sententias Rotales, undè quoad dd.greges proposui dubium, an dictæ sententiæ essent confirmandæ vel infirmandæ? & Domini responderunt, quoad greges nutritos à fratribus pro usu hospitalis illas esse infirmandas, quoad alios verò confirmandas. Et movebantur, quia licet Religiosi, quales sunt hodie Fratres B. Joannis de Deo, admini-

administratores illius hospitalis, non teneantur solvere decimas de novalibus &
horto & animalibus, *per text. in cap. ex parte il. t. de decim.* tamen hoc procedit
his tantùm, quæ deserviunt pro usu Monasterii, ut expresè declarat *ibi Abb. nov.*
Joan. de Anania num. 2. Ancharan. num. 2. Rebuff. de decimis quæst 14. circa finem
& in animalibus, quæ ipsimet Religiosi nutriunt suis sumptibus, non autem in a-
lis, quæ dant aliis nutrienda & tenenda. *Clem. 1. ubi glos. ver. animalibus & ver. te-*
nenda de decimis Abb. in d. cap. ex parte in fine & ibi Ancharan. num. 2. vers. istud etiam
& Henric. Bohic. num. 2. vers. quod intellige Butr. in 3. notab. Rebuff. ubi supra num. 57.
ubi dicit, quod si dentur aliis tenenda & custodienda, requiritur quod ve'perti-
ducantur ad Monasterium.

Quibus non obstat, quod dispositio *cap. ex parte* sit revocata per *cap. sæpe*
eod. tit. quia ille textus loquitur quoad decimas prædiales, non autem gregum,
circa quos nihil innovavit, ut expresè sensit *Butr. in d. c. ex parte propè finem vers. re-*
linquitur ergò.

Minus facit *text. in cap. 2. de Eccl. ædific.* in quo leprosi non tenentur sol-
vere decimas nec de hortis, nec de nutrimentis animalium suorum, quia quod
hoc, ut sit locus exemptioni, de qua in illo textu, leprosi debent communiter
vivere, & simul congregati stare, ut ex illius lectura appareat, quod non verifi-
catur in hospitali, de quo agitur, in quo licet curentur etiam leprosi, quando
ad illud accedunt, tamen adsunt etiam alii infirmi laborantes cæteris morbis, neque
ex eo quod hi leprosi retinentur separati ab aliis, videntur constituere corpus sepa-
ratum, quia id fit ad evitandum contagium.

Undè cum privilegium *d. cap. 2.* sit speciale in leprosis, non videtur extenden-
dum ad hujusmodi hospitale commune leprosis, & aliis infirmis. Quo verò ad alios
greges, placuerunt Dominis rationes & fundamenta deducta *in decisionibus Reverend.*
Airebaten. 10. Maii 1604. & R. P. D. mei Pamphili 8. Martii 1610. in hac causa
factis, & ideò exceptis dictis gregibus nutritis per fratres pro usu Mo-
nasterii, quoad alios fuit resolutum pro confirmatione sen-
tentiarum Rotalium.

* * * *
* * *

DECI-

DECISIO XV.

Discutitur in præsenti decisione, quod ab exemptione partis rei non infertur ad exemptionem alterius, imò econtra ex hoc arguitur alteram partem non esse liberam. Item exclusio unius quando sit exclusio alterius.

R.P.D. CARILLO.

Rossanen. Exemptionis.

Est in recent. decis 28. par. 9.

Veneris 7. Iunii 1641.

SUMMARIUM.

1 *Exemptio omnimoda ex quibus verbis deducatur.*
2 *Decisiones in causa iam facta, in disputationibus supponuntur.*
3 *Decisiones in causa Cæsaraugustana jurisdictionis coram Manzanedo declarantur & n. 4.*
5 *Papa non præsumitur voluisse privare Episcopum jurisdictione locali.*
6 *Dictio Nulli quid importet.*
7 *Prælato Ecclesiæ regularis censetur concessa jurisdictio privativè.*
8 *Solutio decimarum provenit à lege diœcesana.*
9 *Solutio canonis pro una parte rei denotat alteram partem esse liberam.*
10 *Decimas si quis solvere tenetur de una parte fructuum, quoad alios censetur exemptus & n. 11.*
12 *Expressio alicujus rei, quid denotet in non expressis.*
13 *Inclusio unius non est exclusio alterius, quoties illud includitur alio modo.*
14 *Generi per speciem non derogatur, nisi stante dictione aliqua expositiva aut modificativa.*
15 *Species tunc censetur expressa majoris declarationis gratia.*
16 *Exemptio concessa ex una parte, non infert ad aliam.*

IN præcedentibus decisionibus hujus causæ firmatum fuit in genere constare de exemptione ad favorem D. Abbatis S. Mariæ de Patiro contra Reverendissimum D. Archiepiscopum Rossanen. reservato in ultima earum, ut particulariter deretur de speciebus ipsius exemptionis, quare prosequendo disputationem super reservatis hodie dubitavi, in quibus consistat exemptio D. Abbatis, & Domini sponderunt exemptionem intrare in omnibus exceptâ jurisdictione in populum.

Nam quoad personas & bona Monasterii, ejusque membrorum cum instrumentis omnibus dixerunt totaliter constare de exemptione in omnibus, sive respiciant legem diœcesanam, sive jurisdictionem ordinariam, quia Papa in privilegio satis apertè locutus fuit recipiendo d. Monasterium cum omnibus suis tenimentis nedum in protectionem, sed etiam in jus & proprietatem B. Petri cum expressione, quod nulli sit subjectum præterquam sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, & servato tantùm onere solvendi Ecclesiæ Rossanen. annuum censum trium cererum, & unius cannatæ mellis, & voluit, ut in signum exemptionis d. Monasterium solveret annuam unciam auri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & prohibuit quoque, ut nullus sententiam interdicti vel excommunicationis contra Abbatem, Monasterium, Monachos, capellas seu Clericos promulgare auderet, nisi Romanus Pontifex vel legatus ab ejus latere missus, eidemque Abbati concessit facultatem deputandi in Ecclesiis & casalibus suis Archipresbyteros, Notarios, & alios Officiales.

1 Quæ verba plenam & omnimodam exemptionem important, ut statuitur *in cap. si Papa §. si autem de privileg. in 6. Silvest. Angel. Tabien. Dian. Antonin. quos refert Sanch. lib. 6. consil. moral. cap. 19. dub. 1. num. 4.* & plenius fuit deductum in 2. & 3.

2 *decisionibus emanatis sub diebus 20. Aprilis & 22. Junii* 1640. quæ de more supponuntur in hac disputatione, adeò ut Ordinarius nullam habeat jurisdictionem seu potestatem in exemptos *cap. 1. vers. nunquid ergò de privil. in 6. cap. veniens ibique DD. de verb. signif. eod. lib. 6. Socin. in cap. postulasti num. 11.* & *in cap. cum contingat num. 8. de foro comp. Ugolin. de censur. cap. 2. §. 15. num. 5. Sayr. eod. tract. cap. 6. num. 36. vers. vel nisi qui delinquit, & cap. 8. num. 7. lib. 1.*

3 Undè patet non applicari decisiones *in Cæsaraugustana jurisdictionis 28. Junii* & 17. *Novembris* 1623. *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*, in quibus Rota dixit exemptionem concessam Priori & Monasterio Ecclesiæ B. Mariæ de Pilar, per quam d. Monasterium remansit immediatè subjectum Sedi Apostolicæ, debere in-

4 telligi non ut quoad jurisdictionem ordinariam Episcopus totaliter diceretur privatus, sed quod cumulativè posset concurrere cum Papa, ita ut inter eos esset locus prævention ex rationibus ibidem adductis.

Quia in casu dictarum decisionum simpliciter tantùm fuerat concessa exemptio, hic verò alia concurrunt, & signanter ponderarunt Domini illa verba

negativa

negativa privilegii ibi: *Volumus, ut nulli Monasterium vestrum cum capellis omnibus & unimentis suis sit subjectum, præterquam sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ.* Per quæ censetur Papa privasse Episcopum jurisdictione locali, cum verbum: *nulli*, non posset verificari, nisi in ordinario, qui circumscriptâ exemptione jurisdictionem habuisset. *Text. in cap. cum persona 7. in fine de privil. in 6. & cap. omnes Basilicæ 16. q. 1. cap. conquerente 16. de offic. ordin. cap. cum Episcopus eod. tit. in 6. cap. constitutus 6. & cap. seqq. de relig. domib.* præsertim cum privilegium exemptionis fuerit directum Prælato d. Ecclesiæ abbatialis tunc regulari, cui in dubio censetur concessa jurisdictio privativè, ex notatis per *Felin. in cap. pastoralis num. 4. limit. 7. Abb. ibid. vers. sed & eadem de privil.* 5 6 7

Et propterea intrat etiam exemptio à solutione decimarum, quia earum solutio provenit à lege diœcesana. *Abb. in cap. dilectus num. 4. de off. ordin. Chokier de jurisd. ordin. in exempt. quæst. 15. num. 6. Modern. de potest. Episc. tit. 1. cap. 1. num. 14.* idque eò magis venit dicendum ponderatâ reservatione factâ in d. privilegio ad favorem Ecclesiæ Rossanen. d. annui census trium cereorum, & unius cannatæ mellis, quæ denotat omnium aliarum rerum non reservatarum comprehensionem. *Joan. Andr. in cap cum venerabilis de censib. Dec. cons. 151. num. 1. circa fin. vers. quarò facit Seraphin. decis. 1025. num. 6. & 20. cum aliis cumulatis in 2. decis. hujus causæ. §. quia ex lectura, in fine.* 8 9 10

Nec obstat, quod in eodem privilegio in §. sanè, expressum fuerit, quod Monachi non debeant solvere decimam novalium, quæ propriis manibus, vel sumptibus colunt, sive de animalium ad eos spectantium nutrimentis, ex qua expressione inferebatur, quod de cætero decimam solvere teneantur, & de animalibus non inservientibus usui Monasterii, & de his quæ dant aliis nutrienda, ut in specie ex doctrina *Abbatis in cap. ex parte il. 1. num. 8. & in fine de decim. & aliorum, tenuit Rota in decis. 493. num. 1. par. 4. recent.* 11

Quoniam cum exemptio ab aliis decimis optimè deducatur ex antecedenti generali, ac totali exemptione supra dispositâ, subsequens specialis expressio dd. novalium non importat exclusionem aliarum decimarum, non enim inclusio unius, est exclusio alterius, quoties, prout hîc, illud includitur alio modo. *Dec. in l. 1. n. 84 in 3. lect. ff. si cert. pet. Salic. in l. de crimine. C. qui accus. non poss. Menoch. cons. 86. num. 30. Surd. cons. 25. num. 55. Rota decis. 258. num. 19. par. 5. recent.* Neque generi per speciem derogatur, nisi inter utrumque adjecta sit dictio aliqua expositiva & modificativa, sed species censetur expressa majoris declarationis gratia. *Cephal. consil. 372. num. 15. Rota decis. 261. n. 2. par. 2. divers. Gregor. XV. decis. 257. n. 9. ubi addent. n. 13. allegant concordantes.* 12 13 14

Quo verò ad jurisdictionem in populum; censuerunt Domini non competere D. Abbati, quia ea non legitur adempta in d. privilegio, & sic censetur ordinario 15

nario reservata. *Anchar. in d. cap. postulasti. num. 45. vers. quidquid enim de foro com-*
pet. & in cap. 2. num. 19. vers. quod probo de consist. in 6. & ibi Franc. in §. statuto n. 17
vers. & ita etiam: Rota decis. 324. num. 5. par. 1. recent. Nec ab exemptione Monachi-
16 rum Monasterii, ejusque membrorum licet inferre ad comprehensionem exemp-
tionis populi à lege jurisdictionis ordinariæ, cum ex uno aliud non sequatur. *cap. per*
exemptionem ubi Joan. Andr. num. 2. Anchar. num. 3. & alii communiter. de privil. in
6. & cap. 1. §. illum locum de verb. signif. eod. lib. 6. & benè distinguit *Calderin. in cons.*
quod incipit: Christi & gloriosæ Mariæ &c. impres. post alleg. Lapi 139. à num. 20. usque
ad finem, & arguit idem *Lapus in d. allegat. 139. num. 12. & 13. Chokier de jurisd. ordin.*
in exempt. par. 1. q. 13. num. 4. Rota decis. 324. n. 6. par. 1. recent.
Et ita utraque &c.

DECISIO XVI.

Privilegium concessum à diversis Summis Pontificibus communicati, & hominibus Cæsenæ in materia bonorum emphyteuticorum, ut non solvant Laudemium supra dispositionem juris communis, an tale privilegium dicatur reale, vel personale, & concluditur, quod sit reale.

R.P.D. GHISLERIO.

Est in recent. decis. 400. par. 9.

Cæsenaten. seu Sarsinaten. Laudemiorum.

Lunæ 30. Aprilis 1646.

SUMMARIUM.

1 *Mons iustus est in districtu Cæsenæ.*
2 *In privilegio quolibet est attendenda mens concedentis.*
3 *Privilegium quando dicatur reale & transitorium ad quoscunque.*
4 *Privilegia realia transeunt ad quemcunque possessorem.*
5 *Sive sit successor titulo universali, sive particulari.*
6 *Privilegia directa in rem sunt realia.*
7 *Privilegium concessum causa bonorum est reale.*

8 *Privi-*

1 Privilegium respiciens causam extenditur ad omnes, in quibus ea causa reperitur.

9 Una eademque res diverso jure censeri non debet.

10 Dummodo sit ratio eadem, aliàs secus.

11 Privilegia in dubio præsumuntur realia.

12 Privilegia quod in dubio præsumantur realia, hoc est juri conforme.

13 Privilegia concessa civitatibus, præsumuntur realia & perpetua.

14 Privilegium quandò conceditur civitati, potius dicuntur contemplatæ personæ, quàm bona.

15 Mens disponentis potius attendenda, quàm verba.

16 Privilegium quandò principaliter conceditur rebus, personæ censentur nominatæ demonstrativè, non verò per modum causæ impulsivæ.

17 Principis gratia non fit, nisi supplicanti.

18 Privilegii effectus dum respicit bona, dicitur reale & num. 19.

20 In privilegii concessione factà civitati, aliud est quod considerentur cives uti cives, vel uti possessores bonorum.

21 Privilegium concessum omnibus civibus, generaliter est intelligendum.

22 Ratio ubi est eadem, & idem jus esse debet.

23 Privilegia quandò sunt concessa generaliter, non est adhibenda distinctio.

24 Laudemium de jure communi, non solvitur, nisi ad rationem duorum pro centenario. & n. 26. & 30.

25 Abusus & corruptelæ tollendæ sunt & num. 29.

27 Emphyteutæ alicujus loci, dicuntur non solum cives illius loci, sed etiam forenses.

28 Causa inductiva & impulsiva privilegii qualis possit dici. & num. 31.

32 Justitia & naturalis æquitatis ubi eadem est ratio, idem quoque jus debet esse.

33 Privilegium secundum jus commune latè est interpretandum.

34 Privilegii verba intelligi debent secundum æquitatis rationem, licet aliter sonent.

35 Ecclesia si aliquod jus fuerit quæsitum ex conventione vel consuetudine, non est præjudicandum.

36 Consuetudo immemorabilis si non justificetur, non relevat.

37 Ex factis particularium non potest inferri præjudicium juri publico.

38 Et hoc maximè non data scientia & tolerantia aliorum.

39 Privilegium reducens ad jus commune est favorabile.

40 Privilegium dicitur favorabile, si tollat personis Ecclesiasticis occasionem avaritiæ.

41 Præjudicium alicujus quandò non habeatur in consideratione.

42 Privilegium per quod fit reditus ad jus commune est favorabile, etiam si fiat alicui præjudicium.

43 Injuria non fit alicui dum quis restituitur ad pristinum statum.

44 Abusus nullius est effectus.

45 Privilegium dicitur concordare cum jure communi, si mandet illud servari.

CUm dubitaretur an privilegia concessa per fel. record. Pium IV. Gregorium XIII. & Clementem VIII. communitati & hominibus Cœsenæ in materia bonorum emphyteuticorum in d. civitate, ejus territorio, & districtu existentium ad Ecclesiam Sarsinæ & alias Ecclesias jure directi dominii pertinentium, essent concessa comitativis & forensibus possidentibus bona in territorio Montis justi, quod est in districtu civitatis Cœsenæ, jam per duas decisiones in alia inspectione factas, fuit resolutum; dubio pluries proposito, cum in qualibet privilegiati ad suppositione mens disponentis sit intuenda, Domini perscrutatis verbis privilegii Pii IV. postmodum confirmati à Gregorio XIII. & Clemente VIII. censuerunt concessionem esse realem, & transitoriam ad quoscumque, non autem personalem, & sic privilegia suffragari forensibus & comitativis possidentibus bona in d. territorio Montis justi, quia concomitantur bona, & cum illis transeunt ad quascunque possessiones. *Specul. in tit. de instrum. edit. §. nunc autem vers. si autem dubium est. Bartol. & Dd. in l. quia tale ff. sol. matrim. Dec. in l. omnibus causis ff. de reg. jur. Simeon. cons. 84. num. 3.* Sicut enim onus reale sequitur rem. *L. via constituta §. quemque ff. de servit. Urban. prad. l. 1. §. fin. & l. seq. ff. si serv. vendic. l. fiscus. ff. de jure fisc.* ita privilegium reale transit ad omnes cum ipsa re.

Quod privilegia sint realia bonis ipsis concessa, non verò personalia & solum pro civibus Cœsenaten. & districtualibus, quo casu sequuntur rem penes quemcunque vadat, sive in illa succedatur titulo universali, sive titulo singulari. *L. 1. §. permittitur ff. de aqua quotid. & astiva l. ætatem §. rebus ff. de censib. Dyn. in cap. prerogativa num. 6. & 7. de reg. juris in 6. Henric. Boic. in cap. mandata num. 7. de præsumpt. Cravet. consil. 490. num. 1. & cons. 929. num. 27.* Ita distinguit *Rota decis. 4. de privil. in antiq.* probant litteræ Pii IV. ibi: *quod cum omnes ferè possessiones & bona immobilia civitatis Cœsenaten. & illius districtus provinciæ Romandiolæ emphyteutica existant, &c.* Quæ verba tanquam directa in rem, & ad bona relata demonstrant privilegia esse realia, & pro rebus concessa. *Dec. in l. in omnibus num. 15. & Cagnol. num. 14. ff. de reg. juris.* ratione bonorum emphyteuticorum, ne pro illis solvatur majus Laudemium, quam à jure communi taxatum, advertendo præsertim, quod verba privilegii non non respiciunt omnes & singulos cives Cœsenæ, sed eos solos, qui in territorio & districtu possident bona emphyteutica, pro quibus solvuntur Laudemia, undè revera qualitas bonorum fuit causa immediata & proxima concessionis, non ipsi cives; & proindè intrat conclusio, quod quandò habetur respectus ad causam, tunc indultum dicitur reale in omnibus, ad quos ea causa extenditur, *ut post Bald. & Alexand. in l. Mariuum ff. sol. matrim. Alciat. respons. 7. num. 10. lib. 4.* alioquin una & eadem res diverso jure censeretur, quia Domini directi exigerent quinquagesimam à civibus, ab aliis verò majorem quantitatem, quod tamen de jure non admittitur, nisi diversis rationibus & respectibus, non autem ubi est ratio ea-

tio eadem. *Abb. in cap. cum sua numer. 7. de decim. Gonzal. super reg. 8. §. proœmial'*
num 69.

Quæ interpretatio, quod privilegia, de quibus agitur, sint realia, eò fa- 11
cilius est admittenda, tum quia privilegium in dubio præsumitur reale potius, quàm
personale, nisi contrarium probetur. *Spec. in tit. de instrum. edit. §. nunc autem Bald.*
cons. 24. & cons. 375. in fine lib. 4. Alexand. cons. 101. num. 2. lib. 1. Decian. cons. 51. 12
num. 2. lib. 2. Tum etiam, quia illa est conformis juri communi, prout in hac eadem
causa Cœnaten. indultum dixit *Rota coram bon. mem. Buratto. 9. Decembris 1619.*
quæ est decisio 435. inter ejus impressas. & demum, quia ut notat *Bald. in l. vectigalia,* 13
C. de vectigal. privilegia concessa civitatibus, præsumuntur realia & perpetua, quod
ibi dicit mente tenendum.

Non obstat, quod cum semper verba privilegii sint directa ad personas, 14
ibi: *volumus quod de cætero vos desuper &c. ne à vobis majus Laudemium &c. nec vos*
desuper &c. ac tandem ibi: nos enim vos & vestrum singulos &c. & sic dicantur con-
templatæ personæ, non bona, præsumatur personas fuisse causam præcipuam &
immediatam concessionis privilegii. *Glos. in cap. cum venissent. ver. fuisse de instit.*
Bald. in l. liberti num. 20 ff. de oper. libert. Dec. cons. 262. num. 1. & 9. Silvan. cons. 4. nu-
mer. 13. vers. non obstat. Boër. dec. 177. num. 16. Arias de Mesa variar. resol. lib. 2. c. 27.
num. 1. quia cum magis mens quàm verba sint attendenda, ex quo mens est anima 15
legis. *l. cum mulierem cum notatis per DD. ff solut. matrim. Angel. Aretin. cons. 52. num.*
10. & 11. *Roland. cons. 72. num. 43. & 44. lib. 1.* quandò concurrit ratio, & privi-
legium principaliter est datum rebus, tunc nominatio personarum stat demonstra- 16
tivè, & per modum causæ impulsivæ, quæ non consideratur, nec facit, quin
privilegium dicatur reale, ex allegat. *per Tusc. concl. 743. in ver. privilegium. num. 1.*
& seq. quemadmodum benè explicat *Barbosa concordando opiniones in l. qui ita num.*
25. vers. non obstat. tertia ratio ff sol. matrim. ita quod cum civitas & homines Cœsenæ 17
fuerint oratores, de necessitate erant exprimendi, quia gratia principis non fit
nisi supplicanti, & ipsi supplicarunt pro exemptione bonorum emphyteuticorum,
ne gravarentur ultra taxam stabilitam de jure communi, & propterea, cum effe- 18
ctus privilegii respiciat bona seu prædia, dicitur reale, ut dicunt *glos. Cardin. Abb.*
Imola. Anchar. Vital. & alii in Clement. 1. ver. excolendas de decim. cum allegatis per
Rot. decis. 23. num. 6. par. 2. divers. attenta præsertim subjecta materia, dum in effe-
ctu prohibetur & providetur, ne pro investituris & innovationibus faciendis de 19
bonis emphyteuticis solvatur major quantitas Laudemii, quàm sit à jure communi
taxatum juxta text. *in l. fin. C. de jure emphyt.*

Minus relevat quod d. privilegium dicatur tantum concessum communi-
tati & hominibus civitatis Cœsanæ, quia Pius IV. non consideravit communitatem 20
& homines civitatis, uti cives, sed uti possessores bonorum emphyteuticorum in

territorio & districtu Cæsenæ, ibi: *Nos enim vos & vestrum singulos à solutio-*
quorumcunque Laudemiorum &c. Ex quibus verbis colligitur privilegium tanquam
reale fuisse concessum non omnibus civibus civitatis Cæsenæ, sed solis possessi-
tibus bonorum emphyteuticorum, qui ad solutionem Laudemiorum tenentur,
& ideò sive possideant cives, sive comitativi, sive forenses, eos privilegio com-
prehendunt, tanquam possessores bonorum emphyteuticorum in dicto districtu,
ut propterea comitativi & forenses emphyteutæ comprehendantur, non per vim
extensionis, sed comprehensionis, dum illa emanarunt pro indemnitate empht-
teutarum in districtu Cæsenæ, & dum viget eadem ratio, & unica tollendi ava-
ritiam & gravamina, quæ fiebant in renovationibus & investituris eorundem bono-
rum, quæ æquè benè adaptatur tam comitativis & forensibus, quàm civibus;
non potest argui, quod per expressionem civium Pius IV. voluerit permittere,
quod Domini directi possint exigere majus Laudemium à forensibus & comitati-
vis, quàm à civibus: siquidem non distinxit inter emphyteutica possessa à civi-
bus, seu comitativis, vel forensibus, sed indistinctè locutus fuit de bonis em-
phyteuticis Cæsenæ, & illius districtus, ibi: *Cum omnes ferè possessiones & bona*
immobilia civitatis Cæsenæ, & illius districtus existant emphyteutica &c. & inferius
ibi: *licet Domini directi pro renovandis, seu de novo faciendis locationibus & investi-*
turis non ultra, quàm juxta juris communis dispositionem exigere debeant &c. non lo-
quitur de solis investituris faciendis civibus, sed de investituris faciendis bonorum
emphyteuticorum d. civitatis & districtus, pro quibus de jure communi non de-
bet solvi, nisi ad rationem duorum pro centenario, & ulterius progrediendo ibi:
Nihilominus nonnulli avaritia ducti emphyteutas possessionum, & bonorum eorundem
variis modis vexare, & ab eis pro renovandis seu de novo faciendis investituris majo-
rem pecuniarum summam, quam juris ordo expostulet, extorquere non erubescunt in ve-
strum maximum præjudicium & gravamen &c. loquitur indistinctè de emphyteu-
tis dd. bonorum emphyteuticorum Cæsenæ, & districtus, non autem de solis ci-
vibus, qui molestabantur, & à quibus exigebant Domini directi quantitatem
Laudemii ultra jus commune, & intelligit de præjudicio & gravamine per Do-
minos directos illato in eo, quod volunt in territorio & districtu Cæsenæ introdu-
cere abusus & corruptelas, indè factum fuit, quod volens providere indemnitá-
ti emphyteutarum mandavit, quod non debeant solvere, nec cogi ad solvendum
majus Laudemium, quàm taxatum à jure communi, non intelligendo de solis
civibus, sed etiam de aliis emphyteutis forensibus & comitativis, & mandavit
Dominis directis Ecclesiasticis, ut in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommu-
nicationis pœna non exigant majus Laudemium, non respectu civium, quorum
non omnes possunt petere investituras & renovationes, sed respectu omnium em-

phy-

phyteutarum comitatus & districtus Cœsenæ, qui renovationes & investituras petere debent, & sic hæc duo non possunt intelligi strictè de communitate & civibus, cum non contingat, ut omnes solvant Laudemium, sed latè debent intelligi de emphyteutis possidentibus in territorio & districtu, cum verè sint emphyteutæ etiam forenses, & comitativi possidentes ibidem bona emphyteutica, quorum respectu supradicta duo præcepta & prohibitiones emanarunt. 27

Ulterius visum fuit Dominis d. privilegium Pii IV. duas habere partes, in quarum prima exponitur, quod fervens ac sincera devotio civium Cæsenatenillum induxit, ut eorum indemnitatibus prospiceret; in altera verò disponitur, quod contra juris communis dispositionem Dominorum directorum avaritiâ gravari non possint, rejectis abusibus & corruptelis. Prior pars causam impulsivam ac inductivam præfefert, ut clarè denotant ipsa verba, ibi: *fervens sincera que devotio, quàm ad nos &c. nos induxit &c.* Posterior verò causam finalem, scilicet ne contra juris dispositionem indebitè prægraventur, Dominorum avaritia, & abusus, & corruptelæ meritò compescantur. Hæc fuit causa, quæ Pontificem movit ad ita rescribendum, quippè ex debito justitiæ tenebantur injusta gravamina, abusus, & corruptelas hujusmodi coërcere juxta text. *in cap. Regum & cap. Rex debet. 23. quæst. 5. cap. in fine vers. Dominus quoque de forma fidelit. in usib. feud. Bald. consil. 484. numer. 1. vers. ita è converso lib. 1. Roland. consil. 18. num. 32. vers. nam si Princeps lib. 3. Afflict. decis. 265. numer. 76. & seqq.* Personæ autem & merita civium Cæsenæ induxerunt quidem illum, ut majori solicitudine id efficeret, sed hæc sola ratio non erat potens ad obtinendam concessionem, nisi injusta fuissent Dominorum directorum gravamina, quibus afficiebantur; ideòque justitiæ ratio Summum Pontificem adstrinxit ad ita declarandum. Cum itaque eadem ipsa justitiæ ratio, in qua verè constitutum est fundamentum privilegii Pii IV. æquè vigeat in forensibus, quos Princeps pati non debet, ut in ejus dominio injustè graventur, certè licet illud emanaverit ad instantiam, & contemplationem dd. civium supplicantium, & ad favorem illorum, tamen cum sit juri conforme, ac proindè latè interpretandum, ideò ex identitate rationis præcipuè, atque finalis illius prodesse debet etiam comitativis & forensibus. *Riminald. jun. consil. 4. numer. 26.* regula enim est, quod verba privilegii intelligi debent secundum æquitatis rationem, licet aliter sonent *l. nulla ff. de legibus. Jason in l. beneficium. num. 2. ae constit. princ.* 28 29 30 31 32 33 34

Neque quidquam facit, quod privilegium præjudicans Ecclesiæ Sarsinaten. cui ex conventione vel consuetudine fuit jus quæsitum, ex eo quod forenses ante 35

& post privilegia in concessionibus & renovationibus bonorum emphyteuticorum persolverunt ad rationem conventam, non autem ad rationem quinquagesimæ, ibi-
cètè sit interpretandum ad favorem civium Cœsenæ, & sic particularium personarum; quia præterquam quod non docetur de consuetudine, nec de conventione,
36 ex quibus jus quæsitum Ecclesiæ fuerit ablatum, siquidem prætensa consuetudo immemorabilis, vel aliàs legitimè præscripta ante dicta privilegia non justificatur, posteà aut. in contra illorum prohibitionem inducinon potuit, nec fuit inducta, ut fuit dictum *in hac causa in alia decisione coram me facta die 22. Junii 1643. §. non obstat quod d. indulta.*

Minusque suffragatur observantia, quia ex factis aliquorum particularium
37 non potuit inferri præjudicium juri aliorum & publico, maximè quia non constat actus illos ad publicam devenisse notitiam, ac toleratos fuisse, ut fuit dictum *in*
38 *alia decisione coram bon. mem. Buratto 4. Decemb. 1624. quæ est decisio 831. inter etiam impressas.* Sed quatenus etiam supradicta probarentur, non suffragarent, quia cum
39 privilegium Pii IV. sit conforme dispositioni juris communis, cum in eo caveatur, ut Domini directi pro investituris & renovationibus bonorum emphyteuticorum exigant solum Laudemium taxatum à jure communi, *d. l. fin. C. de jure emphyt.* & fi-
vorabile, cum per illud nedum revertatur ad observantiam juris communis, ut consideravit *Rota coram bon. mem. Buratto decis. 831. num 5.* sed etiam tollatur occasio
40 personis Ecclesiasticis applicandi animum ad avaritiam, ut *in decisione hujus causa-
ram me 10. Junii* 1642. sicque contineat beneficium Principis restitutivum & con-
servativum juris communis adversus abusus & corruptelas à Dominis directis introductas, latè accipi debet, ut sit reale, etiamsi præjudicet burtæ Domini Epi-
41 scopi, quia tale præjudicium non habetur in consideratione, quatenus accipere majus Laudemium, quàm taxetur à jure communi, est abusus & corruptela, pro-
ut sic declarat privilegium pro hac opinione, quod quandò alicui conceditur privi-
42 legium, per quod quis reducitur ad illud jus, quod antè competebat, etsi hoc fiat in alterius præjudicium, non possit ille, qui sentit damnum ex tali privilegio,
43 conqueri quod ex eo lædatur, *not. glos. in l. si unus §. pactus ff. de pact. & facit etiam text. in cap. ab exordio dist. 35. ubi glossa* dicit, quod non fit injuria alicui, si quis restituitur ad pristinum statum. *Roland. cons. 3. num. 121. & 122. lib. 1.* nec ea quæ fiunt per ex-
torsionem, inducunt consuetudinem. Abb. cons. 96. num. 2. in fine par. 2. ibi: *& quasi per extorsionem Prælati & capituli non fuit inducta consuetudo in contrarium*; &
44 indistinctè abusus nullius sunt effectus. *L. ob quæ vitia §. idem Pomponius ff. de adilit. edic. Boer. decis. 297. num. 3.* ita quod privilegium nihil indulgeat, & non addat vel detrahat juri communi, sed solum concedat, quod à jure communi conceditur,
45 & mandet observari jus commune, quod æqualiter comprehendit tam cives quàm comitativos & forenses; non subsistit quod Pius IV. voluerit tantummodo gratifi-

care

tate civibus Cœsenæ, & sic particularibus personis, ut propterea recipiat strictam interpretationem.

Ex quibus causa per plures vices proposita, utraque parte informante fuit resolutum, privilegia Pii IV. Gregorii XIII. & Clementis VIII. suffragari forensibus & comitativis possidentibus bona in territorio Montis justi.

DECISIO XVII.

Privilegium reale quando est concessum à Principe alicui communitati, res ipsis privilegiatas afficit, & ad quoscunque transit, & latè declaratur, quando privilegium dicatur reale.

Reverend. P. D. Albergato.

Cœsenaten. seu Sarsinaten. Laudemiorum.

Est inter recent. decis. 199. par. 12.

Lunæ 19. Iunii 1656.

SUMMARIUM.

1 *Privilegia concessa rebus dicuntur realia, ideoque transeunt ad omnes, ad quos transeunt res.*

2 *Privilegia concessa civitati, transeunt etiam ad ejusdem civitatis comitativos & forenses.*

3 *Constitutio realis res ipsas afficit à quocunque possideantur.*

4 *Privilegium an sit reale an personale, attenditur mens concedentis.*

5 *Abusus & corruptelæ per Principem sublatæ generaliter dicuntur avulsæ.*

6 *Æquitas postulat neminem indebitè gravari.*

7 *Privilegium extenditur ad omnes, quando ratio est generalis.*

8 *Privilegii finis dum respicit res earumque usum, dicitur reale.*

9 *Privilegii verba ponderanda sunt ad cognoscendum an sit reale an personale & num. 10.*

11 Pri-

11 Privilegia in dubio præsumuntur realia.

12 Privilegium præsumitur reale, dum fuit concessum à supremo Principe.

13 Privilegium concessum universitati, præsumitur reale.

14 Civitatis verum patrimonium in quibus privilegiis consistat.

15 Civium appellatione veniunt etiam comitativi, & qualiter id intelligendum.

16 Comitativi considerantur uti membra civitatis.

17 Privilegium concessum civitati ob personarum fidelitatem, comprehendit etiam comitativos.

18 Privilegium reale non desinit esse tale, licet adsint aliqua verba personalitatem indicantia.

19 De Principis voluntate ubi constat, non est curandum de verbis.

20 Verba personalia in privilegiis realibus dicuntur stare demonstrativè, non taxativè & num. 21. & 22.

23 Substantia & effectus privilegii dum respicit bona & possessiones, sine dubio est reale.

24 Privilegium aliud est, si sit concessum certis personis particularibus specificatis in individuo, & aliud si fuerit datum singulis de tali corpore, ob qualitatem communem cum aliis.

25 Privilegium concessum civibus uti partibus integralibus communitatis dicitur reale.

26 Privilegium concessum ratione ordinis, dicitur reale.

27 Principum privilegia latè interpretantur in præjudicium concedentis, non aliorum.

28 Privilegii toto tenore considerato, si appareat concessum favore possidentium, est reale n. 29.

30 Privilegium concessum civitati, quandò æqualiter non solum civibus, sed etiam forensibus censeatur concessum.

31 Et hoc non per modum extensionis, sed per modum comprehensionis, numer. 32.

33 Privilegium per quod fit reditus ad jus commune, latè interpretatur.

34 Consuetudo solvendi majus Laudemium, quàm jure communi taxetur, valet.

35 Privilegium quandò dicatur evacuasse quemcunque usum contrarium.

36 Consuetudo non tollitur per actus non voluntarios & extortivos.

37 Consuetudo tollitur per clausulam: sublata, & decretum irritans.

38 Communitati personæ particulares non præjudicant.

39 Pacta sunt servanda.

40 Conventiones inter alios factæ, nullatenus possunt præjudicare tertio.

41 Rota non solet sententias incidenter revocare, & maximè si transitum fecit in judicatum.

Foren-

FOrensibus & comitativis bona in territorio Montis justi possidentibus, Summorum Pontificum privilegia certam Laudemii solutionem præscribentia suffragari, resolutio Rotalis sub die 30. Aprilis 1646. coram Reverendiss. Terracina, capta declaravit, quam hodie Domini, auditis iterum partibus in decisis perfirmando confirmarunt. Quia ponderatâ concessionis causâ & mente concedentium, expensisque ipsorum privilegiorum verbis, & juris attenta præsumptione, visum est privilegia adeò fuisse realia, ut ad quascunque manus & personas bona pervenerint, intrinsecam privilegii qualitatem attulerint, ut præter adductos in prima decisione firmat *Bartol. in l. 1. sub num. 2. vers. aut conceditur ff. de constit. princip. Natta. cons. 627. num. 12. & cons. 649. num. 76. vers. undè transit. Surd. cons. 525. num. 26. vers. sive quandò est realis lib. 4. cum pluribus per Cyriac. controvers. 141. num. 26. lib. 1. & controvers. 297. num. 5. & 20. lib. 2.* Atque ideò comitativis & forensibus suffragari potuerint, ut de istis notat *Bartol. in l. 1. num. 24. vers. mihi autem videtur C. de sum. Trinit. Roman. cons. 224. num. 1. Tiraquell. de jure primogen. quæst. 46. num. 4.* ubi, quod quandò constitutio est realis, res ipsas afficit, à quocunque possideantur, sive à cive, sive ab extero. *Barbosa in l. quia tale 14. num. 40. in fine vers. ea igitur ff. sol. matrim. Layman. in Theol. mor. lib. 1. tract. 4. c. 23. n. 4. vers. hoc casu exteri quoque.*

Et primò quidem causa finalis concessionis, & Pontificum mens, quæ ad cognoscendam privilegii naturam potissimè attendenda sunt, juxta text. *in l. in omnibus 69. ff. de regul. juris. Barbos. ubi sup. num. 2.* apertè demonstrant concessionem fuisse realem, quia felic. record. Pius IV. qui primus privilegium indulsit, præmissâ narrativâ qualitatis bonorum, quod scilicet ferè omnia bona emphyteutica existant respectum habuit non ad ipsos cives Cæsenaten. sed ad possessores bonorum emphyteuticorum in districtu Cæsenæ existentium, motusque est primariò & principaliter ad ita disponendum, ne emphyteutæ majus solvant Laudemium, quàm juris communis censura præscribat, & ne Dominorum avaritiâ indebitè vexentur, quæquidem causa immediata exonerandi emphyteutas, tollendique abusus, corruptelas & gravamina, quæ in hac materia irrepserant, sicuti æquè benè comitativis & forensibus bona possidentibus adaptatur, ac civibus ipsis; ita pariter eos comprehendere debet, cum æqu tatis & justitiæ ratio postulet, quod nemo indebitè majoris solutionis, quàm par sit, onere prægravetur, atq; ideò quoties ad certam ...usam mens indulta con e lentis habuit respectum, tale privilegium semper ad omnes extenditur, in quibus causa illa concurrit, & reale cen'et u. *Bald. in l. 2. num. 7. vers. si autem ratio privilegii C. de Episc. & cleric. Castren. in l. maritum 13. num. 4. vers. nam extenduntur ff. sol. matrim. Decius in l. in omnibus 69. num. 14. ff. de reg. jur. Natta cons. 340. number. 18. vers. modo ista ratio. & num. 19. Berous consil. 105. num. 11. lib. 1. Eugen. cons. 92. num. 19. vers. quam quidem sententiam & numer. 23. lib. 1. Menoch. præsumpt. 103. numer. 27. & 28. lib. 3. Azor. instit. moral. par. 1. capit. 22. colum. 1. litt. D. vers.*

verſ. quandò verò privilegium. Et dum idem Pontifex ſub excommunicationis pœna Dominis directis prohibuit, ne pro renovationibus & inveſtituris bonorum emphyteuticorum majus Laudemium exigant, quàm de jure communi deberi, non conſideravit ſolos cives Cœſenatenſes, quorum ſingulos non poſſe inveſtituras & renovationes petere, pluſquam notum eſt, ſed reſpexit omnes emphyteutas, qui ratione qualitatis bonorum renovationes & inveſtituras petere tenentur, & ſic finis privilegii reſpicit res, earumque uſum, & in eas dirigitur, proindeque bonis immediatè privilegium cohæret, & in perſonas illa poſſidentes ſecundario & per accidens redundat, & privilegium reale reſultat. *P. Layman. d. cap. 23. num. 2. verſ. privilegium reale. Barboſa in d. l. quia tale num. 3. in fine verſ. ac ita decidim. ff. ſol. matr. Eman. Roderic. quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 7. art. 2 in princ. verſ. quando autem privilegium. Menoch. conſ. 276. num. 12. verſ. idem pronomen, & num. 14. & 16. lib. 3.*

9 Verba pariter ejuſdem privilegii, quæ etiam in dubio ad hunc effectum ponderanda eſſe voluit. *Angel. Aretin. conſ. 54. num. 11. & 12. verſ. ad cognoſcendam Bellon. conſil. 20. num. 9. Rota coram Penia deciſ. 93. num. 9.* tanquam ad reſpiciendo recta, & ad bona relationem habentia, ibi: *cum omnes fere poſſeſſiones & bona immobilia civitatis Cœſenaten. & illius diſtrictus emphyteutica exiſtant &c.* & infra: *in eiſdem poſſeſſionibus & bonis directum dominium habentes.* Et deindè: *emphyteuta* 10 *poſſeſſionum & bonorum eorundem.* Dicti privilegii realitatem oſtendunt *Rota conſil. 217. num. 18. verſ. quæ verba lib. 1. Dec. conſ. 262. num. 2. verſ. primò quia ad hoc. Menoch. d. præſumpt. 103. num. 26. lib. 3. Cyriac. d. controv. 297. num. 3. & 4.* Et præ- 11 ſumptio etiam juris pro ejuſdem indulti realitate concurrit, tum quia in dubio tale præſumitur privilegium. *Alexand. conſil. 193. numer. 3. verſ. quinimò lib. 2. Ancharan. conſil. 327. numer. 2. in fine. Menoch. conſil. 905. numer. 5.* Tum quia à ſupre- 12 mo Principe conceſſum, *Bartol. in l. fin. numer. 14. verſ. & iſto caſu ff. de ſervit. leg. Jaſon. in l. idem Julianus 41. §. ſi quis alicui numer. 9. verſ. ſed ſi nullum. de legat. 1. Tiraquel. de nobilit. cap. 37. numer. 59. verſ. tamen ſi conceſſio Menoch. d. præſumpt. 104.* 13 *numer. 31. Maſtrill. de magiſtrat. lib. 4. cap. 10. numer. 38.* Tum denique quia impartitum fuit univerſitati, quæ cum nunquam mori dicatur, privilegium ejuſdem naturæ reale & perpetuum præſumitur. *Ad text. in l. forma 4. §. quanquam ff. de cenſib. Natta conſil. 163. numer. 16. verſ. ſecus ſi concedatur. Menoch. conſil. 1193. numer.* 14 *12. lib. 12. Burſat. conſil. 258. numer. 44. verſ. quia tunc lib. 3. Valenzuel. Velaſq. conſil. 79. numer. 21. 22. & 23.* Ubi quod in talibus privilegiis conſiſtit verum patrimonium civitatis & *conſ. 81. num. 11. tom. 1.*

15 Quod ſine ulla prorſus difficultate procedit quoad comitativos, qui in hujuſmodi privilegiis & favorabilibus materiis appellatione civium continentur, &

tanquam

tanquam membra civitatis considerantur, ut tradit *Jacob. de Bellovis. in celebri quæ-* 16
stione quam se Bononiæ habuisse refert in repet. §. illud tamen, in Auth. quib. mod. lib. ef-
ficiuntur sui &c. Alexand. in rubr. numer. 14. ff. sol. matrim. Felin. in cap. causam quæ
vel. sub numer. 13. vers. similiter dicit Imola. de rescript. Castren. consil. 307. numer. 2.
lib. 2. Galeott. controv. jur. lib. 2. controvers. 20. num. 38. plenè Velasq. consult. 79. numer.
4. Jacob. Ant. Maur. allegat. 36. num. 1. ubi in puncto loquitur de privilegio civitati
propter hominum fidelitatem concesso. *Valenzuela Velasq. d. consil. 79. per tot. & sub* 17
num. 79. vers. & dicit quod hoc & seq. usque ad num. 86.

Neque fundamenta hæc debilitantur ex aliis ejusdem indulti verbis, quæ
ad cives ipsos Cœsenaten. directa, pluriesque ad ipsos relata, & præcisam perso-
nalitatem importantia, probare videntur personas ipsorum civium finalem & im- 18
mediatam privilegii causam fuisse, ut distinguendo relationem verborum ad res
vel ad personas, tradit *Cravet. consil. 239. sub numer. 3. Capic. Galeot. controv. 51. nu-*
mer. 5. & seq. lib. 2. & alij relati in decisione, quæ hodie confirmata fuit. §. non obstat. 19
Quia constito aliundè de voluntate Principis, ut egregiè dictum fuit ibi, quod
voluerit privilegium bonis attribuere, expressiones illæ personalitatem redolentes
non mutant naturam privilegii, non solum quia censentur stare potius demonstra- 20
tivè, ad ostendendum scilicet causam impulsivam & secundariam, quàm taxati-
vè, ut in terminis distinguit *Barbosa in d. l. quia tale 14. sub numer. 25. vers. non*
obstat tertia ratio. ff. sol. matrim. Ancharan. d. consil. 327. numer. 4. vers. secundò non ob-
stat. Socin. sen. consil. 84. numer. 17. lib. 3. & Bald. consil. 354. in princ. vers. nam hæc di-
ctio lib. 1. Dec. consil. 262. numer. 6. vers. secundo non obstat lib. 1. Gratian. discept. foren.
276. numer. 68. nam alias privilegium. Verum etiam quia expressio personarum fa- 21
cta fuit per accidens, nam cum communitas & homines Cœsenæ supplicationem
porrexerint pro exoneratione gravaminis ratione bonorum illis illati, ipsis saltem
demonstrativè dirigenda erat indulti atque exemptionis oratio, cum plerumque
persona inseratur, ut non personalis fiat concessio, sed ut demonstretur cum quo 22
indultum factum est, ut in terminis declarat *Petrus de Pot. inter consilia Federici de*
Senis consil. 68. numer. 2. vers. & tunc si nomen per text. in l. jurisgentium 7. §. pacto-
rum ff. de pact. Cardin. Mantica de tacit. & ambig. lib. 1. capit. 7. numer. 3. vers. sed id
Rota in Rossanen. exemptionis 22. Junii 1640. §. attamen coram Reverendissimo Com-
postellano. Ubi quod quandò adsunt verba apta ad inducendam realitatem, non
tollitur qualitas ipsius realitatis per expressionem personarum. Proindeque cum 23
substantia indulti & effectus respiciant bona & possessiones, dicitur sine dubio reale.
Ruin. consil. 157. numer. 8. in fine vers. sed si habeatur relatio lib. 3. Gutierez. consil.
5. numer. 14. cum aliis per Rotam decis. 23. numer. 6. par. 2. diverse. quam sequitur Leon.
Thesaur. fori Eccles. capit. 27. sub numer. 61. vers. quia privilegium. & numer. 62. & seq. ubi

seq. ubi citat Rotam in Carthaginen. decimarum 10. Decembris 1578. in princip. cum Bubalo.

Præterea ad effectum, de quo agitur valdè interesse responsum fuit, u
24 indultum concessum fuerit certis particularibus personis specificativè, ut tales per-
sonæ individuæ sunt Petrus, Andreas &c. an verò datum fuerit singulis de illi
corpore, ob qualitatem communem cum aliis, & ratione totius reduplicativè, ut
25 partes & membra talis corporis existunt, & hoc casu, qui casus est noster, cum
concessio facta fuerit civibus, ut partibus integralibus communitatis, non qui
personæ sint singulares, privilegium reale est, quamvis ad personas particulares di-
rectum fuerit, ut in puncto de indultis communitati concessis declarat *Castrapal. oper. moral. tom. 1. tract. 3. disp. 4. de privileg. punct. 2. §. 1. num. 2. Azor. instit. moral. lib. 5. cap. 22. quæst. 2. circa fin. vers. sic etiam multa tom. 1. Suarez. de legib. lib. 8. cap. 3. num. 4. vers. si ergò. Eman. Roderic. quæst. regul. tom. 1. quæst. 61. artic. 14. col. 2. vers. secundo est notandum. & in materia privilegii ita distinguit etiam Fontanella de pact. nupt. claus. 4. glos. 10. par. 2. sub numer. 62. vers. aliud verò tom. 1. Cancer. variar. resol. par. 3. cap. 3. de privileg. num. 27. Surd. cons. 292. num. 43. vers. præcipuè quia*, ubi inquit,
26 quod immunitas concessa potius ratione ordinis, quam quod acquirens sit An-
dreas vel Joannes, dicitur realis.

Nec obstare vila est alia ratio pro Episcopo adducta, quod nempè contra
27 ipsum, tanquam tertium non possit extensio indultorum ad forenses & comitativos
admitti, ex quo Principum privilegia latè quidem contra ipsum concedentem in-
terpretanda sint, in præjudicium autem tertii strictissimè juxta distinctionem,
quam post alios ponit *Ancharan. quæstion. familiar. 57. numer. 1. lib. 2. Surd. con-
sil. 140. numer. 73. & 74. Giurba. decis. Sicil. 203. numer. 7. vers. maximè in tertii
præjudicium & numer. 8. Sanchez. de matrimon. lib. 8. disput. 1. numer. 4. vers. insuper &
admisit Rota in Ferrarien. decimarum 26. Maii hujus anni 1659. §. non obstat. in fine ca-
tam me.*

Nam placuit responsio, quod considerato toto privilegii tenore apparet
28 concessionem fuisse factam ad favorem possidentium bona emphyteutica, nullâ ha-
bitâ per Pontificem distinctione qualitatis, an possessores essent exteri vel cives, ibi:
Nos igitur cupientes eorundem emphyteutarum indemnitati consulere &c. semperque
ostendit enixam voluntatem eximendi solventes Laudemia, & petentes renovatio-
nes investiturarum, ab illis gravaminibus, quæ illis per Dominos directos in-
29 ferri intellexerat, ibi: *Nihilominus cum nonnulli avaritia ducti emphyteutas possessio-
num & bonorum eorundem variis modis vexare &c.* & ideò cum hæc ratio, ut di-
30 cum est, conveniat æqualiter non solum civibus, sed etiam comitativis & fo-
rensibus,

rensibus, isti dicuntur sub indulto venire, non per viam extensionis, sed per modum comprehensionis, & veri intellectus constitutionis. *Abb. in capit. si Clerici 4. §. de adulteriis sub numer. 8. versic. quia tunc non fit extensio de judic. num. 39. Gratian. discept. forens. capit. 920. numer. 3. Surd. consil. 277. numer. 27. lib. 2. Mastrill. de magistrat. lib. 1. capit. 26. numer. 4. Rota decis. 575. numer. 4. par. 1. divers. & coram Merlino decis. 437. numer. 16.*

Excluditurque prætensa hæc extensio ex eo, quod ipsorum civium interesse principaliter exposcit comitativos & forenses sub eodem indulto comprehendi, quia quandò in eos bona alienari contigerit, longè meliorem invenient conditionem, si de cætero emptores ad solutionem Laudemii extraordinariam non tenebuntur, prout è contra onus hujusmodi in ipsosmet cives redundaret, & quia tantò minus pro pretio bonorum reciperent, quantum esset onus supradictæ solutionis, ut in subjecta materia advertit *Dec. consil. 48. numer. 5. vers. quarto ista conclusio lib. 1. & per text. in l. si venditor. 6. ff. de servis exportand. Bald. consil. 31. numer. 2. lib. 1. Burat. consil. 452. numer. 56. lib. 4. Menoch. consil. 136. numer. 13. lib. 2.* 31 32

Et in omnem eventum etiamsi posset extensiva hæc interpretatio appellari, adhuc contra tra decretum vel consuetudinem juri communi contrariam, & per illud ad jus commune reducimur, latissima etiam contra tertium fit interpretatio. *Glos. est singularis in cap. statutum, 3. in ver. numerandum de præben. in 6. Dec. in cap. cum ordinem 6 numer. 13. vers. secus si deroget de rescript. Felin. in d. capit. causam quæ, 18. numer. 11. vers. prima declaratio eod. tit. & consil. 6. num. 8. & 9. Silvan. consil. 66. numer. 19. Mandell. Alb. consil. 183. numer. 9. vers. & multò magis. Panzirol. consil. 2. numer. 19. Menoch. consil 450. numer. 18. lib. 6. Guttierez. canon. quæst. capit. 21. num. 124. vers. quod quidem privilegium lib. 2. cum aliis per Tamburin. de jure Abbat. disp. 16. quæst. 5. num. 7.* 33

Minus suffragatur Episcopo iterum objecta consuetudo solvendi majus Laudemium, quam fuerit à jure communi definitum: quia ante indultum Pii IV. de anno 1564. emanatum, nullo modo probata fuit, cum exhibitæ solummodò fuerint exactiones quædam per viginti annos circiter continuatæ, quæ quidem & omnis alius contrarius usus per verba amplissima indulti censentur sublatæ, ut in hac causa advertit *Rota coram Buratto. decis. 81. numer. 7. & 8.* ubi quod ad hunc effectum immemorabilis requiretur *decis. 31. num. 2. & decis. 66. num. 8. & 13. par. 7. recent.* tempore verò sequenti nec pariter probata fuit, cum solutiones fuerint exortæ, & per actus hujusmodi extortos nullo modo induci potest consuetudo. *Abb. cons. 96. numer. 2. in fine par. 2. Castren. cons. 402.* 34 35 36

consil. 402. sub numer. 4. vers. enim non potuit. lib. 1. Gratian. discept. 210. numer. 11.
37 lib. 2. Nec probari potuit obstante clausula sublata, & decreto irritanti, quæ omnem consuetudinem adeò inficiunt, & illius principiis obstant, ut nec nasci quidem, aut ullo modo incipere potuerit. Gonzal. ad regul. cancellar. 8. glos. 7. numer. 12. Rota decis. 373. numer. 8. par. 5. recent. & in Aretina unionis 8. Martii 1652. §. 1. vers. sed adempta coram Reverend. P. D. meo Verospio. Et solutiones per aliquos particulares factæ nihil relevant, cum hujusmodi indulto favore communitatis introducto
38 particulares personæ renunciare aut præjudicare non possint, in terminis Bonat. ubi sup. num. 1. Rota decis. 319. num. 19. par. 6. recent. & apud Postò. de manuten. decis. 311. num. 39.

Nec relevat denique quod indultum, de quo agitur, non deroget pacto
39 sicque observanda sit conventio inter Episcopum Sarsinaten, & Consilium generale comitatus Bobii inita de solvendis in certa quantitate majori Laudemiis, quæ
40 nunquam justificatum fuit, quod terra Montis justi, de cujus comprehensione sub privilegiis disputatur, sit membrum comitatus Bobii, & propterea conventio illa tanquam res inter alios gesta tertio præjudicare non potest. Rota in Licien. bonorum 15. Januarii 1652. §. minusque coram Eminentissimo Ottobono. Imò contrarium apparet ex decisionibus in hac causa editis sub die 10. Junii 1542. & 23. Junii 163. coram eodem Reverendissimo Terracinen. in quibus responsum fuit omnibus rationibus in contrarium adductis, quæ propterea juxta stylum hujus sacri tribunalis in-
41 cidenter revocandæ sunt, & maximè quandò sententia earum vigore lata transitum fecit in judicatum, sed in disputatione dubii diversi supponendæ veniunt, ut tradit Rota coram Buratto decis. 596. numer. 1. & in Bononien. dotis seu pecuniaria 17. Junii 1647. coram Reverendiss. D. meo Decano impressa post Modern. Perusin. de subhastat. decis. 209. numer. 1. & in Cœsenaten. bonorum 28. Aprilis 1653. §. esto coram me.

Et ita utraque &c.

* * * *
* * *

AD

Ad Quæst 3. *Additio.*

REgula est Episcopum non posse in totum eximere. Adde quod jura Episcopo competentia in quibuscunque Ecclesiis suæ diœcesis sibi subjectis sunt decem & octo, enumerata per *Fagnan. in c. conquerente n. 11. & seqq. de offic. ordin.* nempè obedientia, subjectio in spiritualibus, reverentia, institutio & destitutio authorizabilis, correctio & reformatio, censura Ecclesiastica, jurisdictio in causis fori Ecclesiastici, pœnitentia publica, collatio chrismatis & ordinum aliæque functiones pontificales, synodi celebratio, synodaticum seu cathedraticum, quarta decimarum, quarta mortuarionem, visitatio, procuratio, charitativum subsidium. Ex quibus aliqua sunt, quibus non renunciat Episcopus defectu potestatis, aliqua verò quibus generali remissione renunciare non censetur defectu voluntatis. Prioris generis sunt octo illa. Posita *per Abbat. in cap. cum venerabilis num. 2. de censibus.* Nempè correctio, visitatio, & procuratio, cathedraticum, reverentia, charitativum subsidium, institutio authorizabilis quoad curam populi, & demum ea, quæ sunt ordinis Episcopalis. Potest tamen hæc ipsa jura concedere alteri inferiori Prælato per modum vicariæ perpetuæ, idque ex causa legitima, & accedente capituli consensu, præter tria, videlicet cathedraticum, reverentiam & charitativum subsidium. *Vi Abb. declarat ibidem.* Et in specie jus instituendi & destituendi exerceri posse ab aliquo inferiori Prælato tanquam Vicario perpetuo Episcopi, admisit *Rota decis. 181. numer. 28. par. 12. recent.* Posterioris autem generis sunt reliqua jura Episcopalia non tantum temporalia, sed & spiritualia. *Vi per Abb. in cap. cum inter. num. 13. de sent. & re judic. & Innocent. in cap. pastoralis de donat.* Quæ potest Episcopus concedere alteri Ecclesiæ consentiente capitulo & stante causa justa, quamvis non omni casu ea remittere censeatur, si enim donat aliquam Ecclesiam Monasterio, videtur donare tantùm temporales proventus, si quos in ea habebat, spirituales verò, quales sunt, qui proveniunt de oblationibus, vel de decimis, in dubio concedere non censetur, ut explicat *Innocent. in d. cap. pastoralis num. 2. & 3.*

Signanter quæritur, utrum stante dispositione Concilii Tridentini, quod personas & bona exempta etiam totali exemptione, variis in casibus subjecit jurisdictioni Episcoporum sive ordinariæ sive delegatæ, possint iidem Episcopi quandòque jus suum remittere, & attributis sibi per concilium facultatibus non uti, super quo aliàs consulta Sac. Congregatio respondit cum distinctione; quod autem Concilium utitur verbis præceptivis & obligatoriis, aut permissivis tantum, posteriori quidem

quidem casu posse ordinarios jus eorum remittere, priori verò nullatenus, & quamvis nulla sit decreta pœna Episcopo non utenti facultatibus suis, gravissimè tamen peccaturum, si omiserit. Ita refert *Fagnan in cap. si quis num. 40. vers. in fine de regularib.* Undè infertur Episcopum Ecclesiis sæcularibus exemptis, etiamsi commendatæ fuerint, non posse remittere jus visitandi sibi datum ex Concilio Trid. *cap. 8. sess. 7. de reform.* cum ibi adsint verba præceptiva, ibi: *visitare tenentur.* Eridem dicendum in casu *cap. 8. sess. 21. de reform.* Ubi Ecclesias regulares exemptas, si commendatæ fuerint, & in eis observantia regularis non vigeat, Episcopi visitare jubentur verbis obligatoriis. Ibi: *Annis singulis visitentur, curentque iidem Episcopi &c.* diversum est in casu *cap. 8. sess. 25. de regularib.* ubi Monasteria exempta, quæ generalibus capitulis ordinum non subsunt, nec se unquam in congregationem redegerunt, exindè possunt ab Episcopo visitari, ibi in fine: Episcopis tanquam Sedis Apostolicæ delegatis subdantur. Et clarius *cap. 4. sess. 14.* ubi Episcopi apud Ecclesias suas residentes possunt corrigere personas sæculares quomodolibet exemptas pro quibusvis delictis, etiam extra visitationem, utitur enim concilium verbis permissivis in favorem Episcoporum, ibi: *faculatem habeant. &c.*

Declarabis supradicta, ut quamvis Episcopus jura sua remittere possit alicui Ecclesiæ, eidemque privilegium liberationis concedere, tam à præstatione onerum temporalium, quàm spiritualium, id tamen intelligi debet quoad jura singulariter & separatim considerata, sed privilegium liberationis ab omnibus juribus Episcopalibus concedere, atque in totum eximere à seipso nullus Episcopus potest, alioquin enim sicut unam Ecclesiam, ita & omnes eximere posset, quod est absurdum. *Abb. in cap. cum inter. numer. 13. de sent. & re jud.* & hac ratione solus Papæ est exemptionem plenam concedere *per text. in cap. si Papa de privileg. in 6. Abb. & DD. in cap. cum contingat. de foro compet. Rota decis. 227. numer. 4. par. 6. recent.* & propterea non valuit illa concessio cujusdam Atrebatensis Episcopi, qua omnes Canonicos, Capellanos, Vicarios & Clericos Ecclesiæ suæ prorsus exemit à jurisdictione ordinatia, de quo casu latè scribit *Fagnan. in cap. veniens à numer. 9. & seq. de transact.* quod multò magis dicendum de exemptione totali, quæ territorium separat, hanc enim solus Papa dare potest, ut habetur *in decis. 324. numer. 2. par. 1. recent. decis. 130 numer. 5. par. 8. rec.* adeò ut neque Episcopus cum capitulo, imò nec cum tota synodo Diœcesana constituere possit, quod aliquis inferior Prælatus separatam diœcesin habeat, *Rota decis. 10. num. 28. & decis. 21. numer. 17. coram Zavate.*

Quo verò ad casus hîc per Auctorem notatos, quibus Episcopus permittere potest tacitè, ut exemptio alicui Ecclesiæ acquiratur, notabis primò, quod non valeat confessio Episcopi, quâ ipse assereret aliquem locum esse exemptum, vel à diœcesi separatum, neque in hoc casu confessio æquiparatur rei judicatæ. *Rota dec. 382. numer. 3.*

par. 2.

par.2. & decis.127.num.9.par.8.decis.115.num.16.par.14. nisi confessio haberet aliun-
de fomentum & adminiculum, vel à juris assistentia, vel ab aliis conjecturis & pro-
bationibus, ut not. *Abb.in cap. si diligenti num.4.de præscript.* ideoque attenditur con-
fessio ordinarii, per quam fatetur se monasterium quoddam auctoritate Apostolica
visitasse. *Rot.decis.279.num.4.par.11.*

Notabis 2. quod quantumvis præscriptione vel sententia acquiti possit exemp-
tio, imò & status nullius diœcesis, saltem quando adest res judicata, vel præscriptio
immemorabilis, id tamen non ita intelligendum est, quasi ex sola Episcopi acquie-
scentia possit vim habere talis sententia, non constito alimde de illius justitia, ut be-
ne notavit *Felin.in cap.cum inter num.4.vers.ad quod diceretur.de sent. & rejudic.* &
similiter præscriptio vires suas capere non potest à scientiâ duntaxat & patientiâ or-
dinarii, nisi concurrat alius legitimus titulus præsertim si ordinarius ipse privilegium
aliquod exemptionis minus legitimum concessisset, tunc enim nec ia vita istius præ-
lati posset currere præscriptio, ad exemplum alienationis rerum ecclesiasticarum,
quæ non potest præscriptione validari, quousque vivit prælatus alienans. *cap. si facer-
dotes 16. quæst.3. Innocent.in cap. Tam ex litteris num.1. & Abb.ibi.num.10. de restit.in
integ.* præsumitur enim talis prælatus suam potiùs concessionem, quam ecclesiam
tueri voluisse, ut punctualiter dixit *Rota decis.94.num.13.par.7.recent.*

Notabis tertiò, quod neque per viam transactionis & concordiæ possit Episco-
pus aliquam ecclesiam suæ diœcesis à se suâque jurisdictione eximere, cum non sit
licitum prælato præjudicare suæ ecclesiæ transigendo. *extravag. Ambitiosæ de reb.
eccl.non alien. Rota decis.255. num.9 par.17. recent.* præcipuè stante hodie Concilii
Tridentini decreto *cap.4.sess.6. & cap.6.sess.25.de reformat.* quo capitula cathedra-
lium & aliarum majorum ecclesiarum subjiciuntur Episcopis, non obstantibus qui-
busvis consuetudinibus, sententiis, juramentis & concordiis, præterquam si tales
concordiæ specificè & ex certâ scientiâ à sede Apostolica confirmatæ essent. *Fagnan.
in cap. si quis num.24. & seq.de confirm. util. vel inutil. & fuit dictum in Rota decis.71.
num.1. & decis.115.num.16.par.14.recent.* & quanquam in dictis decretis concilii di-
catur concordias sine Apostolico Beneplacito valere in præjudicium transigentium
ibi; *quæ suos teneant auctores.* conformiter juri communi *in cap. Veniens. de transi-
act.* adhuc tamen ipsum Episcopum transigentem & concordantem super jurisdi-
ctione suâ ordinariâ posse contravenire suæ transactioni nomine suæ ecclesiæ, eam-
que nullam declarari facere, fuit decisum *in Marsicen.jurisdictionis* 18. *Februarii* 1647.
coram Bichio quæ est decisio.24.par.10.recent. prout in simili, quamvis valeat alie na-
tio rerum ecclesiæ quoad præjudicium prælati alienantis, non tamen quoad præju-
dicium ecclesiæ, adeo ut etiam ipsemet alienans nomine ecclesiæ possit alienationem
revocare. *Gles.in cap.1. contractum de restit.in integ. in 6. Bald.in l. jubemus §. ve-
rum.num.5. C. de sacros.eccles. & plenè Rota decis.38. num.2, & 3.par.6. recent. & de-
cis.70.*

cis. 70. num. 22. par. 16. & concordiæ suos tenebunt auctores in his quæ separabilia sunt à præjudicio ecclesiæ, ut præcisè dixit Rota decis. 29. num. 13. & 16. par. 6. rec.

Quæres, an beneplacitum Apostolicum seu confirmatio ex cursu temporis præsumatur? insinuat quidem Auctor hoc loco num. 8. Transacto cursu decennii, iam præsumi, verùm id hodiè difficultatem patitur ex Constitutione Urbani VIII. ord. 149. quæ sustulit ejusmodi præsumptivam probationem beneplaciti in materiis ecclesiis præjudicialibus, ut in puncto casus nostri dixit Rota decis. 115. num. 17. & 18. par. 14. recent. nisi forte efflux. set tempus centum annorum, quem casum eadem Constitutio Urbani expresè præservavit. Pacion. de locato cap. 14. §. 11. num. 3. & seqq. Rota decis. 328. num. 1. & 3. par. 17. & decis. 309. num. 6. & 9. par. 15. recent.

DECISIO XVIII.

Castra esse intra fines alicujus diœcesis quomodo probetur. Juris assistentia præbet bonum jus Episcopo ad effectum manutentionis, etiam non probata alia possessione, immemorabilis ad effectum exemptionis quomodo probanda, & an concessiones & assertiones Episcopi præjudicent Ecclesiæ & Successoribus.

R. P. D. ZARATE.

Inter impressas: Zarate decis. 10.

Beneventana Jurisdictionis.

Lunæ 13. Maji 1652.

SUMMARIUM.

1. *Enunciativæ plures diversis temporibus & scripturis emanatæ vim famæ habent & concludenter probant.*
2. *Maximè si sint antiquissimæ & variis fulciantur adminiculis.*
3. *Propriæ Confessiones superant quascunque*

que alias probationes, & ipsis consentibus valde præiudicant.

4 Situatio probatur per testes.

5 Castra si sint posita in aliqua diœcesi, sequitur quod sint ejusdem diœcesis.

6 Et sic sub omnimoda Episcopi Jurisdictione ob assistentiam juris communis.

7 Et ob dispositionem Sac. Conc. Trid. num. 7.

8 Quamvis nullius diœcesis essent, vdque ratione vicinitatis.

9 Juris assistentia præbet bonum jus Episcopo etiam ad effectum manutentionis, non probatâ alià possessione.

10 Territorii separatio non nisi à solo pontifice conceditur, ad quem hujusmodi facultas spectat.

11 Testes pro probanda immemorabili, quomodo deponere debent.

12 Immemorabilis quomodo concludatur & num. 13.

14 Initium actorum, essentiæ immemorabilis repugnat.

15 Centenaria vim immemorabilis habet.

16 Sed locum non habet, ubi constat de contrario initio.

17 Centenaria ex se sola non sufficit ad favorem Prælati, qui ex ea contra suum Episcopum Territorium præscribere non valet.

18 Visitatio est actus jurisdictionalis.

19 Item Confessariorum approbatio.

20 Item Clericorum ordinatio.

21 Item Sacerdotum ad Curam animarum deputatio.

22 Item sacramenti confirmationis collatio.

23 Item Computorum revisio.

24 Item excommunicatio & absolutio.

25 Item receptio olei sancti facta per presbyteros Diœcesis ab Ecclesia Cathedrali.

26 Item Contributio pro subsidio triremium.

27 Actus jurisdictionis facti ab Episcopo, quando sunt plures, & pottores in Concursu factorum à Prælato inferiori sunt præferendi, cum illis arrideat juris assistentia, & ab ea roborentur.

28 Per Constitutionum rejectionem omnia reducuntur ad primæva jura in quibus erant ante Constitutiones.

29 Assertiones defunctorum Episcoporum, & Vicariorum circa jurisdictionem, habentes relationem ad Constitutiones rejectas non sunt attendendæ & num. 31.

30 Et Moderno Episcopo nocere non possunt.

32 Et quando constat de continuato exercitio jurisdictionali Episcopi, illæ vel præsumuntur inverisimiles, vel erroneæ, & sic non attenduntur.

33 Inconveniens est testibus in alio judicio illam præstare fidem, quam in eo ubi fuerunt examinati non meruerunt.

34 Protestationes contrariæ factæ, non sunt attendendæ.

35 Enunciativæ Modernæ & Bullæ ad supplicationem partis factæ, nullam sufficientem probationem inducunt.

COntendentibus Reverendissimo D. Archi-Episcopo Beneventano, & D. Archidiacono ejusdem Ecclesiæ circa jurisdictionem in Castris Cercelli, Pagani & Collis, nec non in Castellis Forcellati, Montis Ursini, S. Angeli, & Rocatelli, à D. Archidiacono expressis, causa fuit in Rota introducta, ac proposito dubio super manutentione, visum fuit Dominis, ut de bono jure, etiam ad effectum manutentionis videretur, quare super hoc propositâ hodie causa ad favorem Reverendissimi D. Archiepiscopi fuit resolutum.

Sunt etenim dicta Castra intra terminos diœcesis Beneventanæ, ut examinatoribus, & scripturis emanatæ, habent vim famæ, & concludenter d. situationem probant juxta conclusionem à Rota receptam, sequendo doctrinam *Aret. in cap. cum causa num. 9. & 20. de prob. Pnt. decis. 204. num. 4. lib. 2. in Corr. decis. 102. num. 1. par. 1. recent. Burat. decis. 636. nu. 4. & ibi. Add. lit. B. Merlin. decis. 148. num. 1. Minen. Beneficii. 27. Martii 1648. §. quæ adminicula confirmata 26. Junii ejusdem anni, §. junctis pluribus antiquissimis probationibus, coram bon. mem. Arguell.*

1 cessorum Archiepiscoporum enunciativis constat, quæ cum sint plures, diversis temporibus, & scripturis emanatæ, habent vim famæ, & concludenter d. situationem probant juxta conclusionem à Rota receptam, sequendo doctrinam *Aret. in cap. cum causa num. 9. & 20. de prob. Pnt. decis. 204. num. 4. lib. 2. in Corr. decis. 102. num. 1. par. 1. recent. Burat. decis. 636. nu. 4. & ibi. Add. lit. B. Merlin. decis. 148. num. 1. Minen. Beneficii. 27. Martii 1648. §. quæ adminicula confirmata 26. Junii ejusdem anni, §. junctis pluribus antiquissimis probationibus, coram bon. mem. Arguell.*

2 In nihilo refragante, quod tales enunciativæ ab ipsis Archiepiscopis interessentibus emanaverint; nam cum sint antiquissimæ, & variis fulciantur adminiculis probant *Achil. decis. 7. in fine de jure patron. Caputaquen. decis. 337. num. 3. Ciccon. decis. 235. num. 6. decis. 242. num. 2. Merlin. decis. 128. num. 5. & decis. 148. num. 3.*

Pro adminiculis autem in præsenti deserviunt, non solum multiplicatæ Asser-
3 tiones, & Confessiones tam Moderni Archidiaconi, quàm illius Antecessorum explicitè affirmant. castrorum controversorum situationem in Beneventana diœcesi reperiri: istæ enim Confessiones superant quascunque alias probationes, & ipsis confiten. valdè præjudicant. *l. cum tela. 2. c. de non num. pec. Rota decis. 71. num. 3. par. 1 divers. Fanen. bonorum 29. Junii 1648. §. minus attenta, coram bon. mem. Arguelles; & alibi passim.*

4 Verum etiam testes disertissime de tali situatione deponen. qui etiam asserunt, castra hæc circumdata esse ab aliis castris diœcesis Beneventanæ, ideo optime probant, *cap. cum causam in fin. de prob. Paris. Cons. 104. num. 24. lib. 1. Penia decis. 107. num. 4. & 8. Burat. decis. 578. num. 6. Comit. decis. 26. eodem num. & decis. 22. num. 2. par. 7. recent. in Marsicen. jurisdictionis 26. Maji 1651. §. nam quod terra &c. coram Eminentiss. D. Card. Corrado.*

Unde cum ex prædictis, & ex tabulario & planta datis appareat dicta Castra
5 esse posita in diœcesi Beneventana, sequitur quod sint ejusdem diœcesis. *Bald. in l. Insula ff. de Jud. Castr. in l. 1. in princ. ff. de acq. poss. Cravet. Cons 45. num. 9 vers. supervacent.*

Et sic

Et sic sub omnimoda D. Archiepiscopi Jurisdictione ob assistentiam juris 6
communis *cap. cum personæ 7. in fin. de privil. cap. conquerente 16. de offic. ord. Barbos.*
de offic. & pot. Episcop par. 3. alleg. 127. num. 23. Rota. decis. 501. num. 1. part. 2. recent. in
Bracien. jurisdictionis 11. Aprilis 1639. coram Reverendiss. Salamantino. Et ob dispo- 7
sitionem *S. Conc. Trid. sess. 7. cap. 8. & sess. 21. cap. 8. de refor. Rota decis. 501. num. 1.*
part. 2. recent Quamvis essent nullius, & hoc ratione vicinitatis, & quia extant in 8
sua diœcesi. ut in eod. Conc. *sess. 24. cap. 9. eod. tit. de reform. Barbos. ubi prox. Rota in*
mox alleg. decis. 501. num. 1. & 5. Propter quam juris assistentiam dubitari non potest 9
debono jure D. Archiepiscopi etiam ad effectum manutentionis, non probata alia
possessione *jux. text. in cap. cum personæ de privil. in 6. Posth. de manut. obser. 45. num. 7. &*
seq. Caval. decis. 193. num. 1. in Aprutina Jurisdict. 19 Martii 1639. coram Reverendiss.
Salamantino, in Barchin. Jurisdictionis 1. Julii 1644. §. non obstat, vers. propter quam as-
sistentiam, coram R. P. D. meo Bicchio. S. Severinæ decimarum 14. Januarii 1650. sub §. si
quidem in fin. coram R. P. D. meo Rotas.

Maximè quia D. Archidiaconus Territorii separationem ex privilegiis Apo- 10
stolicis deducere nequit, cum illa non extent, & nisi à solo Pontifice concedi non
valeant, ad quem hæc separationis facultas spectat. *DD. in cap. cum contingat de foro*
comp. Chockier. de Jurisdict. Ord. in Exemp. par. 2. quæst. 53. num. 2. in fin. Burati. d. decis.
378. num. 2. decis. 324 eod. numer. 1. par. 1. recent. in Calagurritana Jurisdictionis 16. Junii
1606. coram Ottenbergo, in Salisburgen. Jurisdictionis 1. Julii 1643. §. nec contrarium,
coram R. P. D. meo Rotas.

Nec magis ex allegata immemorabili præscriptione alicujus potissimi Jurisac- 11
quisitionem prætendere potest, quia testes per illum ad hanc proban. adducti &
examinati, non deponunt juxta modum præscriptum *à Gloss. in cap. 1. de præscrip. in 6.*
in verb. memoria. Nempè quod ita audiverunt à suis majoribus; qui ab aliis suis
majoribus ita dici audiverant, & quod ipsi, nec majores sui quidquam viderunt,
aut audiverunt in contrarium, & deponere debent de publica voce, & fama per ver-
ba fuit, & est. *Barbos. in dict. cap. 1. num. 17. Moder. Avenionen. quæst. Benef. cap. 104.*
num. 12. san. mem. Gregor. XV. decis. 196. num. 1. & ibi. Add. num. 3. Rota dec. 58. &
248, ubi obique num. 2. p. 2. recent. decis. 522. num. 56. coram Merlino. in Marsicen. Juris-
dictionis 17. Junii 1647. & 11. Decembris ejusdem anni coram R. P. D. meo Bichio, & 26.
Maji 1651. coram Eminentissimo D. Cardinale Corrado.

Nec dicti Testes sunt Conformes & Contestes; quo stante prætensa immemo- 12
rabilis præscriptio excludit *dict. Moder. Aven. ut supra. Mant. decis. 289. num. 7.* Et 13
deficientibus aliquibus ex prænarratis requisitis, immemorabilis probatio non erit
perfecta, *dict. Moder. Aven. loc. cit. Rota decis. 557. in fin. par. 4. diversi. Seraph. decis.*
1102. num. 2. Burat. decis. 163. num. 8. in allegata Marsicen. Jurisdictionis coram Eminen-
tiss. D. Card. Corrado §. quanec ista, vers. Cujus requisita. Et cit-

Et circa hujusmodi immemorabilem Domini dixerunt cessare quamlibet
bietatem, quia constat de initio ex scripturis per dictum Archidiaconum exhi-
14 cujuscunque actus initium includentibus, quod essentiæ immemorabilis requisi-
Penia decis. 965. num. 4 sanc. mem. Gregor. XV. decis. 51. num. 4. Rota decis. 542. num.
part. 4. recent. in Pampilonen. Beneficii de Tasallo 26. Octob. 1616. in Ratisbonen. Can-
nic. 22. Junii 1618. in Ferrarien. Aquarum 14. Novembris 1622. omnes coram bo-
mem. Pirovano, Hispalen. decimarum 15. Februarii 1637. §. quia natura immemora-
bilis, coram R. P. D. meo Melicio, in supius citata Marsicen. Jurisdictionis 10.
ram Eminentiss. D. Card. Corrado. §. nec etiam Pampilonen. decimarum decis.
bil. 1. Julii 1650. coram R. P. D. meo Celso.

15 Ope igitur immemorabilis præscriptionis destitutus Archidiaconus recurrit ad
Centenariam vim immemorabilis habentem. *Gloss. in cap. cum vobis verb. centum*
16 *annorum de præscript. Seraph. decis. 1141. num. 1.* sed inaniter. Tum quia hæc locum
non habet, ubi constat de contrario initio ex traditis per *Lotter. de re benef. lib. 1.*
17 *quæst. 7. num. 59. & seqq.* Tum etiam, quia Centenaria ex se sola non sufficit ad tol-
rem Prælati inferioris, qui ex ea contra suum Episcopum Territorium præscribe-
non valet. *ad trad. per Hostien. in cap. quoniam contingit. num. 11. de foro Compet. Rota*
decis. 324. num. 11. part. 1. recent. in citata Salisburgen. Jurisdictionis 1. Julii 1643. coram
R. D. meo Royas. §. præterea &c.

Cessantibus itaque privilegiis Apostolicis, immemorabili, & centenaria, nec
alio concurrente Episcopo, Castra contraversa esse in sua diœcesi prætendente, in-
18 concussa remanet Reverendiss. Archiepiscopi jurisdictio. Præsertim cum quam-
19 plurimis actibus ad jurisdictionem pertinentibus roboretur, videlicet visitatione,
cap. conquerente de offic. ordin. cap. 1. §. fin. de censibus in 6 sacr. Concil. Trident. sess. 24.
20 probatione Confessariorum. *Rota decis. 22 sub num. 2. part. 7. recent.* Ordinatione
21 Clericorum, *Seraph. decis. 467. num. 9. Rota decis. 47. num. 4. par. 5. recent.* Deputa-
tione sacerdotum ad curam animarum, *sanc. mem. Gregor. XV. decis. 434. num. 13. in*
22 *dicta Marsicen. Jurisdictionis 17. Februarii 1647. coram R. P. D. meo Bichio.* Colla-
tione sacramenti confirmationis *Rota decis. 129. par. 3. lib. 2. divers. in dicta Salisbur-*
23 *gens. coram R. P. D. meo Royas in princ.* Revisione computorum, *Buratt. dicta decis.*
24 *578. num. 5.* Excommunicatione & absolutione, *idem Buratt. num. 10. & seqq. &*
25 *præallegata Marsicen. coram R. P. D. meo Bichio.* Receptione olei sancti per presby-
teros prænominatorum Castrorum à cathedrali Beneventana, *cap. presbyteri qui*
diœcesanos 123. de consecrat. distinct. 4. Glos. in cap. dilectus, ibique Card. num. 3. Abbas.
num. 4. de off. c. ordin. sanc. mem. Gregor. XV. dicta decis. 434. num. 13. in mox allegata
26 *Salisburgen. Jurisdictionis coram R. P. D. meo Royas in princ.* Et denique contribu-
tione pro subsidio Triremium, *Rota in allegata Marsicen. Jurisdictionis 18. Februa-*

tur 1647. coram R.P.D. meo Bichio. Qui omnes actus in concursu collationum Be-
neficiorum, aliorumque actuum per dictum Archidiaconum factorum veniunt 27
revocandi, cum sint plures & potiores, illisque arrideat juris assistentia, & ab ea
roborentur. *Innocen. in cap. audutis. num. 4. de præscript. Comit. decis. 26. num. 3.*
fac. mem. Gregor. XV. decis. 51. numer. 2. Cum aliis congestis in dicta Marsicen.
Jurisdictionis 26. Maji 1651. §. non etiam, vers. verum quia coram Eminentiss.
Domino Card. Corrado.

Nec Archidiacono suffragantur constitutiones anni 1355. continentes Ar-
chidiaconos habere in his Castris diœcesim separatam à diœcesi Archiepiscopali, 28
nonenim fuerunt habita in considerationc, sed tanquam scandalosæ rejectæ etiam
fuerunt in synodo à Cardinale Sabello in Archiepiscopatu successore, eandemque
rejudicationem confirmavit etiam Archiepiscopus Palumbaria, & non loquuntur
de Terra Collis: Atque ita per istarum Constitutionum rejectionem omnia redu-
cuntur ad primæva Archiepiscopalia Jura, in quibus erant ante prædictas Consti-
tutiones, *Rota decis. 333. numer. 4. par. 1. diverf. decis. 104. num. 6. par. 6. recent.*
in Ferrarien. Persionis 18. Junii 1649. §. nec suffragatur, coram Reverendiss.
Decano.

Assertiones à dicto Archiepiscopo Palumbaria, & à nonnullis Vicariis emana- 29
tæ cum ad dd. Constitutiones rejectas, & ab eodem met Palumbaria damnatas re-
lationem habeant, attendendæ non sunt, *Alex consil. 49. numer. 6. lib. 7. Roman.*
cons. 7. numer. 3. & 4. lib. 3. Hond. cons. 66. numer. 54. ad Mod. lib. 1. Surd. decis.
291. num. 16. *Rota decis. 127. numer. 6. par. 1. diverf. & decis. 158. numer. 4. par. 1.*
recent. Seraph. decis. 501. num. 1. Modernoque Reverendiss. Archiepiscopo, ejus- 30
que successoribus tales Archiepiscopi palumbariæ voluntariæ assertiones nocere non
possunt, *Gloss & DD. in cap. fin. de præscript. Menoch. cons. 30. nu. 26. Rota post pacif. de*
Salv. decis. 39. sub numer. 5. decis. 290. num. 20. par. 4. tom. 2. recent. cum aliis in
Bruxien. seu nullius Jurisdictionis 19. Novembris 1634. coram Reverendiss. D. Sala-
mantino in dicta Marsicen. Jurisdictionis 17. Februarii 1647. §. verum, vers. &
confessio, coram R.P.D. meo Bichio, & de assertionibus Vicariorum, Rota decis. 48. 31
numer. 15. coram Mellino, & decis. 42. numer. 10. vers. quidem Vicarius post pacif. de
Salv. Mantic. decis. 41. num. 10. Ultra quod cum ex supra recensitis constet de con-
tinuato jurisdictionali exercitio Archiepiscoporum, illæ, vel præsumuntur inverisi- 32
miles, vel erroneæ, & sic neutro casu sunt in consideratione habendæ quemadmo-
dum in primo casu, *Rota decis. 239. numer. 12. & 18. par. 4. recent.* in secundo, Ro-
tæ *decis. 14. num. 37. & decis. 283. num. 18. par. 6 recent.*

Testes dati *in summario Archidiaconi, numer. 3.* qui dicuntur examinati usque
de anno 1602. in causa verten. in Congregatione Episcoporum sunt iidem, qui ut
supra.

supra deponunt, sed non probant immemorabilem, & in causa in qua fuerunt ex-
33 minati, Archidiaconus succubuit, idcirco inconveniens esset hodie in hoc judicio
dd. Testibus illam præstare fidem, quam in judicio, ubi fuerunt examinati me-
meruerunt, *Alex. in l. sape numer. 60. in fin. ff. de re judic. Felin. in cap. quamvis*
num. 9. in fin. eodem tit. Paz. de tenut. cap. 32. numer. 27. & seqq. Franc. decis. 158.
num. 10. in fin. in Britinorien. Fideicommissi. 24. Martii 1642. §. & quamvis, nisi
quando coram R. P. D. *meo Richio.*

34 Protestationes quæ asseruntur factæ in nonnullis visitationibus, non sunt effi-
mandæ tanquam contrariæ facto. *cap. gratum de off. delegat. cap. sollicitudo-*
nem, de appellat. l. cum in plures, §. locator, ff. locat. Barbosa cum ibi. cuatis, axim.
194. *numer. 1.*

Tandem ad comprobandam dicti Archidiaconi jurisdictionem in Castris con-
troversis, nil operari possunt enunciativæ literarum Apostolicarum, Brevium Pœni-
tentiariæ, & similium, quæ tanquam Modernæ, & ad supplicationem partis fa-
ctæ nullam sufficientem probationem inducunt, *Abb. in cap. dudum, numer. 3.*
de decim. Alex. cons. 112. numer. 2. lib. 7. Verall. decis. 335. numer. 5. part. 3. dec.
154. num. 4. par. 2. decis. 552. num. 11. & seqq. par. 4. tom. 3. recent.

Ex quibus omnibus cum prætensiones dicti Archidiaconi omnino sublatæ re-
maneant, Domini pro bono jure Reverendiss. Archiepiscopi etiam ad effectum
manutentionis responderunt,

Et ita &c.

DECI-

DECISIO XIX.

Situatio alicujus loci in aliqua diœcesi, quomodo probetur. Episcopo quando juris assistentia non suffragetur. Ad effectum separationis territorii quid requiratur. Testes quando non probent immemorabilem, & quando illa interrumpatur, & quando suffragetur. Quid importet verbum *habet*. Constitutiones, vel Bullæ, quando non suffragentur. Confessio Prælati, quando Ecclesiæ non præjudicet. Ex quibus visitationes probentur, & an jure delegato, vel ordinario factæ præsumantur. Actus jurisdictionales quando ad inferiorem Prælatum spectent.

R.P.D. ZARATE.

Beneventana Jurisdictionis. Inter impressas Zarate decis. 21.

Lunæ 27. Januarii 1653.

SUMMARIUM.

1 *Castra si sunt posita in aliqua diœcesi, sequitur quod sint ejusdem diœcesis, & sic sub omnimoda Episcopi jurisdictione ob assistentiam juris communis.*

2 *Situatio probatur ex testibus, instrumentis, & Planta.*

3 *Ex quibus præsumatur Castra, & loca esse potius in una quàm in alia diœcesi.*

4 *Exceptio quæ concernit favorem unius non potest ab alio apponi.*

5 Privilegia non extenduntur de persona ad personam, nec de re ad rem.
6 Probata exemptione in una persona respectu unius qualitatis, non tamen ex hoc trahitur exemptio ad aliam.
7 Episcopo non suffragatur assistentia juris in locis suæ diœcesis, quando per inferiores Prælatos probatur se in ea exercuisse jurisdictionem, quasi Episcopalem.
8 Ad effectum separationis Territorii ab aliqua diœcesi, requiritur vel privilegium Apostolicum, vel immemorabilis.
9 Et privilegium Apostolicum debet esse clarum num. 19.
10 Immemorabilis quando non probetur per Testes.
11 Testes si in uno judicio fuerint examinati, & fidem non habuerint, minus eam in alio habere debent.
12 Immemorabilis interrumpuur ex solo rumore in contrarium.
13 Et ex contrariis.
14 Et unicus actus contrarius sufficit.
15 Testis circa immemorabilem, deponens, se nunquam vidisse, aut audivisse contrarium, de falso convincitur, si de aliquo actu contrario constet.
16 Immemorabilis, ut suffragetur, debet esse approbata per tres sententias conformes.
17 Verbum habet, præsentis temporis junctionem recipit.
18 Et idem importat, quod verbum habeat, vel habere debeat.
19 Aliquando consideratur tanquam verbum positivum supponens præexistentiam jurisdictionis, ejusque titulum & possessionem.
20 Constitutio in Synodo diœcesana tortu lida & scandalosa declarata nullam defensionem tribuit.
21 Constitutio, quæ ex causa erroris vel scandali fuerit cessata, in parte obligari non potest, etiamsi pars tantum esset abrogata.
22 Enunciativæ deductæ in Bullis, emanatis ad partium narrativam probationem sufficientem non inducunt.
23 Litteræ patentes Promotorum ad Ordines Sacros ab Episcopo susceptæ, in quibus enunciatur jurisdictio Archidiaconalis, non nocent ipsi Episcopo.
24 Subscribens plures litteras verisimiliter non omnes sufficienter examinat, maximè quando illæ unico contextu, & celeriter subscribuntur.
25 Confessiones explicitæ Episcopi Ecclesiæ non præjudicant.
26 Nec impediunt quo minus idem Episcopus possit nomine ejusdem Ecclesiæ judicialiter agere, & obtinere.
27 In concursu actuum præferendi veniunt, qui niuntur, & roborantur juris dispositione.
28 Visitationes ex publicis instrumentis probantur.
29 Visitationes referri non debent ad jurisdictionem delegatam vigore Conc. Trident. sess. 24. cap. 9. de reformat.
30 Quia competunt Episcopo vicinori.
31 Sed præsumuntur facta jure ordinario.
32 Qui dicantur actus judiciales.

55 *Actus indiciales ad Prælatum inferiorem spectant, quando ipse iuri dictionem ordinariam, & territorium separatum habet.*

CApta resolutione in hac causa supet bono jure die 13. Maji anni præteriti ad favorem Reverendissimi, concessa fuit nova audientia D. Archidiacono ejusdem Ecclesiæ reclamanti, cujus impugnationibus seriò discussis, & non refragantibus, Domini in decisis perstiterunt. 1

Assistentiam quippe juris pro Reverendissimo D. Archiepiscopo visum fuit bene deduci ex situatione castrorum, de quibus agitur intra limites diœcesis Beneventanæ juxta allegata in prima *decis.* §. *unde.* & prædictam situationem satis probati, ex testibus, instrumentis, & Planta in dicta decisione recensitis *ex* § *sunt etenim, vers. ad* §. *verum.* ex quibus omnino præsumitur, prædicta castra & loca esse in diœcesi Beneventana, ut tenuit *Rot. decis.* 405. *num.* 1. *par.* 1. *decis.* 560. *numer.* 1. & 2. *par.* 8. *recent. & in Brixinen. Iurisdict.* 11. *Aprilis* 1639. *coram R. P. D. meo Buchio.* 2 3

Marsicen. jurisdict. 18. *Februarii* 1647. *coram R. P. D. meo Buchio.*

Unde ex parte dicti Archidiaconi prætendi non potest, prædicta castra esse de diœcesi distincta & separata à diœcesi Archiepiscopi, & in illis Archidiaconum habere jus quasi Episcopale, & exercere omnimodam jurisdictionem, prout etiam exstant alia loca in eadem diœcesi, quæ esse dicuntur de jurisdictione Abbatis S. Sophiæ, & Capituli Ecclesiæ Beneventanæ; nam præterquam id probatur ex simplici cujusdam privati fide, nocere non potest Reverendiss. Archiepiscopo, cum sit exceptio jus tertii concernens. *Bart. in l.* 2. *num.* 1. *ff. de except. rei jud. Rot. coram Seraph. decis.* 421. *num.* 7. *in Romana restitutionis dotis* 16. *Iunii* 1643. *coram Reverendissimo Salamantino.* Et quando Abbati S. Sophiæ, seu prædicto Capitulo aliqua ex privilegio competeret, parum prodesset D. Archidiacono, cum privilegia non extendantur de persona ad personam, nec de re ad rem: immo in una persona probata exemptione respectu unius qualitatis, non tamen ex hoc trahitur exemptio ad aliam. *cap. per exemptionem, ubi DD. de privileg. in* 6. *Rot. apud Seraph. dec.* 1058. *num.* 8. 4 5 6

Nec assistentiam Reverendiss. D. Archiepiscopi offuscare possunt antiquæ enunciativæ elicitæ ex constitutionibus Ecclesiæ Brevibus Apostolicis, instrumentis publicis, & aliis juribus, ex quibus dictus Archidiaconus suam jurisdictionem probare nititur, juncta ejus possessione; quibus stantibus assistentia juris Reverendiss. D. Archiepiscopo non potest suffragari, juxta *dec. Rot. coram Andrea* 54. *num.* 10. *Add. ad Buratt. dec.* 578. *num.* 21. 7

Siquidem verum est, quod firmatur in prima decisione ad effectum separationis Territorii requiri, vel privilegium Apostolicum, vel immemorabilem, ut tenet *Gratian. discept. for. cap.* 212. *num.* 16. & 17. *Rot. in recent. decis.* 324. *num.* 1. & *seqq. par.* 1. *penes Buratt. dicta decis.* 78. *num.* 2. & *decis.* 912. *num.* 1. *cum aliis in pluribus in Marsicen. jurisdict.* 8

jurisdict. 26. Maii 1651. coram Eminentiss. Card. Corrado; quorum neutrum in praesenti concurrit.

9 Privilegium enim Apostolicum non ostenditur, quod quidem deberet esse clarum & expressum, ut dixit *Rota decis. 324. nu. 2. par. 1. recent. & post Tambur. de jure Abbat. dec. 50. num. 10.*

10 Immemorabilis verò non probatur ex testibus ad id inductis cum requisitis *Gloss. in cap. 2. verbo memoria de praescript. in 6. ut traduur in prima decis. §. nec magis & ultra ibi allegatos Rot. coram Seraph. decis. 1450. numer. 2. penes sanct. mem. Gregor. XV. decis. 252. num. 3. & decis. 434. num. 11. apud Buratt. decis. 673. numer. 1. & 6. in Pamphilonen juris nominandi Vicarium. 14. Decembris 1648. coram Eminentiss. Ostiobens.*

11 Qui testes in alio judicio fuerunt examinati, in quo Archidiaconus succubuit, atque ideo majorem fidem in hoc judicio non merentur, ut comprobatur in prima decisione §. *Testes*, ultra quod in illo non agebatur principaliter de jurisdictione, sed de exactione dimidiae annatae fructuum; & quatenus de jurisdictione Archidiaconi deponerent, famam non concluderent, quia non possunt dicere nunquam audivisse contrarium, dum constat actus fecisse Archiepiscopos, & fuisse controversos, ex quo solo immemorabilis excluditur, cùm solus rumor sufficiat ad eam excludendam. *Add. ad sanc. mem. Greg. XV. decis. 298. num. 13. Aesina bonorum. 10. Ianuarii 1636. coram Buccabella, & in Corduben. decimarum. 18. Maii 1618. coram bon. mem. Coccino. §. quantum verò ad finem.*

12 13 Actus enim jurisdictionales à Reverendiss. D. Archiepiscopo gesti enumerantur in prima *decis. §. cessantibus*, ex quibus satis excluditur immemorabilis, ex allegatis per *Reverendiss. Nuncium Neapolitanum decis. 69. num. 5. Rot. in Marsicen. Iurisdict. 17. Februarii 1647. coram R. P. D. meo Bichio, & 26. Maii 1651. coram Eminentiss. Corrado.* Adeò ut si mille actus ad inducendam praescriptionem gesti essent, unicus actus Contrarius illam interrumpit, ut tradit *Reverendissimus Nuncius Neapolitanus decis. 69. num. 6. Add. ad sanct. mem. Gregor. XV. decis. 162. num. 15.* Ex quo eo ipso quod constat de aliquo actu contrario, Testes deponentes, se nunquam vidisse, aut audivisse contrarium, convincuntur de falso, *Rot. decis. 254. num. 3. par. 1. recent.*

14 15 16

Praeterea, quia, ut immemorabilis suffragaretur, deberet esse approbata per tres sententias conformes, ut aliàs declaravit sacra Congregatio Concilii, & firmavit *Rota decis. 248. num. 1. par. 2. decis. 126. num. 2. par. 4. decis. 600. num. 15. par. 8. recent. & in allegata Marsicen. Iurisdictionis. 18. Februarii 1647. coram R. P. D. meo Bichio.*

Nec magis Domino Archidiacono favent enunciativae productae. Non enim illa, quae deducitur in constitutionibus editis de anno 1355. in illis verbis. *Ibi, habet Archidiaconus diœcesim distinctam & separatam.* Nam sive significent novam jurisdictionis concessionem, ut innuere videtur *prima decis. §. & circa*, cum verbum *habet*, praesentis temporis non recipiat functionem praeteriti. *Rota coram sanct. mem. Greg.*

17

Greg. XV. decis. 371. num. 1. decis. 338. num. 5. ibique Add. numer. 15. Gonzal. ad regul. 8. Concil. Gloss. 11. num. 48. & seqq. Atque ideo idem importet, quod verbum, habeat 18
vel habere debeat, ex traditis per Bart. in l. si uxor 4. §. cum ita in fine ff. de liber. leg. sive 19
consideretur tanquam verbum positivum supponens præexistentiam jurisdictionis,
ejusque titulum, & possessionem ex text. in l. stipulatio 38. §. hæc quoque stipulatio vers.
habere dupliciter accipitur ff. de verb. oblig. l. nomen filiarum vers. habere, ubi Rebuff. ff. de
verb. signif. Rot. dec. 369. num. 1. post medium par. 1. recent. Semper est verum, quod il-
las constitutiones in synodo diœcesana declaratæ fuerunt nullæ, invalidæ, & scanda- 20
losæ per Cardinalem Sabellum, & Archiepiscopum Palumbariam, ac propterea eis
se meri non potest Archidiaconus l. fin. ff. ad l. Cornel. de falso ubi Bart. Rot. decis. 104.
num. 6. par. 6. recent. & fuit dictum in Tiburtina Castri S. Angeli. 18. Junii 1646. co-
ram R. P. D. meo Meltio.

Nec valet replicatio, quod dictæ constitutiones non fuerint in totum revoca-
tæ, sed in parte circa causas matrimoniales, & criminales tantum, quia earum verba
contrarium suadent, dum indistinctè loquuntur, & ratio adjecta, quia nempè sunt 21
scandalosæ, convincit, quod in totum fuerunt abrogatæ; quinimo, nec in parte alle-
gari possunt, etiamsi pars tantum esset abrogata, dum ex causa erroris, & scandali
fuit cassata, ut explicat Mascard. de general. statut. interpr. concl. 11. num. 2. & 3.

Aliæ verò enunciativæ deductæ à diversis Bullis summorum Pontificum, ac
Brevibus, similibusque instrumentis non inducunt sufficientem probationem, cum 22
ad partium narrativam emanaverint ex doctr. Abb. in cap. dudum num. 3. de decimis.
Innoc. in cap. inter dilectos num. 6. de fid. instr. Rot. decis. 552. num. 11. & seqq. par. 8. recent.
& in decis. quæ videtur in §. tandem.

Cæteri verò actus videlicet edicta, deputationes officialium, Processus, &
Confessiones Archiepiscoporum, & signanter Moderni Domini Archiepiscopi, ni-
hilpariter faciunt; quia, vel ex actibus contrariis convincuntur erronea, ut proba- 23
tur in alia decisione, §. ultra; vel impeditur, ne resultet immemorabilis. Ex quo
etiam Archiepiscoporum Confessiones non debent attendi in litteris patentibus
Promotorum ad Ordines Sacros, in quibus nonnulla ex locis controversis enun-
ciantur jurisdictionis Archidiaconalis, cùm non fuerint consultò emissæ, & ob mul- 24
tiplicitatem litterarum hujusmodi, quæ unico contextu, & celeriter subscribuntur,
verisimile sit, sufficienter examinatas non fuisse, ut in terminis edicti subscripti ab of-
ficiali tradit Bellon. jun. cons. 28. num. 21. & 22. Mascard. de prob. concl. 1348. numer. 23.
Menoch. lib. 3. præsumpt. 66. sub num. 31. Præterquam etiam explicitæ Confessiones 25
Episcopi, Ecclesiæ non præjudicant cap. præsertim de Testib. in 6. Rota in Theatina ju-
risdictionis S. Joannis in venere. 10. Maji 1621. coram Coccino, & decis. 290. numer.
19. & 20. par. 8. recent. cum aliis per Add. ad Buratt. decis. 453. lit. A. & in aliis
congestis in d. Marsicen. Jurisdictionis 18. Februarii 1647. coram R. P. D. meo Bichio in
§. verum omissis. Nec impediunt quominus Archiepiscopus possit nomine ejusdem Eccle-

Ecclesiæ judicialiter agere, & obtinere. *Rot. decis. 139 num. 28. par. 6. & decis. 54. num. 8. par. 7. recent.*

Ulterius quia in concursu actuum, & probationum Archidiaconi tot actus, & 27 probationes pro Reverendiss. D. Archiepiscopo adducuntur, qui cum nitantur, & roborentur juris dispositione, utique præferendi veniunt, ut probatur *in prima decisione §. qui omnes*, & confirmatur ex *Cavaler. dec. 193 num. 2. & per tot. & dec. 41. num. 6. & 17. par. 5. & dec. 1417. num. 3. coram Seraph.*

28 Visitationes ab Archiepiscopis fuisse factas in castris controversis constat ex publicis instrumentis datis *in primo summario D. Archiepiscopi num. 13.* & quamvis pro parte D. Archidiaconi dicatur fuisse contradictas, & protestationes interveniisse, ut *in hodierno summario Archidiaconi num. 14.* Tamen inter dictas visitationes adest altera de anno 1573. quæ non invenitur contradicta, nec protestata, cum pro-
29 testationes incipiant à visitatione anni 1575. quæ visitationes referri non debent ad
30 jurisdictionem delegatam vigore *Concil. Trid. sess. 24. cap. 9. de reformat.* quia illæ com-
petunt Episcopo viciniori, qualis in his castris est Episcopus Thelesinus *summario*
31 *num. 3.* & aliis, ac propterea dici debent factæ jure ordinario.

Ordinationes verò Clericorum non dubitatur ab Archiepiscopo factas fuisse,
32 pro ut etiam concursus ad beneficia curata, & convocationes ad synodum, ut *in prima decisione §. cessantibus*, qui sunt actus jurisdictionales, & Archidiaconum spectassent, si jurisdictionem ordinariam, & territorium separatum haberet, ut tradit *Flores de Menavar. resol. 3. quæst. 24. num. 9. & 22. Barbos. de jurisdict. Eccles. lib. 1. cap. 17. num. 103. & 104. & num. 11.* eoque magis probatur, quia supradicti Testes deponunt hæc omnia Archiepiscopos fecisse jure ordinario, & secundus subdit, quod ubi Archiepiscopus ordinationes non habebat, concedebat litteras dimissorias Clericis dictorum castrorum, non secus, ac aliis diœcesanis.

Circa collationes autem beneficiorum Domini dixerunt, quod particulariter videatur. Atque ita utraque parte informante &c.

* * * * * *

DECI-

DECISIO XX.

Manutentio in locis intra diœcesim positis datur Episcopo, quando concurrunt actus possessorii, etsi ejus juris assistentia turbida reddatur. Confessiones Episcopi non præjudicant Ecclesiæ.

R.P.D. DUNOZETTO.

Nullius seu Aprutina Jurisdictionis. par.8. 117. Decis.recent.

Veneris 8. Aprilis 1639.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus habet intentionem fundatam super jurisdictione locorum existentium intra fines suæ diœcesis.*

2 *Manutentio datur Episcopo pro Jurisdictione locorum suæ diœcesis ob juris assistentiam quam habet.*

3 *Quod fortius procedit si cum juris assistentia concurrat actuale exercitium.*

4 *Manutentio non debetur Episcopo pro jurisdictione suorum locorum, quando à collitigante redditur turbida ejus assistentia.*

5 *Fallit quando cum assistentia concurrunt actus possessionis.*

6 *Possessio Abbatis exercendi jurisdictionem contra Episcopum non relevat nisi probata immemorabili, & per sententiam in judicatum transacta canonizata. & num.7.*

8 *Concilii dispositio non potest per æquipollens adimpleri.*

9 *Episcopi Confessiones non præjudicant Ecclesiæ, & multò magis emanata ab uno, eodemque Episcopo, & cum omnes non sint ab eo subscripta.*

10 *Immemorabilis per sententiam in judicatum transactam canonizata, requisita à Concilio sess.24. cap.20. de reformat.*

11 *Non dicitur probata stante declaratione Sac.*

Sac. Congregat. Concilii, quæ etsi habeat vim sententiæ nunquam transivit in judicatum.

Amplia quando declaratio ex vi clausulæ in illa adjectæ resolvatur in simplex monitorium.

12 Posth. de manutent. observ. 45. nu. 30. *declaratur.*

POstquam tribus decisionibus prima sub die 17. *Iunii* 1626. *coram b. mem. Rom-boldo*, altera sub *die* 14. *Maji* 1632. & tertia *sub die* 14. *Maji* 1636. *coram mo fæl.* tum fuit loca Murco, Musciani, & Notareschi sita esse intra fines diœcesis Aprutinæ, dubitavi sub die 18. Martii 1637. an D. Episc. Aprutino dandum esset mandatum de manutenendo in quasi possessione exercendi jurisdictionem in eisdem locis, & DD. ad favorem ejusdem Episcopi tunc informantis affirmativè respondernnt, sed postea ties deinde proposita causa super iisdem, informante etiam D. Abbate B. Mariæ de Propezzano qui dd. loca sibi esse subjecta prætendit, majori cum distinctione discussa, quoad causas matrimoniales, & criminales, licentiam concionandi, approbationem Confessariorum, litteras dimissoriales, & similia in decisis steterunt; quo verò ad causas civiles, mandarunt particulariter videri.

Nam quoad partem resolutionis attinet, res visa fuit carere difficultate, quia cum loca, de quibus agitur, sint intra diœcesim Aprutinam, ut liquet ex juribus, ac testibus D. Episcopi ponderatis in prædd. decisionibus, quæ juxta Rotæ stylum in hac disputatione supponi debent, & in controvertiam deduci non valent, utique Episcopus habet intentionem fundatam in quasi possessione exercendi hujusmodi Jurisdictionem in dd. locis intra fines suæ diœcesis existentibus ex dispositione

1 ne dum juris communis. *cap. omnes Basilicæ. 16. q. 7. cap. conquerente. de offic. ord.* dinar. Sed etiam Concilii Trident. *sess. 24. cap. 2. de reformat. in §. ad hæc* ob quam

2 juris assistentiam eidem Episcopo in jurisdictionalibus debetur manutentio. *Seraph. decis. 1449. num. 1.* ubi dicitur, quod Rota hanc opinionem semper amplexa fuerit. *decis. 273. num. 1. & decis. 382. num. 1. decis. 495. numer. 2. & decis. 501. num. 1. part. 2. recent. Add. ad decis. Greg. XV. 312. num. 4. & ad decis. Burat. 16. litt. A. idem Burat. decis. 451. num. 2.*

3 Eò magis, cum ultra d. juris assistentiam concurrat actuale exercitium ejusdem jurisdictionis, ut constat ex juribus, ac testibus ponderatis in aliis decisionibus, *Rot. dict. decis. 273. numer. 2. & decis. 501. numer. 2. & decis. 382. numer. 6. par. 2. recent.*

4 Non obstat, quod assistentia juris, pro D. Episcopo ponderata reddatur turbida ex juribus ac testibus pro D. Abbate examinatis, quo casu juris assistentia non suffragatur pro manutentione *Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 11. num. 15. Seraph. decis. 1278. numer. 5. Greg. XV. dict. decis. 312. num. 1. & ibi. Adden. ad Burat. dict. decis. 219.* Nam ultra quod suppositis prædictis decisionibus super situatione locorum,

assisten-

assistentia juris pro D. Episcopo remanet indubitata, objectum procedere possit, ubi Episcopus niteretur sola juris assistentia, secus autem quandò pro ut hic cum illa concurrunt etiam actus possessorii, quia tunc Episcopo possidenti datur manutentio, etiamsi juris assistentia sit turbida. *Rota dicta decis. 382. num. 5. par. 2. recent. Addens. ad Greg. d. decis. 312. numer. 4. vers. limitatur inter alia. Seraph. d. decis. 1437. numer. 1.* 5

Non obstat quasi possessio D. Abbati exercendi hujusmodi jurisdictionem in eisdem locis. Quoniam ex dispositione sacri Concilii Trident. *d. sess. 24. capit. 20. de reformat. §. ad hæc talis possessio*, non relevat, nisi probetur immemorabilis, eaque per tres conformes, vel per unam saltem in judicatum transactam sit canonizata, adeò ut interim Episcopus sit manutenendus, ut aliàs declaravit sacra Congregatio ejusdem Concilii, ejusque declarationem amplexa fuit *Rota in Theatina jurisdictionis da. Attissa 26. Januarii 1615. coram Manzanedo* confirmata *in decis. 248. numer. 1. part. 2. recent. & in Baren. jurisdictionis coram Reverendissimo Dom. meo Decano decis. 373. par. 2. & decis. 491. numer. 11. p. 1. recent.* 6

Non obstant testes pro D. Abbate examinati, deponentes Abbates pro tempore hujusmodi jurisdictionem in dd. locis ab immemorabili exercuisse. Nam quidquid sit, an immemorabilis sit legitimè probata nec ne, cum ex Concilio Tridentino copulativè requiratur immemorabilis, quodque illa sit, ut supra canonizata, unum sine altero non suffragatur, nec per consequens D. Episcopo manutentionem impedire valent. 7

Non obstat quod dicatur, assertam immemorabilem fuisse sufficienter justificatam ex nonnullis confessionibus Episcopi assertis, dicta loca esse nullius diœcesis; tum quia cum ex dispositione sac. Concilii pro canonizatione immemorabilis requirantur tres sententiæ, vel una in judicatum transacta, illa non potest per æquipollens adimpleri, ut proposito simillis dispositionis sacri Concilii firmat *Gonzal. ad reg. 8. glos. 18. num. 80. & seq. Rota decis. 199. num. 4. par. 2. divers. & decis. 154. numer. 8.* ubi quod assertiones Episcopi non sunt æquipollentes *par. 1. recent. 417. num. 3. Rota d. decis. 382. num. 3. par. 2. recent.* & fuit dictum *in Marsicana jurisdictionis impress. apud Moder. Perus §. in tractan. de manut. dec. 64. num. 9. & 12. & decis. 327. num. 2. & 4.* 8

Eoque minus, cum omnes dd. confessiones emanaverint ab uno, eodemque Episcopo, nempè Jacobo Silverio de Piccolominibus, neque omnes sint ab eo subscriptæ, sed earum nonnullæ ab ejus Vicario, qui multò minus potuit Ecclesiæ præjudicare. 9

Tum

Tum etiam quia dd. confessiones non concludunt immemorabilem à Concilio requisitam, sed simpliciter enunciant loca controversa esse nullius Diœcesis, quod tamen non nocet, cum in potestate Episcopi non sit statum suæ Ecclesiæ mutare.

10 Minus pro canonizatione d. immemorabilis visa fuit suffragari quædam declaratio sacræ congregationis ejusdem Concilii usque de anno 1585. emanata, in qua dicitur, quoad causas criminales & matrimoniales non esse molestandos ferendas Abbati, tunc commendatario B. Matiæ de Propezzano. Nam etsi quod dicta declaratio vim haberet sententiæ, cum emanaverit in Consistorio Principis, quod ipsa sacra Congregatio repræsentat, non constituit rem judicatam ab eodem Concilio, ut supra requisitam, nam sententiæ latæ in Consistorio Principis, in judicatum non transeunt, cum Princeps possit eas quandocunque revocare; pro ut passim videmus in eadem sacra Congregatione usu receptum. *Bich. in l. rescripta col. 2. C. de pred. imper. offer. Abb. cons. 209. num. 29.*

Idque facilius procedere visum fuit in præsenti casu, cùm d. Declaratio habeat in ventre clausulam (& si quid fortassè adversus ea, qui proponuntur in libello de jucere voluerit, sacræ Congregationi rescribet) quæ operatur, ut Episcopo deindè comparente, pro ut comparuit dicta declaratio resolvatur in simplex mandatorium, ut in simili dixit *Rota coram Gregorio XV. decis. 105. num. 8. coram Ferreto dec. 146. num. 6.*

Non obstat quod res judicata non requiratur, quandò aliundè jus ordinarii inferioris est notorium. *Moder. Perus. d. tract. de manut. obser. 45. num. 30.* Nam ultra quod jus notorium d. Abbatis ex prædictis nequaquam probari visum fuit, quæ opinio aliquâ ratione non nititur, sed auctoritate dumtaxat nonnullarum Rotæ decisionum, quæ loquuntur in casu, quo solum res judicata, non autem quandò ultra illam, etiam immemorabilis, ex forma Concilii requiritur.

Et ita utraque &c.

* * * *
* * *

DE-

DECISIO XXI.

In hac Decisione tractatur, quandò Episcopus in suos Diœcesanos exercere possit omnimodam jurisdictionem, adversus prætensam exemptionem, & de viribus transactionis super exemptione.

Reverend. P. D. Vicecomite.

Tirasonen. jurisdictionis.

Veneris 14. *Decembris* 1663.

Est inter recent. decis. 115. par 14.

SUMMARIUM.

1 Ordinarius exercet jurisdictionem in omnes subditos, quamvis invitos.
2 Episcopus potest residere in quacunque parte suæ diœcesis.
3 Episcopus licet pluribus præsit Ecclesiis, dicitur unus Pastor.
4 Præses duarum provinciarum, in una residendo, exercere potest jurisdictionem in omnes.
5 Actus jurisdictionales, quinam dicantur.
6 Dignitates Ecclesiarum conferuntur à Sede Apostolica.
7 Immemorabilis inducit præsumptionem melioris tit. de mundo.
8 Immemorabilis interrumpitur per solum rumorem in contrarium, etiamsi mille actus pro ea concurrant, & datur ratio, ut num. 9.
10 Testes ad immemorabilem probandam, cujus ætatis esse debeant.
11 Testes examinati lite pendente, & parte non citatâ nihil probant.
12 Confessio emanata ex suppositio partis nihil probat.
13 Episcopi confessio voluntaria, & nullo jure cogente facta nihil probat, & datur ratio, ut num. 14.
15 Consensus Cap. Ecclesiæ Cathedralis intervenire debet in transactione cum Eccle-

Ecclesia subdita.

16 Concordia inter duas Ecclesias est à Sede Apostolica confirmanda.

17 Confirmatio Apostolica per triginta annos non præsumuur, sed requiritur centenaria, quod fallit, ut numer.18.

19 Vicarii generalis constitutio dependet à voluntate Episcopi.

20 Appellatio à Vicario ad Episcopum non datur, sed ad Metropolitanum.

21 Præscriptio non cadit in facultativis, quod amplia, ut num.22.& 23.

24 Præscriptio quando cadat in facultativis, quod declara, ut num.25.

26 Vicarius foraneus ob longinquitatem constitui potest.

27 Citare sufficit illum, ad quem dessio generaliter spectat, & num.28.

29 Actorum integra non transferuntur incuriâ Notarii non præjudicat.

30 Error Notarii parti non præjudicat.

31 Commissio nova in causa veteri, non est necessaria.

32 Rotæ auditorium respectu omnium dicitur unum tribunal.

33 Nova causæ commissio ex abundanti nulliter impetrata, an efficiat nullam sententiam, & num.34.

EPiscopo Tirasonen. decreta fuerat omnimoda jurisdictio in Calatajubensi ubique exercenda per se ipsum, vel suos Vicarios foraneos virtute sententiæ coram R.P.D.meo Albergato alteram confirmantis R.P.D.mei Taiæ, verum iidem minimè acquiescentes, causam à Signatura mihi deferri curarunt, & dubio hodie disputato, an sententia Rotalis sit confirmanda, pro confirmatione DD. respon-derunt.

Jurisdictio siquidem Episcopo in suos competit diœcesanos, cum autem Calatajubenses esse tales respectu Ordinarii Tirasonen. inter partes non controver-
1 tatur, utique ipse jurisdictionem in eosdem, quamvis invitos exercere valet. cap. de Xenodochus & cap. cum venerabilis de relig. dom. cap. cum Episcopus de offic. ordin. lib. 6. cap. cum persona de privil. ubique notant omnes eod. lib. cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. cap. conquerente de offic. ordin. Rom. consil. 180. num. 4. vers. habet enim Episcopus Federic. de Sen. cons. 145. num. 6. antè fin. vers. Undè si aliquis. Marescott. var. resolut. cap. 11. num. 2. & 3. lib. 1. Cuccin. decis. 471. num. 1. Merlen. cons. 152. num. 1. & 2. Duran. decis. 116. num. 1 par. 5. recent. & dec. 328. num. 2. par. 2. divers.

Hanc verò jurisdictionem ubique suæ diœcesis locorum exequi permittitur
2 Episcop[us], à cujus libertate pendet sedem in quacunque illius parte constituere, ad text. expressum in cap. cum Episcopus de offic. ordin. & glos. communiter recepta in clem. 1. in verbo aut earum parte de for. compet. In nihilo refragante, quod duæ prætendan-
3 tur diœceses simul unitæ, quia omisso, quod desuper nulla justificatio affertur, casu una censetur, ac jurisdictio pro tota, & individua reputatur quoad Episcopum, qui licet pluribus præsit Ecclesiis, unus tamen Pastor dicitur, atque unus

Præla-

Prælatus. *Cap. & temporis 16. quæst. 1. cap. 1. ubi glos. in verbo veniendo, ne sede vacante glos. in Clem. 2. in verbo Ecclesias. Rot. coram Caval. decis. 418. num. 3.*

Etita Episcopus Tirasonæ residens, in Calatajubenses jus dicere valet exemplo Præsidis regimen duarum provinciarum habentis, qui in una residens, contentiosam potestatem in alterius provinciæ subditos quoque exequitur, eo quia respectu ipsius una ac utatur, licet inter se separatæ sint, atque distinctæ. *Glos. in cap. ut litigantes in verbo statuimus de offic. ordin. in 6. cap. præsenti in verbo finitur de offic. leg. cap. novit. ubi Innocent. Hostien. num. 13. Joan. Andr. num 5. Gamb. de offic. leg. extra provinciam. Bart. in l. fin. C. de Metropolit.. Beryt. lib. 11. Jas. in l. fin. num. 9. de jurisdict. omn. Judic. num. 9. Aretin qui de communi testatur cons. 136. num. 4. Rot. decis 337. num. 9. par. 4. tom. 3. recent.* 1 2 3 4

Una cum juris assistentia actuale jurisdictionis exercitium quoque concurrit, quam Episcopi, & Tirasonæ & alibi commorantes ab immemorabili tempore in Calatajubenses exercere consueverunt, prout apertè convincitur ex testibus in litis initio receptis coram bon. mem. Achill. de Grass. *Summario Episcopi sive Capituli num. 8.* & clarius demonstratur ex quamplurimis actibus per Episcopos extra Calatajuben. territorii limites residen. exercitis ab anno 1201. & relatis in eodem *Summario à num. 10. usque ad 35.* & signanter cæteris omissis, ex causæ commissione vigore appellationis interpositæ decreto officialis Calatajubii, causæ avocationem ab eodem officiali ad Episcopum, relaxatione Mandati contra juratos, & homines de Toralba, nec non alterius mandati contra Vicarium, ac Clericos sancti Petri de Franchis, præcepto in Clerum Calatajuben. ut synodalibus constitutionibus Tirasonæ edendis interesset, interdicto Ecclesiæ, Commenda de Villa Longa, recursu habito per eundem Clerum Calatajubensem ad Vicarium Episcopalem Tirasonæ residentem, pro obtinenda aliqua provisione super modo præcedendi in sanctissimi corporis Domini Nostri Jesu Christi festivitate ad obviand. discordiis, & scandalis oriri consuetis, à quo Vicario fuit Clero demandatum, ut ordo antiquus servari solitus, servaretur, detentione Decani Calatajubii in Tirasonæ carceribus, sententiâ eum condemnante, ejusque acceptatione, & executione, qui quidem actus veræ ac contentiosæ jurisdictionis possessionem præsefe- runt, quamvis unicus, & minimus sufficiens existimetur ad illius conservationem, *Schrader. de feud. quæst. 10. sect. 20. num. 157. Adden. ad Gregor. decis. 162. num. 11. Rotain Marsicen. jurisdictionis 18. Februarii & 17. Junii coram. Bon. mem. Bichio in Benetiana jurisdictionis, §. cæteritamen, vers. isti enim 31. Januarii 1656. & 24. Januarii ejusdem anni, §. quo verò, coram. Reverendiss. Cerro.* 5

Hinc enim omninò insubsistens visum fuit suppositum Cleri Calatajubensis nempè quod Ecclesiastica jurisdictio olim penes Calatajubensem Archidiaconum, uti ordinarium resideret, à cujus sententiis ad Cæsaraugustanum Metropolitanum, non au-

non autem ad Episcopum Tirasonensem appellationes admittebantur, & quod deindè Archidiaconatus dignitate æque principaliter unita Ecclesiæ Tirasonen. Episcopus in Calatajubensem jurisdictionem exercere minimè consueverit, nisi recidendo intra Archidiaconatus limites.

Nam quod olim Archidiacono jurisdictio competierit nullibi constat, neque ullus actus jurisdictionalis, quamvis minimus per ipsum exercitus ostenditur, minusve allegata unio justificatur; è converso verò Episcopus edocet etiam de anno 1201. Archidiaconum in civitate Tirasonæ sub Episcopali jurisdictione residisse, ex quo à veritate omninò alienum detegitur, quod de eo tempore Archidiaconus tanquam ordinarius resideret Calatajubii, ac ab illius sententiis appellaretur ad Cæsaraugustanum Metropolitanum, cum Cæsaraugusta non appareat in Metropolim erecta nisi de anno 1318. & sic longè postquam Archidiaconi residentiam hiberesolebant Tirasonæ; quinimò suppositum prædictum corruere visum fuit ex Rotali sententia edita de anno 1436. & in judicatum transacta, ubi pronunciatum exrat. Archidiacono Calatajubii nullam jurisdictionem competere in Calatajubense. *Sum. capituli. num. 6.*

6 His præmissis clata insurgit præsumptio, Archidiaconum nom inari de Calatajubio, non ex eo, quod in Ecclesia Calatajubensi fundationem assumpserit, sed quia introitus ac reditus ad illum spectantes, ibi percipintuur, eoque magis, cum non appareat unquam Archidiaconatum tanquam dignitatem à Sede Apostolica licui fuisse collatum, squod procul dubio contigisset, uti de aliis dignitatibus Sedi Apostolicæ reservatis, in quocunque mense vacent.

7 Neque Calatajubenses ullum fundamentum constituere possunt super immemorabili, cujus virtute inducitur præsumptio melioris tituli de mundo; tum quia excluditur ex recensitis contrariis actibus per Episcopos gestis, quilibet enim actus
8 contrarius immemorabilem intertumpit, etiamsi mille peracti fuerint ad inducendam præscriptionem; imò solus rumor immemorabilem evertere valet, cum ad
9 illius probationem præ cæteris requiratur, quod nihil unquam in contrarium visum, aut auditum fuerit, juxta text. *in l. nemo, ubi glos. notat in verbo temporali in fine ff. de reg. jur. Abb. in cap. ultimo num. 29. de consuet. Soccin. cons. 7 num. 11 lib. 1. Bero cons. 5. num. 23. eod. lib. 1. Rota in Pampilonen. juris nominandi Vicarium 14. Decembris 1648. §. imò coram Eminentissimo Otthob. in Beneventana jurisdictionis 13. Januarii 1653. coram Zarate. Add. ad. Gregor. dec. 298. n. 13. dec. 254. n. 3. dec. 324. n. 13. par. 4. & dec. 432. par. 4. recent. in Palentina decimarum 14. Junii §. quo verò 1656. & in Hispalen. decimarum 26. Januarii 1659. coram Reverend. D. Cerro Decano.*

10 Tum etiam, quia testes nuper examinati de anno 1661. ac currenti, non habent sufficientem ætatem 54. annorum ante motam litem de jure requisitam; necesse siquidem est, quod deponat de visu per quadraginta annos ante litis initium, & ta-

INCR

men illorum senior annos 69. non excedit; lis verò inchoata dignoscitur usque de anno 1550. *cap. 1. de præscript. in 6. Seraph. dec. 112. & dec. 1450. in recent. dec. 73. num. 3 & dec. 254. n. 1. par 1. recent. dec. 148. n. 3. & 4. par. 2. in adduct. Hispalen. decimarum §. quoniam coram Reverend. Cerro.*

Cæteri verò examinati de anno 1552. 1605. 1620. nullum probationis gradum 11 constituere videntur, eo quia lite pendente non citatâ parte, & coram judice Laico rescripti fuere ad executionem impediendam mandati de manutenendo ab hoc facto Tribunali ad favorem Episcopi. *L. si quando §. sed cum oportet. C. de testi. l. nemo. C. de decur. lib. 10. Alex. cons. 103. lib. 3. Oldrad. cons. 157. Rot. dec. 146. n. 24. par. 2. divers. coram Burat. decis. 551. num 5. coram Zarete, in Bononien. fidei commissi de Victoriis 5. Maii 1655. §. parvi quoque & in Firmana fidei commissi. 27. Maii 1661. coram R. P. D. meo Albergato.*

Calatajubensibus minus suffragari valet confessio per Episcopum Yepes emissa de anno 1603. longè post introductam litem asserentem contentiosæ jurisdictionis exercitium in Calatajubensi esse minimè Episcopo competere, nisi residentiam teneat in territorio Calatajubii. Nam cum de eo tempore jam fuisset tributa manutentio Episcopo super jure exercendi jurisdictionem ubique locorum suæ Diœcesis, dicta confessio detegitur erronea, ac fundata in partis adversæ in subsistenti suppo- 12 sito, ibi, *intendo che la Giurisditione litigiosa non dovemo, ne potemo esercitarla stando fuori dell' Archidiaconato*, ideoque apta non fuit, nec confitenti, nec ejus successoribus nocere. *L. non fatetur ff. de confess. dec. cons. 408. n. 5. Decian. cons. 55. num. 29. Menoch. cons. 147. Gregor. dec. 522. num. 14.*

Præter quam, quod confessio Episcopi voluntaria, nulloque jure cogente e- 13 missa nil præjudicii Ecclesiæ, ac successoribus valet inferre. *Bald. in l. num. 301. de confess. Paris cons. 74. num. 92. lib. 1. Honeded. cons. 60. num. 72. vol. 1. Mascard. de probat. concl. 467. n. 24. Caputaq. dec. 198. par. 1. & dec. 768. n. 5. in fin. par. 2. recent.* Ratio vero ea est, ne Episcopis per viam indirectam rerum Ecclesiæ permittatur alienatio, quæ 14 directè fieri prohibetur. *Castr. con. 74. n. 1. vers. tertio videtur &c. lib. 1. Paris. cons. 36. n. 11. lib. 4. Rot. dec. 516. n. 2 par. 1. & dec. 597. n. 2. par. 4. divers. ac penes Garz. 12. par. cap. 3. n. 7. Otthob. dec. 6. n. 13. Merlin. dec. 147. n. 7. Coccin. dec. 106. n. 8. penes Post. de manut. dec. 238. n. 25. cum aliis relatis in Faventina Parochialis 14. Junii præteriti coram R. P. D. meo Ninot.*

Concordiæ, & transactiones inter ipsos, ac Calatajubii Clerum initæ, nullius sint 15 ponderis; nam ultra quod (excepta illa de anno 1622.) non intervenit Capituli consensus, prout de jure requirebatur. *cap. novit. cap. quanto, & cap. ea noscitur de his, quæ fiunt à Pralat. sine consens. cap. & Rota in Barchinon. Administrationis 17. Martii 1645. coram Reverendiss. Terracinen.* Apostolicâ confirmatione mi- 16 nimè apparent munitæ, quæ in eis quoque expressè reservata convincitur, neque impe-

impetrata præsumi potest ex triginta annorum cursu, cum versemur circa Ecclesiæ
17 præjudicialia; ideoque resistat Urbana constitutio in ordine 149. præter quam ju-
rarum observantia non docetur, quinimò inobservatæ præsumuntur ex earum co-
18 pia, ac multiplicitate, quæ quidem observantia concurrere deberet cum lapsu tri-
ginta annorum: in quibus temporis vitæ transigentis non comprehenditur. *Rota dec.*
27.n.18.par.9.tom.1.recent.

Episcopis autem licere jurisdictionem in Calatajubenses exequi per se, vel
Vicarium foraneum, indubitati est juris; neque cogi potest ad deputandum Vi-
carium generalem, cujus constitutio est in mero Episcopi arbitrio. *Cap.cum Epis-*
19 *de offic.ordin.in 6. Rebuff.in praxi tit.de union.benefic.num.16. Rota dec.410.n.10.&*
11.coram Cavall. Put.dec.45.n.1.lib.2. Mohed.decis.4.num.1.de offic.Vicar. Ros.di-
vers.dec.222.num.5.par.2. Seraph.dec.74.in fin. Rota decis.537.numer.8.par.4.tom.
3.recent.

inducta neque censetur in Episcopo obligatio deputandi Vicarium Gene-
ralem eo, quia olim illos deputare consueverit, nam omisso, quod duæ primæ
deputationes loquuntur de Vicatio foraneo, prout etiam comprehenditur ex eo,
20 quod de anno 1378. Episcopus Tirasonen. alteri judici commisit causam appellatio-
nis, alteram causam ad se ipsum avocavit; hoc enim Episcopo non fuisset permis-
sum, si decretum à Vicario Generali emanasset, à quo ad Episcopum appellari pro-
hibetur. *Cap.2.de consuet. in 6. Sbroz. de offic.Vicar. quæst.23.num.2.& seqq. Gut.*
cap.655.num.58. Caval. dec.418.num.4.

Aliæ verò subsequentes deputationes, quicquid sit, an revera sint de Vi-
catiis Generalibus, vel ad solam causarum universitatem, nullum jus Calataju-
21 bensibus tribuere potuerunt, cum in actibus facultativis cadere nequeat præscrip-
tio, quæ liberam Episcopi facultatem restringat. *C.2.§.deindè Marcellus, & l.si ea*
fund.ff.de aqu.plu.arcen.glos.in l.qui luminibus ff.de servit. Urban.prad. Dec.cons.8.
num.4. Rot.decis.778.num.5.par.1.divers.decis.556.num.4.par.2.recent. & coram A-
chill.in hac causa decis.306.par.1. adeò ut nec manutenibilis possessio admittatur, præ-
22 sertim ad favorem subditi contra Dominum, non obstante quovis temporis lapsu e-
tiam immemorabilis *in cap.cum Ecclesia Sutrina ubi Ripa num 43. & seqq.de caus.pos-*
sess. & propr. Bald.in l.1.num.10. C.de servit. & agu. ubi quod nulla præscriptio
inducta præsumitur adversus eum, qui per se, vel suos antecessores per mille quo-
23 que annos ad alterius Molendinum ire consuevit. *Surd.post alios consil.127. num.82.*
in fin.

Nec adversatur, quod in actibus quoque facultativis cadat præscriptio, dum-
24 modo prohibitio seu contradictio concurrat cum subsequuta acquiescentia. *Castr.in*
l.qui luminibus n.2.vers.sed tamen.ff.de servit. Urban.prad.Seraphin.dec.1086.n.1. Rot.
dec.530.n.2.& 3.par.2.recent.

Nam

Nam oppositiones, & contradictiones relatæ *in summ. Calatajubensium à*
num. 23. ad 25. emanarunt post litis introductionem, ac mandati Rotalis relaxa-
tionem, ad cujus exequutioni resistendum, iidem recursum habuerunt ad tribunal
Justitiæ Aragonum, ab eoque firmam executionis impeditivam obtinuere, præ
quo timore Episcopi acquiescere coacti fuere *Summ. capituli n.* 37. ideòque ex tali
acquiescentia nulla præscriptio adversus Ecclesiam, & successores induci potuit,
quibus Prælatorum negligentia præjudicare minimè valeat ex deductis.

Denique non obest, quod Episcopus, ex quadam æquitate eligere teneatur lo-
cum, qui minus incommodum Diœcesanis inferat, proindeque cum ab Archidia-
conatu Calatajubii ad civitatem Tirasonæ detur considerabilis distantia, ac præter
itineris longitudinem transire quoque oporteat per loca minus difficilia, aspera, 25
& montuosa, quinimò per aliarum Diœcesum castra saltem cogi debeat Episco-
pus ad constituendum ibi Vicarium Generalem. *Navarr. consil. 2. numer. 2. ad med.*
post Franc. in cap. cum Episcopus de offic. ordin. in 6. *Rota divers. decis. 297. num. 1. & 8.*
par. 2.

Nam quidquid sit; an hæc sit causa sufficiens ad obligandum Episcopum,
ut deputet Vicarium Generalem, contrarium convincitur ex testibus examinatis pro
parte Capituli asserentibus à Territorio Calatajubii ad civitatem Tirasonensem da-
ri commodum iter ac continuatum per loca Diœcesis absque necessitate transeundi 26
per alias Diœceses, hocque commodè intra unam dietam posse expleri, etiamsi in
lectica permeare oporteat, undè censuerunt Domini, satis consultum fore Calata-
jubensibus ex Vicarii foranei deputatione.

Cætera objecta pro Calatajubensium parte excitata ad impugnandam sen-
tentiæ justitiam sublata remanent ex prædictis, aliisque rationibus per Dominos ex
adverso scribentes deductis.

De validitate verò Domini non dubitarunt, quamvis citatio exequuta non
fuerit contra singulos interesse habentes, sed duntaxat in Clerum, ac nonnullos ci-
ves Calatajubii. Eximdè etenim sententia nullitatis vitio obnoxia minimè remansit,
nam quotiescunque plures habent interesse in causa, unus autem primariò, & prin-
cipaliter, alter verò secundario, & consequutivè, prout nunc considerantur a-
liæ universitates de Calatajubio, cum dubitari nequeat, quin residentia Vicarii
Generalis in Calatajubii loco principaliter influeret in splendorem, & honorifi-
centiam ipsiusmet loci Cleri, ac civium; secundario verò respiceret aliorum sub-
ditorum quandam commoditatem, cum ipsi tali casu non releventur ab obligatio-
ne adeundi judicem extra proprias domos, tunc pro sententiæ validitate suffraga-
tur sola citatio in illum, ad quem principaliter defensio spectare dicitur. *Glos.*
communiter recepta in l. de unoquoque in verbo quos causa ff. de re judic. Alex.
consil.

consil.86. numer.3. lib.2. Vant. de nulli. ex defect. citat. numer.19. Covarr. pract. ca-
capit.3. numer.6. & 7. Tiraquel. de nobil. cap.37. num.5. Peregr. de fideicom. art.51.
Rot. decis.436. num.7. & 8. par.9. recent. in Romana Cambii inter eius empto-
436. num.5. confirmata 8. Martii 1652. §. necreſiſtunt coram Reverendiſſ. Cerro Ad-
decis.118. lite d. par.1. recent. Muſtrill. decis.114. num.24. Rota decis.241. in princ. par.2.
28 recent. Muſtrill decis.114. num.24. Rota decis.241. in princ. par.2. recent. in ter-
ſententiæ condemnantis perſonam non vocatam, quæ licet non citatos affi-
nequeat, ſuſtinetur tamen reſpectu vocatorum. Merlin. dec.345. in princ. Adeo
nullitas deſumpta ex non integra tranſportatione actorum, quæ in prima inſtan-
29 coram R.P.D. meo Taia fuerunt geſta, tollitur ex eo, quod hoc non proceſſit
culpa agentium pro Epiſcopo ſive Capitulo Tiraſonenſi, ſed ex mera incuria, i
inadvertentia Notarii, cui integra tranſportatio fuerat expreſsè commiſſa, prout
30 ipſemet fatetur, error enim Notarii parti obeſſe non debet, qui juſtum ac proba-
lem crudelitatem habere potuit de integra actorum tranſportatione. L. ſilbrma,
& ibi Dec. ff. de reg. jur. gloſ. fin. in fl. ultima. C. de fideiuſſ. Achill. deciſ. num 27. de fide-
juſſ. Rota in puncto deciſ.119. ſub numer. 2. & 3. par.3. recent. Coccin. deciſ.273. nu-
mer.10.

Prout corruere quoque videtur nullitas, quæ deducitur ex defectu ju-
riſdictionis, & ſub fundamento, quod nova cauſæ commiſſio in Rota non com-
prehendat omnes litis conſortes in prima nominatos, & contra quos olim fuit
31 directa petitio ac introducta lis, nam reſpondetur, quod ea non erat neceſſaria
ad tribuendam tribunali juriſdictionem, cum ſatis eſſet prima commiſſio ad lites
proſecutionem, cujus virtus non cenſetur expiraſſe per mortem, ſive amotionem au-
ditoris, cui cauſa reperiebatur commiſſa, cum ſucceſſor abſque alia facultate cauſa
32 ſui prædeceſſoris reaſſumere valeat, Rotæ enim auditorium dicitur reſpectu om-
nium unum tribunal, ac eadem omnium juriſdictio, ut aliàs reſpondit Rota in Sa-
ſinaten. feudi. 3. Julii 1641. coram bon. mem. Pirovano, Buratt. deciſ. 818. num. 2. Gregn.
deciſ. 369. n. 3. cum aliis allegatis in Romana ſide commiſſi de incoronatis 22. Maii 164.
33 coram bon. mem. Dunozetto, ideoque nova cauſæ commiſſio ex abundanti, quamvis
nulliter impetrata fuiſſet, non operaretur ſententiæ nullitatem. Apoſt. ad Rom. conſil.
497. num. 6 & 7. in verſ. non vitiat. Rota deciſ. 36. num. 56. & ſeq. par. 5. recent. quæ ta-
men nullitas ceſſat, attenta illa clauſula in commiſſione adjecta, videlicet cum omni-
34 bus facultatibus in aliis commiſſionibus in actis præſentatis contentis.

Et ita utraque parte accerrimè informante fuit reſolutum in ſecunda cauſæ propoſitione.

DECI-

DECISIO XXII.

Sententia ob non interpositam appellationem transit in judicatum, & adversus illam non datur restitutio, si non constet de nullitate & injustitia. Episcopi transactio super juribus suæ Ecclesiæ nulla est, si careat confirmatione Apostolica. Item ex quibus remaneat exclusa immemorabilis adversus jurisdictionem Episcopi.

Est in recent. decis. 24. par. 10.

R.P.D. Bichio.

Marsicen. jurisdictionis.

Lunæ 18. Februarii 1647.

SUMMARIUM.

1 *Sententia lata contra sententiam non valet, nisi prima revocetur.*

2 *Sententia lata contra sententiam valet etiam si prima non revocetur, quando secundus judex pronuntiat, prout in anteriori.*

3 *Sententia lata contra sententiam valet etiam si prima non infirmetur, quando coram secundo judice non fuit oppositum de prima sententia.*

4 *Sententia lata contra sententiam, quando valeat, etiamsi prima non revocetur.*

5 *Acta sunt transportanda, quamvis coram secundo judice causa pendeat per viam avocationis.*

6 *Acta quando non sunt transportanda.*

7 *Acta facta in judicio possessorio non debent transportari in judicio introducto in prima instantia in petitorio tantum, & quare, num. 8.*

9 *Actorum transportatio non fit in diverso judicio.*

10 *Actorum transportatio non fit in diverso judicio, quamvis acta alterius judicii multum conferrent ad causam, de qua agitur.*

11 Perjurus non est audiendus.

12 Perjurus non debet obtinere sententiam favorabilem contra formam ejus juramenti.

13 Juramentum ligat juramentem, & transigentem.

14 Sententia obtenta à perjuro non potest * suffragari ejus successoribus, quamvis ipse perjurus absolutionem à juramento obtinuisset.

15 Absolutio prævenit periurii incursum.

16 Transactio facta ab Episcopo de rebus Ecclesiæ impedit, quo minus ipse nomine proprio possit contravenire, & agere, & quandò secus, numer. 18. & 19.

17 Transactio facta ab Episcopo de rebus Ecclesiæ, si caret confirmatione Apostolica, & est præjudicialis Ecclesiæ, non obligat.

18 Episcopus potest nomine Ecclesiæ à transactione ab ipso inita recedere, & ea non obstante eodem nomine indicialiter obtinere.

20 Episcopus dicitur agere nomine Ecclesiæ, quandò in actis non exprimitur ejus nomen proprium, sed dignitatis tantum.

21 Sententia lata ad favorem Episcopi agentis nomine Ecclesiæ, prodest etiam successoribus.

22 Transactio inita ab Episcopo non ligat successores.

23 Amplia etiam si ageretur inter duas Ecclesias.

24 Ad jurisdictionem demonstrandam in aliquo loco, sufficit Episcopo ostendere, illum locum esse inter fines suæ Diœcesis.

25 Jurisdictionem habere in aliquo loco ex quibus Episcopus demonstrare possit.

26 Per consuetudinem immemorabilem infertori acquiritur jurisdictio, etiam in loco existente intra fines Diœcesis alterius Episcopi, ampliat. numer. seqq.

28 Consuetudo immemorabilis ex quibus probata remaneat, vel ne? & per. num. 32.

29 Confessio Episcopi concurrentibus adminiculis probat etiam in præjudicium successorum contra num. seqq.

30 In transactione narrata aliunde explicanda sunt, quàm ex assertione transigentium.

31 Confessio voluntaria Prælati non nocet Ecclesiæ.

33 Consuetudo immemorabilis ut afficiat Episcopum, non sufficit unica sententia, sed requiritur, quod sit canonizata per tres conformes.

34 Consuetudo immemorabilis in materia jurisdictionis contra Episcopum, prorsus evertitur, si Episcopi protempore aliquos actus jurisdictionales mediatè vel immediatè exercuerint.

35 Pro jurisdictione universali conservanda sufficit Episcopo, etiam minimum actum exercere.

36 Consuetudinem immemorabilem unicus actus interrumpit.

37 Jurisdictionem exercere Episcopus dicitur, quandò confirmat electiones factas à Capitulo.

38 Pro-

38 *Producens scripturas, non potest illas impugnare.*

39 *Jurisdictio in Episcopo super aliquo loco, ex quibus actibus dicatur resultare, & latè num. 41.*

40 *Processus originalis datus ab actuario probat, licet extractus sit litè pendente absque citatione.*

41 *Probatio facta ad coadjuvandam primam probationem non dicitur, & semper attenditur.*

43 *Testibus deponentibus pro eo, qui habebat pro se juris assistentiam, magis deferendum venit.*

44 *Scripturæ etiam nulliter compulsatæ quando probent.*

45 *Scripturæ probant, quando in sui facie appareant antiquæ & originales.*

46 *Sententia ubi non constat de nullitate, vel injustitia ob non interpositam appellationem transit in judicatum.*

47 *Restitutio in integrum non datur adversus sententiam ubi non constat de nullitate, vel injustitia illius.*

PRo Reverendissimo Episcopo Marsici de anno 1614. emanavit sententia Rotalis coram bon. mem. Manzanado Patriarcha Hierosolymitano, declarans Archipresbyterum terræ Saponatiæ, nullam habere jurisdictionem in dicta terra Saponariæ, sed omnimodam jurisdictionem in omnibus causis civilibus, criminalibus, mixtis, matrimonialibus, & aliis quibuscunque, spectare ibidem ad Episcopum Marsicen. privativè ad dictum Archipresbyterum; cujus sententiæ habentis omnia requisita *in decis. Caputaq. 260 par. 2.* validitatem & justitiam impugnavit hodie modernus Archipresbyter Saponariæ, sed gratis.

Quo enim ad validitatem nil refert, quod in sententia Rotali non fuerit revocata alia contraria pro Archipresbytero, lata de anno 1578. ut requirebatur. *L. 1. C. quan. provoc. non est necesse. Cassad. dec. 1. num. 4. de sequest. poss. Rot. decis. 188. num. 1. & sigg. par. 5. recent.* quia cessat hujusmodi necessitas, quando secundus judex pronunciat, ut in prima, *Gabr. cons. 54. n. 8. lib. 1. Rot. dec. 161. n. 2. in fin. par. 1. recent.*

Neque coram eo fuit ex adverso oppositum de prima sententia. *Gabr. d. cons. 54. num. 8. Osac. decis. 1. num. 49. Rot. d. decis. 161. num. 2. & in Bononien. Legati de Marsciotis 24. Novembris 1627. coram Reverendiss. D. meo Decano*, ut casu nostro, in quo concurrit ulterius, quod causa in Rota fuit commissa, tanquam in prima, ad instantiam ipsius Archipresbyteri, quodque sententia Rotalis fuit lata super novo processu & probationibus, ab Archipresbytero factis in Rota; undè ex utroque hoc capite eò minus requirebatur revocatio prioris sententiæ, ut de primo *Felin. in cap. inter Monasterium n. 20. de rejud. & de secundo Gabr. d. cons. 54. sub. n. 8. vers. Tertium l. 1.*

Atque hinc tollitur etiam aliud objectum, seu defectus transportationis actorum primi judicii, quæ transportanda sunt, quamvis coram secundo judice causa pendeat per viam avocationis. *Guido Pap. decis. 440. numer. 2. Rota in Placentina Decimarum. 19. Novembris 1638. coram bon. mem. Provano.* Quia ut dicebam,

bam, causa non fuit commissa in Rota in gradu appellationis à prima sententia quæ imò per lapsum 30. & amplius annorum obdormierat; sed ipsemet Archipresbyter, qui ab Episcopo molestabatur coram aliis judicibus in possessorio extra-
7 sam prævia avocatione à quibuscunque judicibus, committi fecit Rotæ in petitorio tantum, tanquam in prima, adeò quod avocatio non cadit super lite, in qua Archipresbyter reportaverat sententiam favorabilem de anno 1578. sed super aliis judiciis possessoriis postea motis ex integro, quorum nec acta transportari debuerunt in
8 dicio Rotali, cum illud introductum fuerit in prima instantia in petitorio tantum, ut fuit decisum *in Zamoren. iurium Parochialium. 23. Maii* 1644. *coram R. P. D. Peutingerio*, eâ ratione, quia judicium petitorium est diversum à possessorio, unde in-
9 fit transportatio actorum in diverso judicio. *Rot. decis. ult. num. 24. part. 4. tom. 4. recent. dec. 413. num. 1. coram bon. mem. Buratto decis. 70. num. 4.* coram Reverendiss. Vi-
10 gellen. *decis. 300. num. 1. coram fac. mem. Gregorio XV.* etiamsi acta alterius judicii multum conferrent ad causam, de qua agitur. *Grat. discept. 231. num. 16. & 17. lib. decis. 55. num. 2. coram san. mem. Gregor. XV.*

Pariter non urget, quod Episcopus Parisius, ad cujus favorem emanavit sententia Rotalis, esset perjurus, quippè petendo declarari sibi soli competere
11 jurisdictionem in terra Saponariæ, contravenit transactioni juratæ, initæ de anno 1604. cum Archipresbytero, per quam eidem Archipresbytero concedebatur ju-
12 risdictio civilis, criminalis, & mixta, cumulativè cum Episcopo; undè infertur, quod idem Episcopus Parisius tanquam perjurus non debeat audiri, *glos. in cap. parvuli, verb. causam 22. quæst. 5. Alex in l. si quis major num. 15. C. de transact. Butr. in cap. intelleximus num. 15. in fin. de Judic. Flond. consil. 18. num. 5. lib. 1.* Eoque-
13 nis obtinere sententiam favorabilem contra formam ejus juramenti & transactionis, quæ sine dubio ipsum transigentem, & jurantem ligabat. *Cap. veniens. ubi Abbas num. 1. vers. Item nota il primo de transact. Cas. de Grass. decis. 1. num. 6. decis. 6. num. 2. de jur. jur.* ita ut neque successoribus in Episcopatu dicta sententia suffragari possit,
14 quamvis Episcopus Parisius absolutionem à juramento obtinuisset, ut in puncto hujus transactionis fuit decisum *coram. bon. memor. Burratto decis. 152. numer. 1. & seqq.*

15 Nam perjurii incursum prævenit dicta absolutio, & licet transactio obstaret Episcopo Pari[illegible], quo minus nomine proprio posset contravenire, & age-
16 re, in quibus terminis intelligenda est *decisio 15. Buratti mox allegata*, quia tamen eadem transactio carebat confirmatione Apostolicâ, & erat præjudicialis Ecclesiæ Marsicensi, quam propterea non obligabat, *dicto cap. veniens de transactione*
17 utique potuit idem Parisius nomine Ecclesiæ, à transactione recedere, & ea non
18 obstante judicialiter hoc nomine obtinere. *Bald. in l. jubemus 54. §. verum num. 5.*

C. de

Cde sacrosanc. Eccles. Caputaq. decis. 182. n. 9. part. 3. Seraph. decis. 1217. n. 3. Rota dec. 78. n. 3. & seqq. Decis. 159. numer. 28. part. 6. recent. decis. 49. numer. 8. decis. 294. n. 2. 19
part. 7. quò magis, quia ipse Archipresbyter prius contravenerat committendo causam in petitorio super omnimoda jurisdictione. L. cum proponas la seconda C. de
jud. cap. pervenit il secundo de jur. jur. Decis. consil. 389. num. 2.

Et Episcopum Parisium obtinuisse nomine Ecclesiæ apparet, quia in sen- 20
tentia Rotali non fuit ejus nomen proprium expressum, sed dignitatis tantum,
ibi, omnimodam jurisdictionem &c. spectare ad D. Episcopum Marsicensem privati-
vè, &c. ut in puncto tradit Gonz. super Regul. 8. glos. 12. numer. 72. & probat, text.
in cap. quoniam Abbas ibique glos. verb. substitutum Panor. numer. 4. Bero. numer. 91. &
105. de offic. delegat. Bart. in l. quod Principi in fine ff. de legat. 2. Mantic. de conject. lib.
8. tit. 17. numer. 2. facit Gratian. discept. 248. numer. 38. Igitur sententia profuit Eccle- 21
siæ, etiam in vita Episcopi Parisii, & eodem nomine prodest facilius Episcopis suc-
cessoribus, quos transactio nullatenus ligat, Abb. consil. 56. numer. 2. lib. 1. Feder. 22
de Sen. consil. 94. per tot. Add. ad Gregor. XV. d. cis. 152. numer. 3. Gratian. in terminis 23
transactionis inter duas Ecclesias disceptat. 674. num. 1. & 2. & seqq.

Quo verò ad justitiam sententiæ Rotalis informantes pro Archipresbyte-
ro, non negant terram Saponariæ esse inter fines diœcesis Marsicensis, quod
abundè comprobatum fuit in decis. 578. per tot. coram bon. mem. Buratto, & suffi- 24
ceret Episcopo ad fundandam suam intentionem, super omnimoda jurisdi-
ctione. Cap. cum persona 7. in fin. de privil. in 6. capit. constitutus de Relig. domi capit.
conquærente. 16. de offic. ordin. capit. cum Episcopus eod. tit. in 6. cum aliis allegatis in
Brixinen. jurisdictionis 11. Aprilis 1639. coram Reverend. P. D. Carillo. juncto præ- 25
sertim exercitio plurium actuum jurisdictionalium, de quibus infra; sed ni-
tuntur consuetudine immemorabili, per quam inferiori acquiritur jurisdictio, 26
etiam in loco existente intra fines diœcesis alterius Episcopi; nec sublata fuit
per sacrum Concilium Tridentinum sess. 24. de reform. capit. 20. ut sæpè de- 27
clarasse fac. Congreg. Concilii interpretum, refert Gonz. super Reg. 8. glos. 33. num.
8. Barbos. in collect. ad d. capit. 20. numer. 85. Grat. discept. 492. numer. 6. Bu-
ratt. dec. 278. in princ. eamque probatam asserunt ex summario Archipresbyteri n. 15. 28
ex voto bon. mem. Oranisac Rotæ Auditoris, testantis immemorabilem fuisse probatam,
Summario ibidem num. 2. Ex sententia lata de dicto anno 1578. ab eodem Parisio,
qui tunc temporis Vicarii Generalis munere fungebatur, & subscripta ab Episco-
po Marsici, tunc vivente, Summario ibidem numer. 1. ex relatione Marsi-
lii Columnæ Archiepiscopi Salernitani, & Cardinalis Sanseverini, qui
testantur, vidisse processus causarum cognitarum ab Archipresbytero Saponariæ,

dicto

dicto summario num. 18. & 19. licet iidem processus atque acta fabricata in Curia Marsicensi de anno 1578. hodie non exhibeantur, tamen cum sint deperdita, & quod magis est, culpa Episcopi antecessoris, prædictæ attestationes geminatæ, tam insignium virorum, videntur satis probare immemorabilem, in odium Episcoporum. *Felin. in cap. accedentes num.* 13. *& seqq. de fid. instrum. aliique allegati*
29 *Mantic. decis.* 251. *num.* 9. accedente maximè confessione Episcopi Parisii instrumento supra memoratæ transactionis, emissa *Summario ibidem num.* 6. quæ concurrentibus adminiculis, probat etiam in præjudicium successorum. *Mant. decis.* 39. *num.* 1. *Greg. XV. dec.* 506. *num.* 3. & 4. Nec non testibus super immemorabili pro Archipresbytero examinatis.

Verum omissis testibus examinatis, ut dicitur, in Curia Marsicensi de anno 1578. quorum depositiones non exhibentur, & ut infra dicam, attendi non debent; alii examinati *in Rota, coram bon. mem. Mazanedo*, immemorabilem non probant, ut pluribus comprobat. *Decis.* 248. *per tot. par.* 2. *recent.* Con-
30 fessio Episcopi Parisii in transactione nil facit, quia narrata in transactione aliunde justificanda sunt, quàm ex assertione transigentium. *Paris. cons.* 12. *numer.* 33. *& seqq. lib.* 2. *Dec. consil.* 351 *sub numer.* 3. *vers. & non statur, Aymon. cons.* 175. *numer.* 4. *Gratian. consil.* 133 *numer.* 2. *lib.* 2. *Rota decis.* 28. *numer.* 13. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* Et confes-
31 sio voluntaria Prælati Ecclesiæ non nocet. *Glos. in cap.* 2. *verb. Conventum de testib. in* 6. *Gratian. discept.* 796. *numer.* 5. *Seraphin. decis.* 1278. *numer.* 3. *Rota decis.* 337. *numer.* 2. *part.* 1. *recent.* & in specie fuit dictum *in Aprutina jurisdictionis* 8. *Aprilis*
32 1639. *coram Reverendissimo Domino meo Decano.* Neque vis fieri potest in adminiculis, dum contraria, de quibus infra, concurrant; Relationes Episcopi Salernitani & Cardinalis Sanseverini; nec non votum Orani sunt actus merè extrajudiciales, & in eodem voto censuit Oranus respondendum esse pro Episcopo, si probetur (pro ut probatur) ipsum aliquandò cognoviss causas Clericorum, ut legitur *in summario positionis sub* 28. *Januarii* 1644. *num.* 35.

Neque Congregatio super negotiis Episcoporum post dictas relationes, & votum decrevit diffinitivè jurisdictionem competere Archipresbytero, privativè ad Episcopum, sed solum per modum provisionis, dixit competere utrique cumulativè, ut legitur in *Summario Episcopi dato in responsionibus numer.* 2. & successivè de anno 1601. facta Congregatio Concilii respondit, ad Episcopum Marsicensem spectare privativè jurisdictionem; donec Archipresbyter plenè probet immemorabilem, *Summario ibid. num.* 3.

33 Tandem sententiâ datâ, ut supra de anno 1578. non est lata supra præ-
tensa immemorabili, de qua nihil in ea, &c. ad fundandam intentionem contra-

Episco-

Episcopum, non sufficit unica sententia, sed requiritur, quod immemorabilis hic canonizata per tres conformes, ut declarasse sacram Congregationem Concilii refert *Barb. in collect. ad concil. sess. 24. de reform. caput 20. sub numer. 91. Rota decis. 491. numer. 11. par. 1. recent. Decis. 248. numer. 1. part. 2. Decis. 126. sub numer. 2. par. 4. recent. & in Aprutina jurisdictionis 18. Martii 1637. & 8. Aprilis 1639. coram Reverendissimo Domino Decano*; & quod dicitur immemorabilem fuisse comprobatam per examen 22. testium, & processus tunc exhibitos, & omnia acta fuisse per Episcopum antecessorem occultata, nullibi justificatur, imò contratium firmant decisiones hactenus editæ in hac causa coram me, in quibus etiam ponderatur, quod si ex dictis actis, & testibus probata fuisset immemorabilis, Archipresbyter ad eam probandam, non dedisset novos articulos, nec novos testes, cum impendio non modico, examinari fecisset in Rota, ubi deindè causam, ut supra introduxerat.

Et nondum somniaverat, acta esse deperdita facto Episcopi: omnisque 34
penitus difficultas cessat, quia Episcopus probat plurimos actus jurisdictionales
ab Episcopis pro tempore exercitos in terra Saponariæ, vel immediatè, vel per
Archipresbyteros Saponariæ tanquam Vicarios foraneos ab Episcopis deputatos;
ex quibus evertitur prorsus asserta immemorabilis contraria. *Gregor. XV. decis. 51.*
numer. 3. & 4. ubi Add. litt. B. allegat. concord. Rota in puncto decis. 248. numer. 7.
part. 2. recent. cum pro conversatione universalis jurisdictionis sufficiat Episcopo 35
etiam minimum actum exercuisse, ut in terminis dixit *Rota coram Buratt. decis. 912.*
numer. 8. & in Adrien. jurisdictionis 27. Junii 1622. coram bon. mem. Pirovano, quæ
est decis. 310. numer. 9. post tract. Modern. de manut. & in dicta Aprutina jurisdi- 36
ctionis 18. Martii 1637. coram Domino meo Decano. Et unicus actus immemora-
bilem interrumpat. *Scrader. de feud. par. 10. sect. 20. numer. 157. Bero. consil. 5. num.*
23. lib. 1. Adden. ad Gregor. XV. decis. 162. numer. 15. probat inquam Episcopus fuis- 37
se ab Episcopis pro tempore confirmatas electiones Archipresbyteri factas à Capi-
tulo collegiatæ ejusdem terræ, qui est actus jurisdictionalis. *Cap. ex frequentibus de*
institut. Louther. de re benefic. lib. 1. quæst. 18. numer. 27. & 28. Seraphin. decis. 637.
numer. 1. Buratt. in his terminis decis. 578. numer. 8. & 9. ut constat ex relatione Archi- 38
episcopi Salernitani 1. summ. Episcopi numer. 3. quæ cum fuerit ex adverso producta
coram Manzanedo, impugnari non valet, *Aym. consil. 201. numer. 5. Caputaq.*
decis. 188. numer. 4. part. 1. Mint. decis. 75. numer. 1. & seq. Item Episcopos concor- 39
dasse cum Clero Saponariæ super solutione cathedratici, & caritativi subsidii, at-
que super quarta funeralium, & decimis *summ. ibidem numer. 13.* quod in termi-
nis ponderat *Baratt. dicta decis. 578. numer. 10.* item exhibet plurima acta judiciaria,
& sententias latas in prima instantia inter homines terræ Saponariæ, necnon præ-
cepta, & mandata atque edicta ab Episcopis edita in eadem terra, etiam contra ip-

sos Archipresbyteros, *Summ. ibidem num.* 12. & 14. *& seqq. & in summario iuris per tot.* Quæ sanè ad jurisdictionem pertinent, *l. imperium ff. de jurisd. omn. jud. consil.* 694. *numer.* 12. *Rot. decis.* 325. *num.* 19. *coram Greg XV. decis.* 368. *num.* 9. *p. 4. tom. 2. recent.*

Insuper exhibitus fuit processus fabricatus in Curia Neapolitana super condemnatione hominum terræ Saponariæ ad solvendas decimas de omnibus fructibus, Episcopo Matrici *d summario jurium in fine*, qui processus cùm sit originalis & darus ab actuario dictæ Curiæ probat, licet extractus lite pendente, & absque citatione. *Barth. in Auth. si quis in aliquo in secunda oppositione C. de edend., & ibi Jas. num.* 40 3. *Dec. num.* 15. *Coccin. decis.* 404. *num.* 4. *Greg. XV. decis.* 59. *num.* 4. Et accedunt plures testes examinati, nempè duo ad instantiam Archipresbyteri, coram A. C. di- 41 anno 1590. *Summar. Episcopi numer* 1. & alii plures coram bon. mem. Manzanedo, deponentes, quod Episcopi præsentes, & præteriti deputarunt in Terra Saponariæ Vicarios foraneos, qui Episcoporum nomine, jurisdictionem ibi exercebant, 42 coercebant Presbyteros, & Laicos & processus ad Curiam Marsici remittebant. *Summ. Episc. numer.* 4. & 2. *seqq.* Quoque Episcopi processerunt contra Archipresbyteros in jurisdictione nomine proprio se intromittentes, ut ponderat *decis.* 248. *sub numer.* 6. *vers. facit etiam part.* 2. *recent.* Nec non alii coram me examinati, affirmantes Episcopos, tam ante annum 1580. quàm postea fecisse in terra Saponariæ processus civiles, & criminales, Moniales velasse, visitasse Ecclesias, & alios que actus jurisdictionis exercuisse, *Summ. ibidem numer.* 8. & 9. & Archipresbyteros terræ Saponariæ jurisdictionem exercuisse tanquam Vicarios Episcoporum, & non tanquam Archipresbyteros, *Summar. ibidem numer.* 10. ex quibus testibus, & juribus quamvis nuper examinatis, & compulsatis ad coadjuvandas probationes factas coram Manzanedo, sententiæ Rotalis justitia magis elucet, cum probatio facta ad coadjuvationem primæ, non dicatur nova, & semper attendatur. *Cas. de Graff. decis.* 20. *numer.* 11. *de probat. Rota decis.* 272. *numer.* 6. *coram Greg. XV. decis.* 19. *numer.* 7. & 8. *part.* 7. *recent. & in Cæsaraugustana Canonicatus* 12. *Febr.* 1610. *coram sanctis. D. N. in Tiburtina Pratorum* 5. *Iulii* 1638. *coram bon. mem. Buccabella.* 43 magisque sit standum juribus, ac testibus deponentibus pro Episcopo, quia habent pro se juris assistentiam, quàm pro Archipresbytero, ut in his terminis admittit *Innocent. in cap. auditis sub numer.* 4. *vers. Hinc colligunt, & in vers. præferentur de præscript. quem sequuta est Rota in recent. decis.* 560. *n.* 1. *ad fin. part.* 3. *& dicta Aprutina jurisdictionis* 18. *Martii* 1637. *coram Reverend. Decano, §. Non obstant testes.*

44 Non obstat, quod jura pro Episcopo compulsata de anno 1641. nulliter compulsata fuerint, quia adsunt alia jura compulsata in terra Saponariæ, vigore

secun-

secundæ compulsoriæ, *Summ. Episcopi numer.* 11. *& 2 seqq.* Hisque concurrentibus, nec non tot testibus, & processu originali supra memorato, aliisque pondera-
tis *in decisione* 578. *Buratt.* utique probant etiam scripturæ nulliter compulsatæ, *Caputaq. decis.* 234. *numer.* 2. *par.* 1. *Rota decis.* 198. *numer.* 2. *part.* 1. *decis.* 418. *nu-*
mer. 5. *part.* 2. *decis.* 723. *numer.* 7. *& 8. par.* 4. *tom.* 3. *recent.* Præsertim cum 45
scripturæ sint quamplurimæ, & in sui facie appareant antiquæ, & originales,
Rota dec. 470. *num.* 5. *part.* 4. *dec.* 341. *num.* 4. *part.* 5. *recent.*

Cum igitur non constet de nullitate, vel injustitia sententiæ Rotalis, se- 46
quitur, quod illa ob non interpositam appellationem transierit in judicatum. *Cap.*
Romana §. *si verò de appellat. in* 6. *cap. quo ad consultationem de sent. & de re jud.*
Auth. hodie C. de appellat. Neque constat de causis restitutionis in integrum adver- 47
sus illum petitæ. *Moedan. decis.* 2. *de appellat. Rota decis.* 1. *de restit. in integ. in nov. de-*
cis. 590. *numer.* 1. *part.* 5. *recent. decis.* 94. *numer.* 2. *coram Reverendissimo*
Urgell.

Prout Domini censuerunt utraque parte informante.

Ad Quæst 4. *Additio.*

Ius exemptionum est odiosum. Ista regula exemplificatur in eo, quod exemptio personalis non trahitur ad realem. *C. per exemptionem.* §. *verum de privileg. in* 6. *& ibi Geminian. & Franc. Rota decis.* 156. *numer.* 6. *par.* 1. *recent.* Nec econtrà rea is ad personalem, quatenus videlicet personalis est latior reali, cum enim nulli loco alligata sit, & exempti simpliciter quoad personas, nullum habeant locum exemptum, respectu cujus utantur privilegio suo, indè fit, ut exemptio purè personalis suffragetur etiam quoad tres casus delicti, contractus, & reisitæ, in quibus tamen casibus realis exemptio quantumcunque lata & universalibus verbis concepta, numquam prodest. *C. volentes de privil. in* 6. nisi specificè horum trium casuum mentio fiat. *Fagnan in cap. ex parte num* 45. *& n.* 49. *de privil. Rota dec.* 164. *num.* 1. *& seq. par.* 7. *recent.*

Extenditur, quia exemptio à jurisdictione non complectitur exemptionem à decimis, nisi sit talis, quæ territorium separatum tribuat, nam decimæ sunt speciali nota dignæ, ut inquit *Tamburin. de jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 15. *quæst.* 18. *numer.* 34.

Rota dec.97.num.9.& 10.par.13.& dec.289.num.2.par.16. imò ipsa exemptio à decimis expressè concessa in dubio intelligi debet de extraordinariis & temporalibus, non autem de ordinariis & spiritualibus. *Rot.d.decis.97.num.10.par.13. & dec.100. num.22.par.11.* & quod plus est, nec privilegia communicativa exemptionum, etiamsi sint generalia, comprehendunt ea, quæ sunt speciali nota digna. *d.Dec.300. num.14.par.11.& dec.24.num.3.& 4.par.13.dec.214.num.5.par.2.dec.48.num.12.par. 1.recent. Fagnan.in cap. Nuper.num.33.de decimis.*

Extenditur iterum regula suprapositæ, nam sub concessione generalis exemptionis non comprehenditur exemptio à visitatione. *Rot.decis.2. de censs. in antiq.* neque exemptio quoad curam animarum, quæ semper intelligitur ordinatio reservata per *text.in c.per exemptionem de privil.in 6.Rot.dec.600.num.10.par.4.tom.3.& dec. 301.num.9.par.11.recent.*

Limita 1. ut privilegium exemptionis sit extendendum, si alioquin sine exemptione foret inutile, *Cap. Abbate de verb. signif.l. quoties ff. de reb. dub. Butr. cons.19. num.3.* ideoque quamvis exemptio à jurisdictione ordinaria non liberet à jurisdictione Apostolica delegata, nihilominus, si quandò aliquis esset exemptus ab ordinario eidemque adhuc subjectus tanquam delegato Apostolico, deindè etiam tribuatur novum exemptionis privilegium, hoc posterius ita erit intelligendum, ut liberet non solum ab ordinaria, sed etiam à quacunque delegata jurisdictione. *Fagnan.in c.ex parte num.25.de privileg.* & idem est, si in aliquo casu ex restrictione privilegii sequeretur absurditas, ut in casu *cap. per exemptionem de privil.in 6.* ubi exemptis Clericis alicujus Ecclesiæ, etiam Canonici censentur exempti, quia absurdum foret, ut Clerici majori privilegio gauderent, quàm Canonici, ut notat *idem Fagnan. in cap. bonæ memoriæ il.1.num.7.in fine de postul. Prælat.*

Limita 2. in privilegiis exemptionum concessis ex causa & titulo oneroso, hæc enim non sunt restringenda, sed largè interpretanda, ne plus dispendii quam utilitatis privilegiatus consequatur. *Per texi. in cap. consultationi 33. in fine de privileg. latè. Rota decis.299.num.13.& per tot.par.12.recent.*

* * * *
* * *

DE-

DECISIO XXIII.

Privilegium exemptionis decimarum an & quandò dicatur subreptitium ex eo, quod in dicto privilegio non sit facta mentio eorum, quibus decimæ solvebantur. Et an privilegium communicativum includat exemptionem à decimis.

Reverend. P. D. Litta. *Est inter recent. decis. 48. par. 1.*

Valentina decimarum de Cotalva.

Lunæ 10. Decembris 1601.

SUMMARIUM.

1 *Exemptio decimarum antiquarum facta à Papa non dicitur subreptitia ex eo, quod non fuerit facta mentio Archiepiscopi seu capituli, ad quos dictæ decimæ pertinebant.*

2 *Quarta canonica de jure soli Episcopo competit.*

3 *Exemptionis materia de sui natura præjudicialis est.*

4 *Exemptio decimarum novalium dicitur subreptitia, si non fuit facta mentio eorum, qui dictas decimas exigebant, & n. 5. ampliatur num. 6.*

7 *Facilius solet derogari juri competenti ex privilegio, quàm ex juris communis dispositione.*

8 *Exemptio decimarum quibus casibus dicatur subreptitia & num. 10.*

9 *Exemptio à decimis non extenditur ad decimas, quæ juri speciali per aliquos possidentur, nisi facta eorum mentione.*

11 *Rex ubi donat Ecclesiæ aliquid, desinit esse Dominus illius.*

12 *Privilegiorum generalis communicatio, non includit privilegium exemptionis à decimis.*

FUit resolutum in privilegiis Fratrum exemptionis à solutione decimarum, non fuisse necessariam mentionem, quod decimæ, de quibus agitur, pertinerent ad Archiepiscopum & Capitulum de jure speciali, eâ ratione, quia versamur in decimis antiquis, quas Papa scit ad aliquos spectare, sive de jure communi, sive ex privilegio, donatione, aut præscriptione, & communiter ab aliquibus possideri; unde concedendo privilegium fratribus exemptionis à prædictis decimis, quod certò scit esse præjudiciale illis, ad quos spectant, & qui illas possident, sive ex dispositione juris communis, sive alio speciali titulo; non fuit propterea pro firmitate dicti privilegii necessaria mentio dicti tituli specialis ipsius Archiepiscopi & Capituli. Ita *Doct. passim in c. dudum. de privil. ubi Abb. n. 1. vers. secus dicit. Innoc. n. 4. vers. sed de proprietate. Host. n. 6. vers. nec obst at. Joan. Andr. n. 5. vers. alii tamen. Anchar. n. 3. vers. adeo enim. Card. col. 1. vers. ubi quero. Anton. de Butr. n. 6. vers. aliqui dicunt.* Et hanc opinionem tenuit *Rot. apud Cassad. dec. 1. de privil.* qui propriè loquitur de privilegio exemptionis à solutione decimarum debitarum de jure speciali, dum ibi concludit, quod privilegium de non solvenda quarta canonica suffragatur fratribus etiam non factâ mentione juris vel possessionis Capituli, subdens hanc rationem, quia Papa sciebat, vel cogitabat, quod illa ab aliquo percipiebatur, & sic quod præjudicabat his, quibus de jure communi, aut aliàs esset debita. Undè cum illa verba: *aut aliàs* posita post mentionem juris communis non possint in alio verificari, quàm in jure speciali. L. *jus singulare ff. ad legib. gloss. in clem. 1. ver. debitis. de decim.* Ideò &c.

2 Quod etiam non obscurè comprobatur, quia ibi agebatur de exemptione à quarta canonica, quam à Fratribus petebat Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, cui quidem Capitulo non competit de jure communi, nec illam habere potest, nisi de jure speciali, vel ex privilegio vel præscriptione, cum de jure communi illa competat soli Episcopo. *Cap. conquerente ubi Abb. & alii hoc notant per illum text. de offic. ordin. idem Abb. in c. 1. n. 3. de decimis. Covarruv. in c. officii. in princ. de testam. Petr. de Ubald. decanon. Episcopalic. 1. n. 5. Geminian. in c. de his. 10. q. 1. ad fin.*

3 His accedit ratio, quâ movetur *Cassad.* quia materia exemptionis est de sui natura præjudicialis, & sic Papa potuit cogitare præjudicium, quod tertiò inferebatur, quo casu non fuit necessaria aliqua mentio aut derogatio ex supradictis, ad quod etiam facit *Dec. in c. super. n. 20. de offic. deleg. & in simili tenuit Rota in causâ Pharen. pensionis 16. Februarii 1577. coram Sanctissimo Domino Nostro tunc Rotæ auditore & in Fermana pensionis 21. Junii 1593. coram R. P. D. meo Mellino.*

4 Et dum *Cassad.* constituit differentiam inter privilegium exemptionis à decimis antiquis, in quo non est opus aliquâ mentione proprietatis aut possessionis, ex quo Papa scit eas ab aliquo possideri, & privilegium exemptionis à decimis novalium, respectu quarum potuit Papa probabiliter credere nulli præjudicium generari, cum illæ de terris noviter ad culturam reducendis debeantur, & possibile sit, imò multum verisimile

rissimile, quod nullus eas adhuc possideat, & ob id sit necessaria mentio possessionis illius, cui præjudicatur, allegando *Dec. cons.* 113. *col. fin. vers. secus in decimis novalium & Mill. in repert. ver. privilegium impetratum super decimis &c.* Visum fuit Dominis propriè decidere casum nostrum, in quo agitur, ut dictum est, de exemptione à decimis antiquis, quas Papa verisimiliter sciebat ab aliquibus possideri, & ad aliquos spectare sive de jure communi, sive de jure speciali. Hancque decisionem Cassadori fuit Rota secuta in pluribus causis hîc per informantes relatis, quibus addebant Domini *Peregrin. decis.* 38. *l.* 1. & eandem opinionem tenuerunt *Cardin. cons.* 92. *n.* 3. *vers. præterea Crot. cons.* 94. *n.* 27. *lib.* 1. *Ferret. cons.* 102. *n.* 11. & *cons.* 258. *n.* 10. & *seqq.* qui in specie dicit *Oldrad. cons.* 268. intelligi debere de privilegio exemptionis à solutione decimarum novalium.

Neque obstare dictum fuit doctrinam ejusdem *Cardin. in d. c. dudum in vers.* § *quæro quod si pars* quia fuit responsum non esse contrarium his, quæ suprà dixerat cum *Ioan. Andr.* & *alus.* Sed ibi loqui in privilegio exemptionis à decimis novalium, in quo est facienda mentio possessionis à Papa probabiliter ignoratæ, & de istis etiam novalibus loqui *text. in cap.* 2. *de decim. in* 6. *Abb. in cap. causam quæ. n.* 2. *numer.* 5. *de testibus. Menoch. consil.* 36. *lib.* 1. *Covarr. lib.* 1. *var. resol. cap.* 17. *numer.* 24. & in his terminis debere intelligi omnes Doctores, qui tenent in concessione exemptionis à solutione decimarum debere fieri mentionem possessionis eorum, quibus præjudicatur, vel saltem intelligendos esse respectu decimarum, quæ ante Concilium Lateranen. Laicis concessæ fuerunt in feudum, in quibus diversa ratio militat, ut inferius demonstrabitur.

Non obstat, quod aliàs in quibusdam decisionibus per informantes pro Archiepiscopo & Capitulo allegatis, fuerit dictum, decisionem Cassadori procedere respectu duntaxat decimarum, quæ competunt de jure communi, signanter *in Valentina decimarum* 9. *Iunii* 1597. *coram R. P. D. meo Pamphilio, & in alia Valentina decimarum* 1. *Iulii* 1598. *coram R. P. D. meo Seraphino.* Quia contrarium verius esse dicebatur constare ex supradictis & ex lectura ipsiusmet decisionis Cassadori ibi: *aut altàs,* quæ verba, ut dictum est, maximè attenta subjecta materia, de qua tunc agebatur, vel de exemptione à quarta canonica, quæ mininè de jure communi spectare poterat ad capitulum, non possunt verificari, nisi in jure speciali. 6

Nec movit Dominos ratio illa, super qua fundantur dd. decisiones, nempè præsumptæ ignorantia prioris privilegii tertiò competentis, cui præjudicatur; quia indistinctè non procedit, cum regulariter facilius soleat derogari juri competenti ex privilegio, quàm ex dispositione juris communis. *L. ejus militis* § *militia missus ff. de militari testam. Achill. dec.* 2. *de privileg.* 7

Ultra, quod non potest applicari casui nostro, & sic concessioni exemptionis à solutione decimarũ antiquarum: dato, quod decimæ prædictæ ad aliquos spectent de 8

jure

jure speciali, & sic ex privilegio, eâ ratione, quia cum hujusmodi gratia exemptionis ex sui natura præsupponat præjudicium tertii, & sic illius, ad quem decimæ spectant, seu à quo possidentur, Papa concedendo d. gratiam, videtur tacitè derogare jurti illius, & de possessione facere mentionem, ut inquit *Cassadorus ubi supra num.* & benè posset supradicta ratio præsumptæ ignorantiæ Papæ respectu præjudicii quod tertiò infertur, applicari ubi ageretur de exemptione à solutione decimarum novalium, ratione, de qua suprà, aut si ageretur de decimis ante Concilium Lateranense Laicis in feudum concessis, ut inferius respondendo in contrarium addubitatis *ex Ioan. Andr. in cap. Nuper. num. 4. de decimis* explicabitur. Vel si quæstio esset de decimis spectantibus ad Regem, vel ad aliam personam speciali notâ dignam ad *text. in cap de multa in fine vbi: circa sublimes de præben. cum aliis, de quibus per Nat. cons. 686. num. 5.* vel de spectantibus ad aliquem titulo oneroso *ad decis. Mohedan 350. aliàs 11. de jure patron.* vel quandò tractaretur de secundo privilegio decimandi in concursu primi alteri personæ concessi, eâ ratione, quia Papa dum concessit secundum, potuit probabiliter ignorare primum à se, seu à prædecessoribus suis alteri personæ concessum, quod si sciviſſet, verisimiliter non concessisset, cum non deceat Principem esse varium, & quod uni concessit, illud idem ex post alteri concedere & in his terminis dicebatur procedere deducta *in cap. 1. de rescript. ex l. decurionibus C. de silentiariis lib. 11. cum aliis allegatis per Suarez alleg. 28. n. 10. relato in supradictis decisionibus DD. meorum Seraphini & Pamphilii.*

9 Ad deducta pro Archiepiscopo & capitulo *ex Ioan. Andr. in c. nuper n. 4. de decim.* quem sequuntur *Bart. n. 5. Anchar. n. 8. & Cardinal. in 2. col. vers. quinto quæro.* dum tenent privilegium exemptionis à decimis non extendi ad decimas, quæ de jure speciali possidentur per aliquos, nisi in d. privilegio sit factamentio specialis eorum possessionis &c. fuit responsum *Ioan. Andr. & alios* qui eum sequuntur loqui de decimis, quæ ante Concilium Lateranense Laicis concessæ fuerunt in feudum, quibus ex verisimili mente Papæ non præsumitur præjudicarum ex tali privilegio exemptionis. Tum quia Papa probabiliter potuit jus & possessionem illorum ignorare, & consequenter præjudicium, quod eis inferebatur, cum regulariter Laici sint incapaces juris decimandi, & possessionis spiritualium. *Cap. causam quæ de præscript. not. in cap. benè quidem dist. 96.* Tum etiam, quia difficilius solet Papa jure competenti Laico ex sua concessione præjudicare, quàm competenti Clericis seu Ecclesiasticis personis. *Arg. cap. cum dilectus de jure patron.*

10 Nec placuit Dominis illud motivum, quod per informantes pro Archiepiscopo & Capitulo fiebat, vel quod videamur versari in decimis novalium propter recuperationem terrarum à Mauris, siquidem quia jure cautum non reperitur, quod recuperatio terrarum decimalium operetur, ut decimæ, quæ postmodum levantur ex dictis terris, dicantur decimæ novalium, cum illæ semper fuerint debitæ Ecclesiis,

licet

licet ex accidenti propter occupationem dictarum terrarum à Mauris; eisdem Ecclesiis non fuerint solutæ, undè cum tandem mediante donatione Regis reversæ fuerint ad Ecclesiam, ex tunc inposterum suam primævam naturam verè recuperasse dicuntur. *Arg. l. postliminium ff. de cap. & postlim. revers. Oldrad. cons. 91.* & benè ad hoc fuit illa S. Ludovici Regis constitutio Senonibus emanata de mense Martii anno 1269. qua statutum fuit, quod decimæ reversæ ad Ecclesiam ex tunc & deinceps semper censeantur & reputentur merè Ecclesiasticæ tanquam ad originem & primum suum statum reversæ, de qua fit mentio per *Renatum Choppinum in tract. de Doman. Franciæ lib. 3. tit. 23. n. 7.*

11 Nec facit, quod decimæ, de quibus agitur, fuerint aliàs concessæ Regi Catholico, & quidem, utprætenditur titulo oneroso, & quod propterea non sit verisimile, quod Papa voluerit, non facta mentione d. juris in concessione exemptionis, eidem in aliquo præjudicare *ex deductis in cit. dec. DD. meorum Seraphini & Pamphilii.* quia fuit responsum, quod statim, atque d. decimæ fuerunt donatæ Archiepiscopo & Capitulo desierunt esse ipsius Regis, undè Papa postmodum concedendo exemptionem Fratribus, in aliquo non dicitur lædere jus regium, sed benè jus Archiepiscopi & Capituli donatariorum, de quorum jure & possessione non debuit fieri mentio ex supradictis; sicut etiam non potest dici, quod agatur de decimis ex titulo oneroso, cum reverà Archiepiscopus & Capitulum eas habeant & possideant ex titulo donationis, & sic ex causa merè lucrativa, ad quod faciunt *not. per glos. in c. dilectus il. 3 in ver. Regis de præbend.*

12 Nec obstant deducta ex regula *l. si eum §. qui injuriarum ff. si quis caut.* quia non procedit respectu eorum, quæ maximè concurrunt in ipsum subrogatum, qualis est dignitas regia, & titulus ille onerosus, quo mediante Rex ipse effectus fuerat capax juris decimandi, quæ minimè per dictam donationem decimarum translata fuerunt in ipsos donatorios, cùm, ut modò dictum est, Archiepiscopus & Capitulum decimas prædictas habeant & possideant ex titulo merè lucrativo, & indultum favore certæ personæ qualificatæ non debeat extendi ad aliam dictâ qualitate carentem. *Ad text. in §. sed & quod instit. de jure nat. gent. & civ. l. 1. ff. de const. princ.*

13 Ad illud verò, quod in generali communicatione privilegiorum non veniat privilegium exemptionis à solutione decimarum, fuit responsum, esse extra dubium, nam dum disputatur, an in eo sit facienda mentio juris specialis, illud in necessarium antecedens videtur præsupponi, de cujus tamen præsuppositi veritate, quatenus opus sit, poterit ad partes videri, sicut etiam poterit particulariter videri, an in hujusmodi concessione exemptionis esset facienda mentio, quod dd. decimæ, saltem pro parte quæ spectat ad capitulum, deservirebant pro distributionibus quotidianis Capitularium.

Et ita &c.

DECISIO XXIV.

Privilegium exemptionis à solutione decimarum, quod habent equites Hierosolymitani, quomodo intelligatur, & quibus suffragetur.

Reverend. P. D. Meltio.

Cæsaraugustana decimarum.

Lunæ 12. Decembris 1650.

SUMMARIUM.

1. *Arbitrium regulatur à jure.*
2. *Arbitrium remittit aliquid de juris rigore.*
3. *Arburium non dat facultatem recedendi à dispositione juris.*
4. *Decimæ habent viam executivam.*
5. *Decimæ solvendæ sunt etiam lite pendente.*
6. *Episcopus habens possessionem decimarum in ea manutenere debet.*
7. *Appellatio non datur à condemnatione ad solvendum decimas, quando petitor est in possessione eas percipiendi.*
8. *Arburium non intrat pro retardanda executione decimarum.*
9. *Possessor lite pendente suâ possessione privari non debet.*
10. *Exceptiones requirentes discussionem rejiciuntur ad petitorium.*
11. *Privilegia Religionis Hierosolymitanæ super non solutione decimarum non impediunt possessori manutentionem, quousque benè discutiantur.*
12. *Possessio decimarum per testes probatur, & sufficit quod illi de decimis deponant, n. 13.*
14. *Privilegia in exorbitantibus debent esse specifica.*
15. *Privilegium exemptionis decimarum strictè est intelligendum.*
16. *Privilegium exemptionis tantum operatur, quantum in eo exprimitur.*
17. *Donati Religionis Hierosolymitanæ gaudeant exemptione à decimis.*
18. *Et quid de oblatis?*

19 *Privilegium exemptionis decimarum expressam derogationem* cap. nuper *de decimis continere debet.*

20 *Dispositioni conciliari non derogatur nisi per specialem derogationem.*

21 *Derogatio specialis ubi non est, indicat defectum voluntatis.*

22 *Constitutio Pii V. super exemptione decimarum, de quibus decimis loquatur.*

23 *Exemptio à decimis non solet concedi, nisi cum maxima difficultate.*

24 *Exemptio decimarum dicitur odiosa, & ideò restringenda.*

25 *Clausula* sublata *& decretum irritans, nihil operantur in casu non comprehenso.*

26 *Decimæ spirituales solvuntur ratione bonorum patrimonialium.*

COmmissa mihi hac causa in gradu appellationis cum clausula, non retardatâ solutione arbitrio Rotæ proposui dubium, an intraret arbitrium ad effectum supersedendi in solutione decimarum, de quibus agitur; & Domini illud non intrare censuerunt. Nam arbitrium à jure regulandum est juxta doctrinam *Bart.* 1
in extravag. Ad reprimendam, ver. indeb. n. 8. Cas. de Graff. decis. 7. num. 6. in fine & de-
cis. 8. num. 2. de re judic. Rota in recent. decis. 365. num. 1. par. 1. & decis. 698. num. 1. par. 2.
& decis. 550. num. 1. 264. num. 1. par. 7. & septisimè in alijs, & licet arbitrium soleat a- 2
liquid remittere de rigore juris. *Crescent. decis. 4. num. 3. de testib. Seraphin. dec. 1114.*
num. 1. non tamen tribuit facultatem recedendi ab illius dispositione. *Rot. dec. 312.* 3
num. 1. par. 4. recent. Undè cum agatur de decimis, pro quibus competit via executi-
va, atque à decretis ad earum solutionem condemnantibus non admittatur appella- 4
tio suspensiva *ad text. in cap. ex multiplici & cap. tua nobis de decim. Piasec. in praxi Epi-*
scopali par. 2. cap. 4. tit. de decimis, num 59. Joan. Francisc. Leo in Thes. fori Eccles. par. 2.
cap. 27. num. 42. Scacc. de appell. quæst. 17. Limit. 18. num. 1. cum pluribus aliis relatis
per Modern. Mediolanen. de decimis cap. 8. num. 58. qui declarat etiam commissionem
appellationis in causa decimarum dari cum clausula, sine retardatione solutionis;
nam pendente etiam lite illæ sunt solvendæ, ut testatur *Marchesan. de commiss. ap-* 5
pell. à causa decimarum §. 1. numer. 43. & seq. & numer. 62. ideò arbitrium intrare
non potest pro retardanda executione solutionis, maximè stante possessione Ar- 6
chiepiscopi illas exigendi, qui in ea est manutenendus, *ex vulg. §. retinendæ. Instit.*
de interdict. & in terminis decimarum. *Rot. dec. 402. n. 2. par. 2. recent.* & fuit resolu-
tum *in Carpentr. acten. decim. 4. Julii 1618. coram b. m. Manzanedo. & in Hispalen. de-*
cimarum 27. Junii 1644. coram R. P. D. Corrado, & in alia Hispalen. decim. de Baraona
12. Januar. 1646 coram R. P. D. meo Cerro nec non in alia simili 15. Febr. 1647. coram me.
& 15. Junii 1649. coram R. P. D. meo Bichio. Toletana decim. 21. Junii 1649. coram R. P. D.
meo Ottobono, & in alia Toletana decim. 28. Jan. preteriti coram R. P. D. meo Rotas. Erpiæ- 7
sertim quod nō detur appellatio sine retardatione solutionis decimarū, quandò illas

petens eſt in poſſeſſione exigendi, tradit *Gomeſ.in praxi utriuſque ſignaturæ num.*8 prout in puncto, quod in his terminis non intret arbitrium, firmavit *Rota decis.* 1. *numer.* 1. *& ſeq. inter impreſſ. apud Modern. de manuten.* ubi aſſignatur ratio, quæ eſt, ut neque de jure, neque de æquitate poſſeſſor privari debeat jure ei competente 9 pendente lite, *gloſ.in cap.*1. *ver. deferre ubi Abb.num.*4. *ut lite pend. Dec.conſ.*92.*n.*1. *Put.dec.* 497. *num.*1. *lib.*2.

Non obſtant privilegia ſacræ Religionis Hieroſolymitanæ circa exemp- 10 tionem à ſolutione decimarum, quia illa impedire nequeunt, ut Archiepiſcopus poſſeſſor in ſua poſſeſſione continuando exigere poſſit à debitoribus, dum non ſunt clata, ſed aliquam requirunt diſcuſſionem, quæ proindè remittenda ſunt ad petitorium. *Rota apud Poſt. de manuten. deciſ.* 157. *numer.*5. *& d.deciſ.* 211. *num.*3. *& ſeqq. ac in aliis omnibus deciſionibus ſupra relatis. & ſignanter in Hiſpalen.decimarum coram R. P. D. meo Corrado.* §. *quia ſint &c. & in alia Hiſpalen. decimarum de ea-* 11 *rdona coram R.P.D.meo Cerro.* §. *nec relevat* quæ loquitur in terminis privilegiorum Sacræ Religionis Hieroſolymitanæ, & interim, ut retardari non poſſit manutentio poſſeſſori, donec & quouſque illa plenius fuerint diſcuſſa, firmavit *Rota d. Hiſpalen.decimarum* 15. *Februarii* 1647. §. *undè & in eadem* 19. *Junii* 1648. §. *non obſtat coram me.* Poſſeſſio enim relevat, ac ſuum parit effectum, quotieſcunque e l tempus is conſiderabilis, ut in iſto caſu, etiamſi eſſet nedum contra præſump- 12 tionem juris, ſed etiam contra jus; quæ quidem Archiepiſcopi poſſeſſio per longum tempus probatur ex depoſitionibus duorum teſtium, quæ dantur in ejus *Summario numer.*2. imò ad iſtum effectum declarat *Mareſcot. var. reſol. lib.*1. *capit.* 13 11. *numer.*55. ſufficere poſſeſſionem decennalem. *Cancer. var. reſol. lib.*3. *capit.*14. *numer.*4. *Rota in Mediolanen. nominis Capituli* 10. *Martii* 1649. §. *quia reſpondetur coram me. & in Beneventana emphyteuſis* 1. *Julii præteriti.* §. *adeò quod coram* R. *P.D.meo Bichio.*

Quod autem d.privilegia ſint valdè dubia, patet. Nam illud Sixti V. con- 14 tinet quidem communicationem privilegiorum in genere, quod propterea non recipit extenſionem, ut comprehendere valeat exemptionem à ſolutione decimarum ſpiritualium, quæ tanquam exorbitans à jure communi, ac tertio præjudicialis ſub generalitate verborum comprehendi non poterat, ſed ſpeciali nota digna erat. *Tamburin. de jure Abbat.tom.*1. *diſp.*15. *quæſt.*18. *num.*34. *& ſeq. Cavaler. dec.* 247. *num.*10. *verſ. tandem. Rota in recent. dec.* 214. *num.*1. *par.*2. *dec.*40. *num.*8 *par.*4. *& dec.*30. *num.*9. *ead. par.*4. *tom.*2. *& coram Coccino dec.*279. *num.*3. ubi in his præciſis terminis dicitur, quod in communicatione privilegiorum non veniunt, quæ de facili concedi non ſolent, niſi de eis fiat ſpecialis mentio.

Minus applicatur conſtitutio 9. Pii V. §. 63. per quam conceditur omnibus dependentibus ab Hoſpitali Hieroſolymitano exemptio decimarum ac aliorum o-

nerum,

nerum, collecta um atque contributionum; quia illa loquitur tantum de Fratribus d. hospitalis, de Donatis ac servitoribus illius, nec non de Vasallis, atque colonis inservientibus in Prioratibus, Bajulivatibus, Commendis, domibus, membris aut aliis prædiis, sive granciis, non autem de istis Donatis confratribus Hierosolymitanis, qui confraternitatem erexerunt sub invocatione SS. Joannis & Georgii in Ecclesia B. Mariæ de Temple civitatis Cæsaraugustanæ, qui in nihilo religioni inserviunt, sed uxorati continuo remanent in propriis domibus, unde ad illos extendi non potest privilegium exemptionis decimarum, quod strictè intelligendum venit, ut per *Coccin. d.dec.279. num. 5.* nec ultra in eo expressum quidquam operari potest. *Cap. per exemptionem de privil. in 6. Rota decis.30. num.4. par.6. recent.* 15 16

Et quod Donati uxorati in propriis domibus commorantes tali privilegio seu exemptione non gaudeant, sed teneantur ad jura Episcopalia persolvenda tradit *Cardin. Zabarella cons.21. in fine.* ac declaravit S. Congregatio Concilii in terminis oblatorum d. Religionis Hierosolymitanæ, quæ declarationes recensentur *à Barbosa de jure Eccles. lib.1. cap.39. §.2. n.44. & seqq. & firmavit etiam Rota in decis. hujus causæ sub die* 10. *Junii* 1643. *quia non solum in fine coram me.* ubi habetur, quod aliàs esset aperire viam fraudandi decimas. 17 18

Valdè etiam dubitarunt Domini de validitate hujusmodi privilegii, eò quia ind. constitutione Pii V. non legitur expressa derogatio *ad cap. nuper. de decim.* quod uti conciliare specificam illam requirebat. *Archidiac. in cap.1. num.2. de constit. Cocc. decis.279. num.6. & decis.341. num.2. versic. tamen quia par.1. recent. Cavaler. decis. 247. num.10. Rota apud Post. de manuten. dec.157. n.4. & fuit dictum in Vercellen. decimarum* 13. *Novemb.* 1645. §. *non obstat, &* 15. *Januarii* 1646. §. *nec obstare coram R.P.D. meo Cerro. cum aliis copiosè relatis in d. Hispalen. decimarum* 17. *Junii* 1611. *coram Sanctissimo Domino Nostro Innocent. X.* & cessante hac specificâ derogatione, ut dari possit de defectu voluntatis respectu Papæ concedentis est *text. in cap. ex parte. de capell. Monach. Felin. in c. nonnulli num.2. de rescript. Oldrad. consil.326. in princip. Verall. decis.167. in princip.* 167. *par.1.* 19 20 21

At supposito etiam quod de dictæ Pianæ constitutionis validitate dubitari non contingeret, nihilominus illa neque suffragari posset Donatis confratribus Hierosolymitanis, nam concedit tantum Equitibus Hierosolymitanis exemptionem quoad solutionem decimarum extraordinariarum temporalium, atque aliorum ab homine impositorum, nempè datiorum, pedagiorum, taxarum, & similium, quæ in pluribus locis ratione taxæ vel recognitionis solvi solent dominis locorum, non autem quoad decimas ordinarias spirituales, & quæ jure divino debentur, ut pluries firmavit *Rota & signanter coram Seraphino decis.* 1293. *num.6. vers. adeò illa verba. Cavaler. d. dec.247. num.11. Put. dec.65. lib.3. & fuit dictum ind.* 22

in d. Hispalen. decimarum coram R.P.D. meo Corrad. §. tum quia. & in allegatis Vercellen. decimarum 13. Novemb. 1645. §. hinc enim. & 15. Ianuarii 1646. §. quæ responsio coram R.P.D. meo Cerro. & in d. Toletana decimarum 21. Iunii 1649. coram R.P.D.

23 *meo Ottobono §. imò privilegium.* ex quo enim versamur in exemptione à decimis, quæ non solet concedi, nisi cum maxima difficultate, ut fuit dictum *in Valentina*

24 *decimarum 28. Novembris 1603. coram Cardin. Lancelloto iuniore.* Imò habetur pro materia valdè odiosa, propterea quantum fieri potest, strictè ea debet interpretari. *Rot. dec. 271. num. 6. par. 4. recent.*

Demum non obstat *decisio in Cæsaraugustana decimarum coram Penia*, dum in ea firmatur sufficere productionem privilegii, absque eo quod in judicio executivo agatur de illius validitate: quia in illo casu actor non reperiebatur in longa quasi possessione exigendi decimas à reis conventis, prout hîc clara est quasi possessio Archiepiscopi ultra spatium decem annorum exigendi à confratribus Donatis, ut supra fuit ostensum. Et ulterius d. decisio fuit postea etiam declarata peculiam editam *17. Iunii 1611. coram Sanctissimo Domino nostro*, scilicet, ut non procedat, quandò jam fuit detectum privilegia non suffragari, quæ ut non sufficient in hoc casu Donatis confratribus Hierosolymitanis optimè colligitur. Tum quia ipsi non sunt comprehensi in privilegiis concessis Equitibus Hierosolymitanis, ut jam deductis; undè dicere non possunt se privilegiatos, nec viam executivam im-

25 pedire valent, etiam non obstante clausula *sublata*, & decreto irritandi, quæ alioquin claudunt os judici & parti: de reliquo autem nihil operantur in casu non comprehenso à privilegio. *Rot. decis. 109. num. 18. & seq. par. 6. recent.* Tum quia privi-

26 legia hujusmodi nec ipsis Equitibus Hierosolymitanis prodesse possunt, nam agitur de decimis spiritualibus, quæ solvuntur ratione bonorum patrimonialium, ut habetur *in Hispalen. decimarum de Baraona 16. Martii 1646. coram R.P.D. meo Corro §. & in hanc sententiam. Et in alia sæpius allegata Hispalen. decimarum 27. Iunii 1644. coram R.P.D. meo Corrado.*

Et ita concluſum informante tantum Reverendiſſimo D. Archiepiſcopo &c.

* * * *
* * *

DE.

DECISIO XXV.

Exemptio à solutione decimarum, ut dicatur validè obtenta quid requiratur, & in dubio non censetur concessa de decimis spiritualibus, quarum exemptio difficulter obtinetur.

R. P. D. Albergato. *Est in recent. decis. 182. par. 12.*

Ferrarien. Decimarum.

Veneris 26. Maii 1656.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus habet intentionem fundatam super perceptione decimarum pro sua portione canonica.*
2 *Parocho debentur decimæ de omnibus Parochiis intra suæ Parochiæ limites existentibus.*
3 *Exemptio decimarum requirit derogationem cap. nuper de decimis.*
4 *Amplia, quia requiritur derogatio specialis.*
5 *Decimæ ordinariæ sunt de jure divino institutæ, & ad quid deserviant n 6.*
7 *A solutione decimarum exemptus, à quibus decimis dicatur exemptus.*
8 *Privilegium declaratur ex suo tenore.*
9 *Exemptio decimarum generalis intelligitur de temporalibus.*
10 *Verba generalia generaliter intelligenda, maximè in concessionibus onerosis.*
11 *Exemptio à decimis est odiosa.*
12 *Privilegia in præjudicium tertii strictissimè intelliguntur.*
13 *Exemptio à decimis non solet concedi, nisi cum magna difficultate.*
14 *Exemptio quantumvis generalis non comprehendit decimas spirituales, & num. 15. & 16.*
17 *Bona non desinunt esse libera & allodialia ex onere solvendi decimas spirituales.*
18 *Defectus jurisdictionis non potest allegari, dum causa fuit commissa vigore jactationis & jactationum.*
19 *Commissio efficitur communis per citationem ad dicendum contra.*
20 *Per contradictas potest procedi contra obtinentem commissionem.*
21 Man-

21 *Mandatum ex impensa præsumitur.*
22 *Executor ille debet exequi litteras Apostolicas, quin in eis reperitur nominatus.*
23 *Mandati fines nullo modo transcendi debent.*
24 *De privilegii executione aliud est, si agatur, & aliud, si de illius interpretatione.*
25 *Clausula sublata & decretum irritans claudunt os judici.*
26 *Non tamen impediunt judicare debilis, quæ in litteris non comprehendatur.*

COntroversiam jamdiu inter mensam Episcopalem Ferrariæ, & Marchionem Entium Bentivolum super solutione decimarum de bonis in agro Ferrariensi ab ipso ad culturam redactis excitatam, ad favorem Eminentissimi Cardinalis Pii Ferrariæ Episcopi, & litis consortium, ipsis decimas deberi respondendo, hodie Domini determinarunt. Habet enim de jure fundatam intentionem non solum
1 Episcopus super perceptione decimarum pro sua portione canonica, in dispositione *Cap. conquerente 16. §. hoc autem de off. ordin. cap. primo 16. quæst. 7. Rot. coram Seraphino decis. 1204. num. 2. Martin. Andr. decis. 6. num. 10. & s. 99. Cavaler. decis. 487. num. 1. & in recent. decis. 64. num. 1. & seqq. par. 5. & in Toletana decimarum de Vesiul. 26. junii 1654. §. probata igitur coram Reverend. D. meo Decano.*

Verum etiam & Parochi unà cum ipso in causa venientes, quibus decimæ debentur de omnibus prædiis intra limites suarum Parochiarum existentibus
2 juxta determinationem *cap. cum contingat 29. ubi glos. in ver. de jure communi & cap. eum in tua 30. de decim. Rota decis. 667. numer. 3. par. 4. recent. & in Pampilonen decimarum de Ussurbil. 1. Julii 1648. in princ. & 1. Februarii 1649. §. insuper etiam assistentia coram R. P. D. meo Celso, & in Leodien. Decimarum 27. Januarii 1651. §. institia etiam, & 22. Aprilis 1652. §. incontrovertibilis coram R. P. D. meo Melii, & in Calagurritana decimarum de Ocon 1. Julii 1654. §. validitas enim coram R. P. D. meo Cerro, & in Novarien. juris decimandi 3. Decembris 1655. in princ. coram R. P. D. meo Zarate.*

Nec dominis de Bentivolis visa est suffragari exemptio dicto Marchioni
Entio à San. memoriæ Paulo V. speciali privilegio concessa continens liberationem
à solutione decimarum pro medietate bonorum Marchionis industria exsiccando-
3 rum. Vel quia exemptionis privilegium non continet derogationem. *Cap. nuper de decim.* cujus dispositio, uti Concilii Lateranensis, explicitam mentionem & dero-
4 gationem specialem requirit, nec subintellecta aut verbis generalibus concepta suffragatur. *Rota apud Mohedan. decis. 7. num. 2. de locato. Coccin. decis. 279. num. 6. & in recent. decis. 42. numer. 10. par. 7. & apud Modern. Perusin. de manuten. decis. 157. numer. 3. & in Hispalen. decimarum 21. Junii 1649. §. minus relevat coram R. P. D. meo Bichio, & in Toletana decimarum 28. Junii 1650. §. nec pariter coram*

Reveren-

Reverendissimo Tarraconen. & in Cracovien. decimarum 20. Martii 1651. §. neque ipsis Patribus coram R.P.D.meo Verospio, & in Calagurritana decimarum S. Ascensi & Dathillo 17. Aprilis 1654. §. minusque exemptionem coram R.P.D.meo Zarate.

Vel quia cum decimæ ab Eminentissimo Episcopo & Parochis hodie peti- 5
us, sint ordinariæ, omninò spirituales, & jure divino institutæ, ut sint cibus in
domo Domini, & in recognitionem dominii universalis Dei Parochis, quasi ejusdem 6
Deiprocuratoribus solvantur, de istis non potest intelligi indultum exemptio nis, sed
à decimis temporalibus vel extraordinariis à Pontifice, Legato, aut Nuntio impositis eximere solummodo dicendum est, juxta distinctionem *Baldi & Felini*, *quam in* 7
propriis terminis sequitur Rota coram Puteo decis. 65. in correct. lib. 3. Seraphin. dec. 1293. num. 6. vers. ideò nulla verba. Cavaler. decis. 247. num. 11. Rota in Toletana decimarum 29. Novemb. 1605. coram Justo apud Marchesan. de commiss. par. 2. fol. 596. num. 1. & in Hispalen. decimarum 27. Junii 1644. §. tum quia, coram Eminentissimo Card. Corrado. & in Vercellen. decimarum 13. Novemb. 1645. §. hinc etiam & 15. Januarii 1646. §. quæ responsio coram R.P.D.meo Cerro, & in Hispalen. decim. de Baraona 16. Martii 1646. § item & §. & supposito coram R.P.D.meo Meltio. & in Toletana decimarum 13. Novemb. & in hanc coram eodem. & in Cæsaraugustana decimarum 12. Decemb. 1650. §. quod au-
1651. §. non obstant allegata coram R.P.D.meo Peutingerio. 8

Hæcque exemptionis interpretatio ex privilegii ipsius tenore corrobora-
tur, nam in eadem oratione & contextu bona Marchioni concessa eximuntur *ab investituris, primogenituris, fideicommissis tam purificatis, quàm purificandis, nec non à quacunque hypotheca, & obligatione, ac decimarum & aliarum responsionum ac recognitionum solutione, & præstatione, censibus, &c. ut in summario Eminentissimi Episcopi num. 4.* Verba autem antecedentia & subsequentia, quæ me- 9
ram temporalitatem præseferunt, decimas in medio existentes de prophanis omnino & temporalibus intelligendas esse declarant. *Surd. consil. 282. numer. 12. Rota in d. Toletana coram Justo apud Marchesan. ubi sup. num. 1. in fine Coccin. decis. 279. num. 3. vers. quia ex structura verborum, & in d. Hispalen. decimarum 27. Junii 1644. §. tum quia coram Eminentissimo Card. Corrado, cum concordantibus in Sarsinaten. feudi 22. Junii 1645. §. ultima conjectura coram Reverend. D. meo Decano, & fere interminis decis. 182. num. 12. par. 7. recent.*

Non obstat, quod exemptionis verba sint universalia, & quod privilegium titu- 10
lo oneroso concessum fuerit: visum est enim Dominis causam onerosam sufficientem
compensationem recepisse ex concessione medietatis bonorum bonificandorum facta Marchioni, cum illorum exemptione ab investituris, fideicommissis, hypothecis,
obligationibus &c. & à decimis ab homine impositis, adeò ut necessarium non fuerit
privilegium ad decimas spirituales extendere resistente naturâ exemptionis, quæ tan- 11
quam odiosa *Rot. decis. 271. n. 6. par. 4. recent. & in d. Toletana decimarum 20. Januarii*

12 1650. §. *nihilominus coram Reverendissimo Tarraconensi*, strictissimè intelligenda est, ut minimum sit, quantum fieri potest tertii præjudicium. *Oldrad. consil. 28 num. 1. vers. sed in contrarium. Gutierez. canonic. quæst. cap. 21 num. 123. lib. 2. Rot. decis. 291. num. 9. par. 5. recent. & in Cracovien. decimarum 9. Februarii 1645. coram R. P. D. meo Bichio.*

13 Stante autem defectu derogationis *d. cap. super de decim.* & quod exemptio ab hujusmodi decimis non nisi cum magna difficultate & causæ cognitione concedi solet. *Rota coram Coccino d. decis. 279 num. 4. & decis. 214. num. 5. vers. quia hujusmodi*

14 *exemptio. par. 2. recent.* Verba quantum vis ampla decimas spirituales non complectuntur. *Rot. apud Marchesan. ubi supra*, quia eorum universalitas restringitur ad

15 onera temporalitatem redolentia, qualia erant illa, de quibus immediatè ante habita fuerat mentio. *Cyriac. controv. 313. num. 38. Rota coram Mantica decis. 65. num. & decis. 194. num. 94. par. 5. recent.* & in effectu nullam aliam fuisse mentem suppo-

16 cantis, & Papæ concedentis, quam ut bona essent omninò allodialia & libera, extendunt verba Marchionis. *& in summa che la detta mata è restituita tutto allodiale, e libera*, qualia esse non desinunt ex onere decimas spirituales solvendi. *Alcat. cons. iii. 27. num. 25. & seq.*

Objectus præterea jurisdictionis defectus resolutionem Rotalem impedire non valuit, quia in vim specialis commissionis jactationis & jactationum contra Episcopum tunc temporis viventem, fuit pro parte Dominorum de Bentivolis causa in Rota commissa, *Summar. num. 1.* qua stante commissione sicuti Domini de Bentivolis in Rota absolvi poterant à jactationibus & molestiis per Episcopum illatis, ita vigore ejusdem commissionis per citationem ad dicendum contra communis effectæ, potuit iste contra illos sententiam favorabilem reportare. *Rota in Nullius de*

17 *num. 5. lib. 1. Franc. Anton. Costa cons. 20. n. 20. Cardin. Mantica de tacit. & ambig. lib. 4. Carrettis apud Marchesan. de commiss. par. 2. fol. 231. num. 1. vers. qua ergo ratione & decis. 254. num. 1. par. 1. divers. & decis. 643. num. 7. par. 4. tom. 3. recent. Addent. ad S. mem.*

18 *Gregor. XV. dec. 552. num. 8.* ubi quod contra impetrantem commissionem procedi potest per contradictas *Merlin. decis. 745. num. 4. & seqq.* ubi quod potest pronunciari tam in petitorio, quàm in possessorio. *Buran. dec. 60. num. 35.* & perperam objicitur procuratorem, qui commissionem obtinuit, mandato caruisse, quia eximpensa Juniorum 15. facta ab ipso in expeditione citationis cum inhibitione, &

19 tione ad dicendum contra, mandatum habuisse præsumitur. *Adden. ad Burat. dec. 593. num. 16. Rota dec. 440 num. 6. in fine par. 2. & decis. 187. num. 16. par. 6. recent. & in Romana subhastationis de Alexiis 13. Febr. 1647. §. de possessione autem coram R. P. D. meo Cerro.*

20 Minus refragatur, quod in indulto Illustrissimus Cameræ Apostolicæ Thesaurarius deputatus fuerit illius executor, quemadmodum enim in eodem indulto decimæ spi-

mæ spirituales nòn comprehenduntur, ita nec attributa executori jurisdictio circa eas versatur, cum extra fines indulti egredi nullo modo possit. *Alciat. in l. impetrium 3. num. 210. ff. de jurisd. omn. jud. Bellon. de mandat. jurisd. cap. 9. quæst. 3. num. 14.* & cum non agatur hodie de privilegii executione, sed de illius interpretatione, parum utique Rota de hujusmodi decimis omninò spiritualibus, & in indulto non contentis, judicare; ut in simili dicimus de clausula *sublata*, & decreto irritanti, quæ licet judici & partibus claudant; non impediunt tamen, quin judex de iis, quæ in dd. litteris Apostolicis comprehensa non sunt, judicare possit. *Rota decis. 341. n. 3. par. 1. recent. & in Romana fideicommissi de Victoriis 16 Januari 1653. §. præfatam denique coram R. P. D. meo Verospio.* 21 22 23 24 25 26

Ex quibus, & præcipuè ob non factam in indulto derogationem *d. cap. nuper de decimis* resolutum fuit, deberi decimas Episcopo & Parochis tantum informantibus &c.

DECISIO XXVI.

Decimarum exemptio facta ex causa onerosa, tunc strictè non est intelligenda, & an in istis terminis sit necessaria derogatio. *Cap. nuper de decimis.*

Reverend. P. D. Albergato.

Ferrarien. decimarum.

Est inter recent. decis. 299. par. 12.

Veneris 11. Januarii 1658.

SUMMARIUM.

1 Decimarum exemptio quandò conceditur, derogandum est, cap. nuper de decimis.

2 Exemptio decimarum intelligenda est de decimis temporalibus.

3 Papa validè concedit exemptionem à decimis, cum de ejus potestate non sit dubitandum.

4 Verbum decimæ secundum propriam significationem decimas spirituales comprehendit.

5 Decimæ Laicales non sunt veræ decimæ, sed propriè vocantur decimationes.

6 *Verba semper sunt accipienda in propria significatione, quandò possunt sic accipi.*

7 *Et hoc maximè stante eorum generalitate & prægnantia.*

8 *Decimæ spirituales sub quibus verbis tantum comprehendantur.*

9 *Decimæ omnes tam spirituales quàm temporales comprehenduntur sub verbis generalibus.*

10 *Decimarum exemptio, quandò tantum de decimis spiritualibus sit intelligenda.*

11 *Observantia subsecuta omnem removet difficultatem.*

12 *Observantia quandò est proxima, eo magis stringit.*

13 *Exemptio uti odiosa strictè est interpretanda.*

14 *Exemptio à decimis intelligi debet strictè de temporalibus.*

15 *Privilegium licet strictè sit intelligendum, tamen ejus verba in rigore salvanda sunt.*

16 *Et quandò talis conclusio intret, & num.17.*

18 *Privilegium facilè conceditur, dum alicui non infert præjudicium.*

19 *Exemptionem à solutione decimarum facilè Papa concedit pro terris nondum ad culturam deductis.*

20 *Cum tunc non agatur de præjudicio gravi.*

21 *Verba non sunt interpretanda contra privilegiatum, & maximè quandò id fuit cautum.*

22 *Verba semper in suo significatu accipienda sunt.*

23 *Verba semper propriè, non impropriè sunt accipienda.*

24 *Privilegium concessum titulo oneris interpretandum est secundum jus commune.*

25 *Interpretationes inconvenientes vitandæ sunt.*

26 *Expensas magnas faciens in bonificando non debet damnum pati.*

27 *Privilegium concessum titulo oneris, interpretandum est propriè.*

28 *Verbum* decimæ *positum inter alia onera declaratur à præcedentibus & subsequentibus.*

29 *Verba quandò sint canonica & contineant onera spiritualia, & num.*

31 *Decimæ spirituales in quota solvuntur, Laicales autem in quantitate.*

32 *Exemptio decimarum quandò non requirat derogationem* cap. nuper de decimis.

33 *Exemptio decimarum quandò dicatur præjudicialis Ecclesiæ parochiali.*

34 *Dispositio* cap. nuper *emanavit in Concilio generali.*

35 *Exemptio à solutione decimarum, de qua* in d.cap.nuper *non intrat in bonis postea acquisitis.*

36 *Privilegium concessum de aliquo tempore intelligitur de illo tempore, non in futurum.*

37 *Privilegium justum & æquum non est infringendum.*

38 *Ratio ubi non applicatur, idem jus statui non potest.*

Ex du-

EX duplici potissimum capite resolutum fuerat *sub die 26. Maii 1656. coram me.* decimas deberi Eminentissimo Cardinali Pio Ferrariæ Episcopo, & Parochis cum ipso informantibus, quia scilicet derogatum non fuerat *cap. nuper* & quia 1
exemptio poterat intelligi de decimis temporalibus & prophanis. Verum hodie ex- 2
hibito per Dominos de Bentivolis toto contextu exemptionis, Domini recesserunt à decisis, existimantes privilegium suffragari, quia cum de potestate Pontificis exi- 3
mentis particulares personas à solutione decimarum dubitari non possit. *Henric. Bohic. in c. pervenit 5. n. 13 de decimis. Menoch. cons. 276. n. 1. Covarruv. var. resol. lib. 1. cap. 17. n. 9. & admisit passim* Rot. *in decisionibus recensitis in Cracovien. decimarum 21. Maii & 4. Iulii 1640. coram* Reverendissimo D. meo Decano.

Ejusdem voluntas in præsenti desumi vila fuit ex lectura privilegii, in quo Marchio Entius, & ab eo causam habentes absolutè & simpliciter à solutione de- 4
cimarum eximuntur, & sic à decimis spiritualibus, cum verbum *decimæ* secun-
dum germanum & propriam vocis significationem decimas spirituales importet, ut in his terminis tradit *Add. ad san. mem. Gregorium decis. 404. sub litt. B. vers. propriè tamen loquendo.* Rota *in Ferrarien. decimarum, quæ est decisio 684. numer. 2. part. 2. decis. 128. numer. 7. decis. 180. numer. 17. par. 7. recent. & in Mediolanen. resessionis permutationis 21. Maii 1591. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio, & in Albiganen. de-*
cimarum 25. Iunii 1627. §. *quia fuit coram bon. mem. Cardin. Virili*, ad differen- §
tiam Laicalium, quæ verè non sunt decimæ; sed decimationes propriè appellari debent, ut advertit *Bald. in cons. 419. numer. 1. vers. sed fi discedunt lib. 1. Bertazzol. consil. 17. numer. 16. & seqq. Barbosa de offic. Episc. part. 3. allegat. 121. numer. 3. Rota d. decis. 684. numer. 2. & in Toletana decimarum de Capilla 2. Martii 1648. §. utrumque enim coram* R. P. D. *meo Verospio.* Et verba semper quandò congruè fieri potest, in proprio significatu sunt accipienda, *ad text. in l. 26. ubi Aretin. notat ff. de testament.* 6
Abb. in cap. ex parte 27. numer. 3. & 4. de decim. Paris. consil. 22. num. 6. volum. 4. Covar. var. resolut. lib. 3. cap. 5. sub n. 8 in fine vers. sed tamen. Rota *coram Buratto decis. 279. n. 11.*

Concurrente præcipuè verborum generalitate, prægnantia, & geminatio-
ne, ut in indulto ibi: *A cujusvis canonis, census, livelli, usus taxati quàm non taxati, aut* 7
cujusvis responsionis, recognitionis, ac mediæ quartæ decimæ, aut alterius cujusvis fru-
ctuum partis solutione, præstatione & contributione, seu aliis quibuscunque, & quacun-
que etiam authoritate Apostolica &c. etiam motu, scientia & potestate paribus, &
cum quibusvis clausulis, & decretis etiam irritantibus, & derogatoriarum deroga-
toriis, seu aliàs quomodolibet, & quavis causa etiam quantumvis pia, justa &
rationabili factis &c. penitus eximentes & liberantes. &c. quæ sine dubio
decimas spirituales comprehendunt juxta *consil. Decii 113. numero 3. & per* 8
tot. Joannes Baptista Ferret. cons. 102. numero 10. & seqq. Surd. cons. 140.
num.

num.66.lib.1. Guttier canon.quæst.lib.2.cap.21.numer.126. & consil.5.numer.15. & per tot. Rota in Carthaginen. decimarum apud Leon. in Thesaur. fori Eccles.par.2. caput. 27. numer.71. & quod sub verbis universalibus omnes decimæ compre-
9 hendantur in Leodien. decimarum 22. Aprilis 1652. §. non obstat, coram R.P.D. meo Meltio.

Hæque interpretatio tantò facilius fuit admissa, quia licet in districtu Ferrariæ decimas temporales existere probaverit Eminentissimus Cardinalis Pius, non
10 constat tamen, quod in terris bonificatis decimæ tales reperirentur; undè privilegium per necessè debet in spiritualibus verificari, ut advertit Menoch. consil. 401. numer.18. vers. & canonicè. in puncto post Alciat. consil. 32. numer.3. vers. secundo quia lib.1. Rota d. decis.684. sub numer. 1. vers. cum de emptore. par.1.
11 recent. & observantia subsecuta omnem removet difficultatem, cum enim à tempore privilegii nullæ fuerint exactæ decimæ in portione Dominorum de Bentivolis, sed solum in alia parte, quæ prioribus Dominis fuit assignata, ex
12 tali observantia concessioni proxima benè deducitur, qualis fuerit intentio concedentis, & quid in privilegio exemptionis fuerit comprehensum, ut in terminis decimarum postalios Menoch. consil.276. numer.19. Cancer. variar. resolut.lib.1.c.23.de decimis n.14.vers. verum quidquid. Rota in sanctæ Severinæ decimarum 28.Iunii 1647.§. nihil obstat.& 14.Ianuarii 1650.§. demum coram Revverendiss.
simo Tarraconen.& in Ravennaten.seu Ferrarien.decimarum.5.Martii 1649. coram.R.P.D.meo Meltio.§.accedit etiam.

13 Hinc evitatur ratio præteritæ resolutionis, quod exemptio tanquam odiosa strictè de solis temporalibus decimis sit intelligenda, quia ultra quod non
14 ita restringenda est interpretatio, ut à propria verborum significatione recedatur. Dec.d consil.113.numer.6. & 7. Surd.d.consil 140.numer.65.vers. & ideo dico. Castropal.oper. moral.par.2.tract.10. disput.11. punct.12. sub numer.5. vers.ni-
15 que argumenta. ubi quod licet privilegium sit interpretandum strictè, tamen ver-
16 ba in rigore salvari debent, & explicari secundum suam significationem rigoro-
sam: responsum fuit id solum posse procedere in exemptionibus gratiosis & ge-
17 neralibus super acquisitione omnium bonorum; secus autem in onerosis ad certa bona restrictis, & pro publica utilitate concessis, & in novalibus, in quibus
18 privilegium facilè conceditur, cum nulli præjudicium inferatur, ut distinguit Abb.in cap.dudum 31.num.1.de privileg. ubi in specie ponderando exemptionem pro
19 terris non adhuc ad culturam redactis, inquit Papam de facili concedere tale pri-
20 vilegium, quia non tendit in graye præjudicium. Rebuff. de decimis quæst.14.n.32. in fine vers.secus in novalib. Cancer. Variæ sol.d.cap.13.sub.n.15. vers. estque ratio. Rota coram Cassadoro dec.1.n.2.de privil.

21 Ex facto etiam fundamentum illud removetur, cum expressè indultum fuerit,

quod

quod verba non possint contra Marchionem Entium interpretari, sed quatenus dubia essent, in sensu favorabili semper accipi debent ibi: *che li presenti capitoli non si possino glosare contro li bonificatori, ma s'intendino liberamente come si leggono, e ne' casi dubii s'intendano sempre à suo favore. &c.* Hinc enim sequitur decimas propriè de spiritualibus ad favorem bonificatorum esse intelligendas, non autem impropriè de prophanis per ea quæ tradunt in similibus *Alexand. consil. 45. numer. 2 & seq. lib. 7. Rolan. à Valle consil. 43. numer. 47. & 48. lib. 4.* & in proximis terminis de clausulis contrarium judicari prohibentibus. *Gonzal. ad regul. 8. glos. 66. numer. 25. & seqq. Valenzuela consil. 151. numer. 12. lib. 2. Rota in Bonomen. Archipresbyteratus 23. Martii 1648. coram Eminentiss. D. Cardin. Corrado. §. præsertim verò.* 22 23

Supradictis accedit causa exemptionis, quæ titulo valdè oneroso concessa fuit in recompensationem bonificationis publicam utilitatem præ se ferentis, pro qua ad finem deducenda Domini de Bentivolis ingentes impensas, & maximum æs alienum contraxerunt cum onere montis Sixti, quorum fructus solvere ipsi tenentur, præcedente autem titulo oneroso, privilegium de decimis spiritualibus jure communi debitis intelligi debet. *Rota coram Seraph. decis. 1293. numer. 1. & 5. vers. verum decimæ, & in Oriolen. decimarum 16. Martii 1588. coram Orano.* aliàs sequi posset inconvenientes, quod plus dispendii quàm utilitatis ex hujusmodi bonis consequerentur, ut considerat *text. in cap. consultationi 33. in fine de privil. & ibi glossa.* exemplificat discens, puta propter magnas expensas, quas fecerunt, reducendo terram inutilem ad culturam, & advertit *ibi Abb. sub numer. 1. vers. in glos. fin. Rebuff. de decim. quæst. 14. numer. 28. vers. de quibus.* Nam hoc saltem operari debet onerositas tituli, ut verba concessionis juxta propriam significationem intelligantur, nec sint restringenda, ut in concessione propter benè merita. *Surd. cons. 140. num. 34 & seq. lib. 1. Rota in Sarsinaten feudi 22 Junii §. præterea in hoc feudo, & 18. Decemb. 1645. §. ex quibus verbis coram b. m. Dunozetto.* 24 25 26 27

Non obstat quod verbum illud *decimæ* tanquam positum inter alia onera merè temporalia debeat à præcedentibus & subsequentibus declarari, *ut in præcedente decisione §. hacque exemptionis.* Nam apparet ex supradictis verbis privilegii, quod imò decimæ fuerant insertæ cum aliis verbis spiritualitatem denotantibus, ibi: *ac mediæ quartæ decimæ, vel alterius cujusvis fructuum partis solutione*, quæ sunt verba canonica, ut advertit *Berous in cap. Raynutius numer. 162. & 168. de testament.* & onera spiritualia, ut per *Lap. in tract. de canonic. port. cap. 2. numer. 1. & numer. 64.* nam quarta debetur Episcopo, & decima Parochis juxta dispositionem *text. in cap conquerente 16. de offic. ordin. cap. de quarta de præscript. Ferret. d. cons. 102. num. 3. Mart. cons. 12. numer. 1. & 2.* 28 29 30

Menoch.

Menoch.d.conſ.402.num.21.& 22.Barboſa.de offic. & poteſt.Epiſc.alleg.86.num.33.&
31 *ſeqq.par.3.Rota coram Cavaler.deciſ.648.num.1.& in Beneventana quarta 24. Januarii 1650.coram.bon.mem.Durazetto in princip.* & deſignat quo am,& ſic propriè ſpi-
ritualibus decimis conveniunt, quæ in quota ſolvuntur, ad excluſionem laicalium
quæ in certa quantitate præſtari debent. *Curt.jun.conſ.177.num.6. Monet.de decim.*
32 *cap.2.num.1.& ſeq.Rota d.deciſ.684.num.2.par.1.& deciſ.128.num.7.par.7.recent.*

Et denique cùm ante tempora privilegii nullæ ex his bonis decimæ exigeren-
tur, utique neceſſaria non fuit derogatio. *cap.nuper de decim.* cum illius diſpoſitio lo-
beat locum in bonis decimari ſolitis, ut litteraliter apparet ibi: *decimas perſolvat Ec-*
cleſius, quibus ratione prædiorum antea ſolvebantur. & declarat *ibidem Hoſtien.num.1.*
33 *ante fin.verſ.ſolvebantur.* & contrarium nullo modo probatum fuit ex datis *in Sum-*
mario Eminentiſſimi Domini Cardinalis, cumque in præſenti agatur de exemptione
reſtricta ad certas perſonas & bona ſpecialiter expreſſa, ratione cujus tantum abeſt,
quod Eccleſiæ parochiales læſæ fuerint, & gravamen receperint, ut in *eod.textu di-*
citur ibi: *ne occaſione privilegiorum ſuorum Eccleſiæ ulterius prægraventur*; quod non
ex ingentibus expenſis, ac immenſo labore Domini de Bentivolis locupletatæ po-
34 gues decimas ex ea parte bonorum bonificatorum, qui prioribus Dominis fuerunt
reſervata, perceperunt, & nuncetiam percipiunt; etiam ex hoc capite viſa non ob-
applicabilis diſpoſitio *d.cap.nuper*, quia in concilio generali de quo ibidem fit mentio,
35 ſtatutum fuit privilegium Ciſtercienſium & Templariorum non habere locum pro
bonis inpoſterum acquirendis; ibi; *ne de cætero emant poſſeſſiones, de quibus decime de-*
beantur Eccleſiis, quia cognovit Concilium, quod multas acquirebant poſſeſſiones &
bona, & ob id graviſſimum Eccleſiis parochialibus præjudicium imminebat, unde
36 privilegium reſtrictum fuit ad poſſeſſiones quas tempore Concilii poſſidebant, ut de-
clarat *ibi gloſſa & Rebuff.de decim.quæſt.14.num.42.Eman,Roderic.quæſt.regul.tom.2.*
37 *q.44.art.4.verſic.tertium vero tempus.*

Ex quibus privilegium uti juſtum & æquum infringendum non eſſe, ſed interpre-
38 tandum ut comprehendat decimas ſpirituales, cùm tam littera quàm ratio ibi expreſ-
ſa huic caſui non applicentur ut ſupra, reſolutum fuit, & recedendum à deciſis utra-
que parte acerrimè informante.

* * *
* *
*

Ad

Ad Quæst. VI. Additio.

An præscriptione quæratur exemptio?

IN hoc passu duæ sunt opiniones, una quam tenuit *Hostien in cap. cum contingat, num. 1. & ibi Abb. num. 18. de foro comp.* nempe quod exemptio simplex, & exercitium etiam juris Episcopalis præscribi possit, ita tamen ut habitualis jurisdictio penes Episcopum remaneat, totalis verò exemptio, quæ territorium separatum constituit, acquiri non possit nisi privilegio Papæ. Altera verò est opinio *Archidiaconi in cap. cum Episcopus. in 1. col. & ibi Ioann. Andr. de offic. ordin. in 6.* nempè quod Prælatus inferior possit præscribere totum jus Episcopale in certis Ecclesiis sibi subjectis, etiam ut constituat sibi proprium territorium; quam secutus est etiam *Abbas sibi contrarius in cap. Auditis num. 7. de præscript.* Priorem opinionem quandoque tenuit Rota ut apparet ex variis decisionibus, præcipuè *in Constantien. jurisdictionis 18. May 1611. coram Reverendissimo Atrebaten. quæ est decis. 324. num. 11. par. 1. recent. & in una Nullius de Covarruvias 16. Martii 1612. coram Pirovano quæ est decis. 394. ead. par. 1.* & rursum in duabus decisionibus emanatis in causa *Salisburgen. jurisdictionis 1. Iulii 1643. coram R. P. D. Royas. quæ sunt decis. 220. & 221. par. 9.* & simpliciter istam opinionem tenet *Auctor noster infra par. 5. quæst. 47.*

Alteram verò sententiam admisit eadem *Rota decis. 207. num. 2. par. 2. divers.* eamque probat *Balb. de præscript. par. 4. quæst. 11. col. 1. in fine num. 7. & plenè Fagnan. in cap. Nullus num. 22. de paroch.* ubi de immemorabili, *& in cap. cum ab Ecclesiarum num. 29. de offic. ordin.* ubi de quadragenaria cum titulo. & non obscurè admittere videntur plures decisiones alioquin in contrarium allegatæ. Vel enim præscriptionem quadragenariam recipiunt ob tituli defectum. *uti in causa Beneventana jurisdictionis 28. Aprilis 1662. & 12. Februarii 1663. coram Eminentissimo Tara, quæ sunt decis. 440, par. 13. & 21 par. 14.* vel immemorabilem quoque tanquam non sufficienter probatam seu canonizatam, aut tanquam per actus contrarios interruptam, uti patet in decisionibus factis in causa Toletana jurisdictionis, quæ sunt *decis. 70. num. 60. & seqq. decis. 220. num. 19. item decis 334. & 335. per tot. par. 13. recent.* Cæteroquin immemorabilem non excludi, dummodo per tres sententias conformes vel unicam, quæ in rem judicatam transierit, fuerit canonizata, dixit eadem Rota *decis. 248. num. 1. par. 2. recent.* ubi habentur requisita immemorabilis. *& decis. 600. num. 6. part. 4. Tom. 3. recent.*

Ordinarium autem manutenendum esse in exercitio suæ jurisdictionis, quousque inferior plenè docuerit de privilegio vel præscriptione, sub eâ distinctione quam tradit *Author noster hoc loco num. 4.* semper intellexit tam sacra Congregatio Con-

Concilii, quam ipsa Rota; Nam cùm in sacrâ Conpregatione quæreretur, num Archiepiscopus Theatinus manutenendus sit in quasi possessione visitandi loca subjecta Abbatiæ S. Joannis in Venere, donec commendatarius per rem judicatam probaverit se in illa utramque jurisdictionem Episcopalem & temporalem in Parochos & Parochianos exercere? responsum fuit affirmativè, eo quod nullum adducatur privilegium per se sufficiens ad utramque jurisdictionem exercendam, neque ulle etiam, quod sufficeret saltem ad justam causam præscribendi. ut refert *Farinac. in cap. cum olim num. 36. & seq. de præscript. & dixit Rota in causa Theatina jurisdictionis 26. Martii 1612. quæ est decisio 193. coram Cavalerio. & 20. Decemb. 1613. coram Cocino quæ est 501. par. 2. recent. & 5. Julii 1621. coram eod. Cocino. quæ est. dec. 310. par. 4. Tom. 2. recent.* & quod in causa exemptionis nunquam sit incipiendum ab inhibitione contra Episcopum. *decis. 493. num. 1. par. 2. rec.* In casu autem quo titulus exemptionis & privilegium producebatur, ac simul de possessione apparebat, interim dum de relevantia tituli cognoscitur, dati manutentionem inferioribus contra ordinarium decisum fuit *in Brixinen. jurisdictionis 9. Junii 1634. & 11. Decemb. ejusdem Anni coram Pirovano. decis. 546. & 566. par. 5. recent.*

An de præscriptione detrahi debeat tempus vitæ Prælati, qui exemptionem concessisse prætenditur? Adde, quod imo totum hoc tempus detrahi debeat, *Innocent. in cap. Tam ex litteris. num. 2. & ibi Abb. num. 10. de rest. in integ. & tenuit Rota decis. 94. num. 13. par. 7. recent, & decis. 27. num. 19. par. 9. & decis. 83. num. 14. par.*

* * * *
* * *

DE-

DECISIO XXVII.

Territorium quando dicatur exemptum à jurisdictione Episcopi & nullius Diæcesis, latè in hac decisione explicatur, & an præscriptio talem exemptionem tribuere possit.

Est inter recent. decis. 324. par. 1.

Reverendissimo P. D. Attrebaten.

Constantien. Iurisdictionis.

Mercurii 18. Maii 1611.

SUMMARIUM.

1. *Abbates aliique inferiores Prælati, ubi habent territorium separatum, illud dicitur esse nullius diœcesis.*
2. *Papa solus ex privilegio potest separare diœcesim.*
3. *Privilegium exemptionis non constituit loca exempta extra diœcesim.* & num. 4. & 5.
6. *Privilegia eximentia monasteria & eorum membra, non dicuntur eximere loca & castra sive populum.*
7. *Locus exemptus an & quando constituat territorium per se diversum.*
8. *Exemptio Ecclesiæ à Diœcesi ut suffragetur, debet titulus juste errore esse causatus.*
9. *Pars considerari non potest nisi respectu totius.*
10. *Dominium & jurisdictio temporalis nihil commune habent cum territorio & jurisdictione spirituali.*
11. *Præscriptio nulla operari potest, ut in eadem civitate sint duo capita.*
12. *Episcopalia jura præscribi possunt ab inferioribus.*
13. *Præscriptio immemorabilis excluditur per actus contrarios.*

POst decisionem in hac causa factam 16. Novembris Anno 1607. de concedendo mandatum de manutenendo Abbati S. Galli in exercenda jurisdictione spirituali in Ecclesiis parochialibus, & locis articulatis dominio illius temporali subjectis, causa iterũ atq; iterũ proposita fuit super iisdem. Verũ quia medio tempore

pro utraque parte litteræ compulsoriales, & remissoriæ expeditæ, & ad urbem missæ, multæque novæ probationes factæ fuerunt, Domini animadvertentes rē tionem pendere à negotio principali, ordinarunt causam restringi. Cumque primo loco disputandum occurreret, an Ecclesiæ parochiales, de quibus agitur, essent Diœcesi Constantiensi; Informantes pro Abbate contenti fuerunt illud præsupponere, & cum tali præsupposito sine veri præjudicio disputare, an Abbas habeat territorium separatum: quo discusso, dictum fuit hoc non probari: Eò enim quod hujusmodi Ecclesiæ, & loca sunt in Diœcesi, non possunt constituere territorium separatum; hoc enim idem foret, ac si essent extra Diœcesim, quæ sibi invicem repugnant, & implicat contradictionem, simulque stare non possunt: Ideoque ubi Abbates, vel alii inferiores Prælati habent Territorium separatum, illud dicunt esse nullius Diœcesis, ita ut nec in Diœcesi, nec de Diœcesi alterius censeri possit, sed est propria Diœcesis, & per se, respectu cujus ipsi quoque Diœcesani vocantur. Gloss. *in Clem. 1. §. volumus in verb. Diœcesanis & ibi Card. in 4. 9. num. 2. Vuall. num. 4. Imol. num. 38. Abbas. num. 15. de foro compet.* ac de talibus dici potest, quod habent Territorium sive forum. *l. pupillus, §. territor. de verb. signif.*

2 Hujusmodi verò territorium solus Papa concedere potest ex privilegio speciali, ad quem solum spectat, ut partem separet à Diœcesi; *Host. in C. cum contingat, ex. 1. de foro compet. & ibi Butr. num. 11. vers. de consuetudine autem. Panorm. numer. 18. Bollam. numer. 15. vers. tamen certum est, & sunt dictum in Calagurtiana jurisdictionis, 16. Iunii 1606. coram me.*

3 Talia autem non fuerunt privilegia, quibus Abbas S. Galli fulcitur. illa enim continent exemtionem, quæ non facit, ut loca exempta sint extra Diœcesim: licet enim non sint de Diœcesi, tamen sunt in Diœcesi. *C. cum Episcopus, & ibi Franc. in 2. notab. & Gemin. num. 3. de offic. ordin. in 6. 4. 2. & ibi Gemin. num. 17. vers. fundamentum, & Franc. in §. statuto. num. 10. & seqq. de constit. eod. lib. Gloss. in Clem. frequens in verb. primi anni, & ibi Vuall. num. 127. de excess. Prælat. idem Clem. 1. num. 42. & seq. de privil. Abb. in C. Apostolicæ. num. 3. de donat. Anchar. in C. postulasti, numer. 45. de for. compet. & in d. cap. 2. numer. 10. de constit. in 6. Felin. in C. gravt. num. 2. de offic. jud. ordin. Federic. de Sen. Consil. 2. num. 4. vers. quod autem, & num. 7. Ubald. de canonica Episcop. & Paroch. C. 4. 9. 6. numer. 11. fuit dictum in Volaterranen. Iurisdictionis. 14. Ianuarii 1581. coram bonæ memoriæ Bravo, quæ est divers. 107. par. 2. & in dicta Calaguritana Iurisdictionis. 16. Ianuarii 1604. coram R. P. D. meo Decano, & 16. Iunii 1606. coram me.*

4 Idque ratione comprobatur, quia si loca non essent in Diœcesi, frustra impetraretur privilegium exemptionis, tale autem privilegium solum eximit à subjectione, non autem à situatione, & denominatione. *Vuall. in d. Clem. 2. num.*

numer. 44. de privil. & Franch. in d. C. 2. §. statuto versic. sed adverte de constitution. in 6.

Et generaliter omnia, qui per privilegia exemptionis Episcopo expresse non 5
adimuntur, illi censentur reservata, & remanent sub ejus jurisdictione. Anchar. d. C. postulasti. numer. 45. ante med. vers. quod probo. de for. compet. & d. cap. 2. sub numer. 10. ante med. ver. sic. quod probo. Franch etiam num. 10. vers. quando Prælatus. de constit. in 6.

Præterea privilegia eximentia Monasteria, & eorum membra non eximunt 6
loca, & castra, sive populum, ideoque non concludunt territorium separatum sed exempti dicuntur habere tantum jurisdictionem in personis, non in locis, C. per exemptionem, ubi Gemin. numer. 5. Franch. numer. 3. vers. 5. nota & Anchar. numer. 2. vers. 4. nota de privil. in 6. Gutliel. de Monte Lauduno, in Clem. pastoralis. numer. 24. lib. 1. fuit dictum in Aretina seu Montispolitiana juris visitandi. 9. Maii 1586. coram bo. mem. Rubeo, & in Tirasonen. Jurisdictionis de Tudela 7. Junii 1593. coram Illustrissimo Car. Mellino.

Et quamvis Doctores nonnunquam dicant, quod locus exemptus constituat 7
Territorium per se, quos cumulat Roland. cons. 33. numer. 44. & seqq. par. 3. illi loquatur impropriè, vel intelligendi sunt, quo ad certos effectus, & permodum æquiparationis. Fel. in d. cap. grave. numer. 2. in fin. fuit dictum in d. Volaterranen. Jurisdictionis, numer. 4. & in Salamantin. Jurisdictionis. 14. decembris 1579. coram bo. mem. Card. Seraphino, & in d. Calagurritana.

Ex quibus sequitur dicta privilegia, nec esse talia, quæ saltem causam præ- 8
beant præscribendi. Licet enim sufficiat titulus putativus, & invalidus, tamen intelligitur quando est justo errore causatus, ut per Caputaq. decis. 361. numer. 4. lib. 2. fuit dictum in Toletana decimarum 22. Maii 1592. coram Illustriss. Card. Arigont. qui justus error non cadit in istis privilegiis, cùm non solum sint restricta ad exemptionem, verùm etiam clara, dum enuntiant Monasterium S. Galli, Oppidi de S. Gallo, S. Benedicti Constantien. Diœcesis, Provinciæ Moguntinæ, & in contextu Episcopum Constantien. nominant ordinarium, ita ut ex lectione ipsorum privilegiorum resultet mala fides quoad jurisdictionem quasi Episcopalem excluso Ordinario. Gemin. Consil. 96. num. 4. vers. sed quoties legunt.

Non obstat quod privilegia eximunt membra tam sæcularia, quàm spiritua- 9
lia, quæ Abbates pro tempore possidebant, & imposterum poterant adipisci: Nam Ecclesiæ, de quibus agitur, non possunt dici membra Monasterii, nisi illi fuerint unitæ, cùm pars considerari non possit nisi respectu totius, ut notat. in Clem. 1. de excess. Prælat. & in Clem. 1. ubi Imol. numer. 29. de rescript. Corn. cons. 262. n. 3. lib. 3. & in terminis fuit dictum in Eugubina S. Petri de Vignato. 14. Martii & 2. Maii

Maii 1591. coram bon. mem. Bubalo. & in Alexandrina S. Stephani 20. Iunii 1597. coram bon. mem. Litta.

10 Nec facit, quod Abbas in istis locis obtinet dominium & jurisdictionem temporalem, quia illa nihil habent commune cum territorio & jurisdictione spirituali. *de relig. domib. glos. in c. 1. in vers. divisis. 10. dist. glos. in Clem. ne Romani §. sanè. in ver. diœcesan. de elect. Host. in C. super eo num. 3. de paroch. & in C. querimoniam. num. 12. vers. 2. setas, de probat. Guabl. But. in fin. de jure patron. Felin. in C. cum causam. num. 12. vers. 2. setas, de probat. Guabl. de Monte Landuno in d. Clem. pastoralis num. 21. de rejudic. & fuit dictum in Burgen. Jurisdictionis S. Joannis. 4. Decembris 1595. coram bo. mem. Orano & in d. Calagurrana coram me.*

11 Neque verò Abbati suffragari potest consuetudo, sive præscriptio: quidquid enim aliàs dictum sit, cùm ageretur solum ad effectum manutentionis, & negaretur territorium Abbatis esse inter fines Diœcesis Constantien. at nunc quandoquidem non agitur de manutentione, vel exercitio jurisdictionis, sed de territorio in genere, & attento, quod ponitur territorium Abbatis esse inter fines, nulla consuetudo, vel præscriptio operari potest, ut in eadem civitate sint duo Capita, hoc enim esset monstrum. *ut not. Host. in d. cap. cum contingat. num. 1. de foro compet. & in cap. quanto num. 13. & in cap. quoniam num. 2. de offic. ordinarii*, ubi tradit, quod cum Episcopatus sit unum corpus, cujus Caput est Episcopus, si ponantur ibi duo Episcopi, fiet unum corpus duo capita habens, quod est monstrosum, sive prodigiosum, quod natura abhorret, & jus respuit: Et quod hoc non possibile, ut Abbates, vel Prælati inferiores præscribant territorium, ut separatum ab Episcopo, ita ut quasi Caput faciant in eadem Diœcesi: *post Host. docet Bur. in d. cap. quoniam contingat n. 11. vers. de consuetudine, & ibid. post utrumque. Abb. num. 18. & 19. & Bellem. num. 15. vers. ego autem relinquens, & num. 16. vers. nec valet ratio.* esset enim consuetudo, sive præscriptio irrationabilis & circa ea, quæ de sui natura præscribi non possunt, in quibus præscriptio etiam immemorabilis locum non habet, *Gabr. de præscrip. concl. 1. num. 8. & num. 36.*

Nec obstat, quod omnia jura Episcopalia, ad utramque legem, sive jurisdictionalem, sive Diœcesanam pertinentia sunt per inferiores Episcopis præscriptibilia, ita 12 quod Episcopus non possit ibi constituere Officialem, & sic possunt præscribi etiam cum territorio *Rota decis. 2. de præscrip. in nov. quam allegat Abb. in d. cap. cum contingat num. 11. de for. compet. fuit dictum in Volaterranen. seu nullius jurisdictionis. 13. Aprilis 1584. coram bon. mem. Orano.* quia hoc intelligendum est, ut se explicat *Abb. ubi sup. num. 18. & seq. nec non alii præcitati*, si volunt quærere, quasi sub Episcopo; si verò præscripserint territorium separatum, non amplius dicendi sunt esse in Diœcesi,

Accedit quod testes Abbatis deponentes de eo, quod est juris, absque eo

quod

quod reddant sufficientem causam scientiæ, non probant, & immemorabilis excluditur per actus contrarios de quibus in facto. *C. illud, & ibi gl. in verb. inconcusse, & verb. interruptio, Cap. auditis. & ibi Innoc. sub num. 5. de præscript. Bart. in l. naturaliter sub num. 27. ff. de usucap. Balb. de præscrip. 3. par. 6. par. prin. q. 4 princ. numer. 10. vers. idem dicit Bart. Put. decis. 436. lib. 2 & fuit resolutum in Aquitanen. Beneficii 29. Aprilis 1602. coram R. P. D. meo Ludovisio, & in d. Burgen. S. Joannis coram bon. mem. Orano;* Nec non per testes examinatos pro parte Episcopi, quorum depositiones habent pro se assistentiam juris, & reddunt causam scientiæ, & numerant multos actus singulares.

DECISIO XXVIII.

Visitandi jus ad Episcopum spectat & non ad Abbatem, nisi probetur contrarium privilegium, aut præscripta consuetudo per annos quadraginta.

R. P. D. Pirovano. *Decis. 394. par. 1. recent.*

Nullius de Covarruvias.

Veneris 16. Martii 1612.

SUMMARIUM.

1. *Visitandi jus non ad Abbatem sed ad Episcopum spectat nisi in contrarium*
2. *adsit consuetudo vel privilegium.*
2. *Consuetudo visitandi contra Episcopum*

pum debet esse præscripta saltem spatio 40. annorum. & num. 3.

4. Visitatio spectat ad Episcopum jure ordinario.

5. Testes super jure visitandi præscripto quomodo debeant deponere. & num. 6.

1 CUm in resolutione diei 22. Junii 1611. in hac causâ factâ, fuerit dictum Capitulo Sede Abbatiali vacante competere jus visitandi Ecclesiam parochialem S. Thomæ, cum præsuppositio tamen, quod Abbas haberet jus visitandi. Hodie proposui dubium super justificatione præsuppositi, & Dominis placuit non probari Abbatem habere jus visitandi, cùm illud competat Episcopo soli, nisi in contrarium ostendatur privilegium, vel consuetudo, legitimè præscripta, ut post *Hostiens. Socin. & alios tradit Surmient. select. interpret. lib. 3. cap. ultim. Mandos. consil. 38. num. 8. & consil. 37. num. 11. Rota decis. 207. num. 5. par. 2. divers.*

2 Abbas autem loci de Covarruvias de privilegio non docet, neque consuetudine præscriptâ spatio saltem quadraginta annorum, pro ut requiritur *cap. de quarta de sacræscriptionibus, & idem firmat Balb. eodem tit. parte prima, 5 part. principalique q. 12. num. 4.* unde consequitur Abbatem deficere in salutari.

3 Non obstant testes inducti ad probandam talem consuetudinem præscriptam, quia dati in summariis omnes deponunt a, 15. 16. 17. 18. annis citrà, quorum depositio nedum percutit tempus 40. annorum, sed nec etiam tempus ante litem motam, cujus principium extitit de anno 1582.

4 Præterea cùm visitatio pendeat ab ordinaria jurisdictione, ut dicit *Rota decisione 196. num. 2. par. 2. divers.* Testes Abbatis debuissent deponere, eam habere omnimodam jurisdictionem quasi Episcopalem cum Territorio separato, quod non est præscriptibile per inferiorem, sed ex solo privilegio Principis competit, ut fuit dictum in *Constantien. jurisdictionis 18. Maii, Anno 1611. coram Reverendissimo Atrebaten.*

5 Nec dicatur, quod hodie cesset interesse Archiepiscopi Burgen. ut lis fuerit terminata inter eundem Archiepiscopum, & Abbatem ad ipsius Abbatis favorem. quia fuit dictum, etsi appareat de avocatione causæ pendentis inter dictos Archiepiscopum & Abbatem obtenta per Regem Hispaniarum, ex brevi felic. recordat. Clementis VIII. non tamen ex prædictâ avocatione inferri potest ad extinctionem litis inter eundem Archiepiscopum Burgen. & Abbatem de Covarruvias.

Pro-

Propterea unus ex Dominis animadvertebat, quod si revera Abbas, ut narratur obtinuit contra Archiepiscopum, multum deserviret pro capienda resolutione, quod ad ipsum spectet jus visitandi, quia sententia pro ipso lata contra eum ad quem principaliter spectat interesse, deservire deberet contra Rectorem & Beneficiatos Sancti Thomæ, ad quos non multum pertinet visitari, ab uno, vel ab alio, & tunc cessaret quæstio proprietatis, & Abbas sola possessione juris visitandi juvari posset. 6

DECISIO XXIX.

De jurisdictione quam habet Archiepiscopus circa visitationem Ecclesiæ intra fines suæ diœcesis existentis, præsens tractat decisio adversus prætendentem exemptionem ab illo.

R.P.D. ROIAS.

Salisburgen. Jurisdictionis. *Decisio 220. par. 9 recent.*

Mercurii 1. Julii 1643.

SUMMARIUM.

1 *Enunciativa antiquissima probat etiam in materia jurisdictionis, maximè, si recipiat fomentum ab actu in quo emittitur.*

2 *Chrisma & oleum sanctum recipi debent à diœcesano.*

3 *Enunciativæ ubi sunt numero plures, & emanatæ à diversis personis, imò, & ab ipsa parte, plenè probant, maximè an antiquis.*

4 *Pontificis, ac Cardinalium assertionibus standum est, donec contrarium probatur.*

5 *Ecclesiæ præsumuntur stare in aliqua diœcesi, dum non probantur habere territorium separatum, & ad hunc effectum sufficiunt conjecturæ, & præsumptiones num. 6.*

7 *Donationes factæ de pluribus locis alicui Monasterio continent quidem dominium, ac jurisdictionem temporalem non autem mutant situationem Ecclesiæ in illis existentis.*

8 *Donator Territorii vel Castri, si est*

Laicus, non potest disponere de jure diœcesano, cujus prorsus est incapax.

9 Jurisdictio spiritualis non infertur ex jurisdictione temporali.

10 Pontifex tantum valet separare territorium à diœcesi.

11 Archiepiscopus fundatam habet intentionem de jure communi super jure visitandi Ecclesias positas intra limites sui Archiepiscopatus.

12 Jus visitandi est annexum illi parti jurisdictionis, cui subjacet cura animarum.

13 Jus visitandi quoties non exprimitur in transactione facta super jurisdictione inter Episcopum, & alios, semper censetur præservatum.

14 Sigilli omisso non tollit fidem scripturæ, nisi probetur partes expresiè convenisse, quod instrumentum absque sigillo non valeret.
Sigillum in dubio præsumitur requisitum ad majorem firmitatem numero 14.

15 Scriptura informis plenam facit probationem stantibus adminiculis.

16 Scriptura extracta ex alicujus Archivio, plenè probat contra illam.

17 Scriptura etiam informis, seu exemplum plenam facit probationem adversus eum, qui eam exemplari fecit.

18 Confirmatio si remanet plenè justificata, eo ipso dicitur justificata veritas rei confirmatæ.

19 Scriptura vera in parte præsumitur vera in totum.

20 Observantia dat robur scripturæ quamvis informi.

21 Concordia in parte effectuata præsumitur effectuata in totum.

22 Exemptio generalis non comprehendit exemptionem à visitatione.

23 Territorium separatum non resultat ad exemptionem.

24 Enunciativæ emanatæ ad instantiam partis, & de recenti, nullum faciunt probationis gradum.

25 Ordinario censetur reservatum totum illud, quod per privilegium non admittitur.

26 Transactio habet vim rei judicatæ, & perpetuum imponit silentium.

27 Sententia aliaque acta remanent sublata per subsecutam transactionem.

28 Visitationes clandestinæ factæ sine scientiâ, & patientiâ Archiepiscopi, illi non præjudicant.

29 Jus Territorii separati, & distincti non acquiritur ex præscriptione, sed ex solo privilegio Principis.

30 Archiepiscopus in his quæ concernunt curam animarum, & administrationem sacramentorum habet jus visitandi etiam loca exempta.

31 Abbates quamvis habeant jurisdictionem quasi Episcopalem subjiciuntur ordinario circa visitationem Ecclesiæ in his quæ concernunt curam animarum & administrationem sacramentorum.

32 Planta confecta lite pendente, & sine partis citatione nullam habet subsistentiam.

Con-

COnstare de bono Jure Reverendiss. D. Archiepiscopi Salisburgen. fuit hodie resolutum, eumque posse visitare Ecclesias parochiales in Kalten. Chirchen, & in Afflanz, in Hoffa in Cellis, in Vretischa, in Lesniz, in Suffring, de quibus in dubio, ex quo constitit illas extare intra fines propriæ diœcesis Salisburgen. ut videre est in privilegio Innocentii Tertii pro parte Abbatis S. Lamberti adversarii proclicto, ibi, *à Salisburgensi Episcopo, in cujus diœcesi estis, &c.* Propterea dicta enunciativa eo magis probat, cum sit antiquissima, dum excedit metam. 200. annorum, & recipit fomentum ab actu, in quo emittitur. *Achill. decis. 7. de jurepatr. Put. decis. 149. lib. 3. in correct. Rot. decis. 148. num. 3. & 224. num. 4. in fin. par. 1. recent. & in Theatina Jurisdict. S. Joannis in Venere 4. Maji 1612. coram bon. mem. Coccino.* In dicto privilegio enim demandatur dicto Abbati S. Lambetti, ut recipiat à præfato Archiepiscopo Salisburgen. chrisma & oleum sanctum, quod esse recipiendum à diœcesano tradunt *Text. in cap. presbyteri, concessio potestatis in fine libri.* 1 2

Hanc veritatem comprobarunt multiplicatæ enunciativæ desumptæ tam ex literis Apostolicis Joannis XXII. directis Archiepiscopo Salisburgen. ibi, *nuper pro parte Ortulphi Monachi Monasterii sancti Lamberti tuæ diœcesis, &c.* quàm etiam ex Bulla Alexandri VI. emanata super confirmatione concordiæ initæ inter D. Archiepiscopum, & Abbatem S. Lamberti ad eorundem petitionem emanatâ, ibi, *pro parte Archiepiscopi Salisburgen. ac dilectorum filiorum Joannis Abbatis, & Conventus Monasterii S. Lamberti Ordinis S. Benedicti Salisburgen. diœcesis, &c.* Nec non etiam in literis Cardin. S. Susanæ directis Corrado Episcopo Seccovien. super revocatione attentatorum, in quibus expressè enunciatur d. Monasterium Salisburgen. diœcesis; ulterius ex aliis literis Cardinalis Camerarii Urbis directis Ludovico Episcopo Magdolenen. super observatione literarum Innocentii Tertii. Cum eâdem enunciativâ, quod d. Monasterium & Ecclesia essent Salisburgen. diœcesis, & demum ex aliis literis Pauli II. Sixti IV. ad supplicationem Imperatoris, ac Abbatis concessis, in quibus non solum legitur enunciativa Salisburgen. diœcesis; verum etiam legitur concessa facultas audiendi Confessiones confiteri volentium intra septa Monasterii; ac singulis Ecclesiis dicto Monasterio unitis etiam in casibus ordinariis locorum reservatis, sine tamen præjudicio illorum, unde Abbates remanserunt subjecti ordinario Salisburgen. quæ omnes à dicto Abbate sancti Lamberti fuerunt productæ, quibus propterea enunciativis tanquam numero pluribus, & emanatis à diversis personis, imò ab ipsomet Abbate, nec non Antiquissimis mortalium memoriam excedentibus plenè venit credendum, *Rota decis. 180. num. 4. par. 2. & decis. 120. numer. 6. par. 4. & decis. 261. num. 7. par. 6. recent. Andreas decis. 54. numer. 1. Duran. decis. 266. num. 4. & 5. & 446. & fuit coram me resolutum in Conversana Jurisdictionis. 3. Junii proximi præteriti & alibi passim.* 3

Hinc etiam concurrunt assertiones Papæ, Cardinalium, ac partium; unde remansit

transit indubitatum Ecclesias, de quibus agitur, extare sub diœcesi Salisburgen. cum
4 veniat standum prædictis assertionibus, donec contrarium probetur. *Rota decis. 324. num. 1. & 405. num. 1. par. 1. recent. & par. 2. decis. 656. num. 3. cum aliis per Adden. ad Burat. decis. 621. num. 24.*

Accedit ulterius, quod nullus alius Episcopus concurrit, qui prætendit Eccle-
5 sias controversas esse in propriâ diœcesi, præsumptio autem generalis est, quod malis quæ diœcesi sitæ extent, dum non probatur habere Territorium separatum, *cap. omnes. 16. quæst. 7. cap. cum persona de privileg. in 6. Felin. in cap. grave num. 2. vers. imo videtur de offic. ordin. Bald. in cap. cum olim. num. 1. de præscrip. Burat. decis. 578. num. 24. &*
6 *13.* ubi quod ad hunc effectum sufficiunt conjecturæ & præsumptiones, *& decis. 320. num. 2. & post Tract. Modern. Peruss. de manut.*

Nec contrarium desumitur ex assertis donationibus huic Monasterio S. Lam-
berti factis à Duce Charinthiæ de diversis locis, quia illæ continent quidem do-
7 nium ac jurisdictionem temporalem, non autem mutant situationem, *Vital. in dict. 2. num. 44. de privil. Franch. in cap. 2. §. si autem, vers. sed adverte, de const. in 6. Rota de-*
8 *cis. 324. num. 4. par. 1. recent.* Nec disponunt de jure diœcesano, cujus Donatores eram
9 prorsus incapaces tanquam Laici, *cap. decernimus, de judic. cap. sacro Sancta, cap. Missana de elect. cap. causam quæ de præscrip.* neque à finibus Jurisdictionis temporalis po-
test inferri ad spiritualem ex latè congestis *in Sabinen. decimarum 30. Aprilis 1590.*
10 *coram bon. mem. Card. Hieronymo Pamphilo*, cum solus Papa valet Territorium sepa-
rare à diœcesi, *Hostien. in cap. cum contingat. nu. 1. de for. compet. ubi Buter. num. 11. pannit. num. 18. Bellam. num. 35. cum aliis per Rotam dicta decis. 324. num. 2. par. 1. recent.*

Prædictâ situatione positâ præfatarum Ecclesiarum intra limites d. Archiepis-
copatus Salisburgen. venit optimè dicendum dictum Archiepiscopum habere sum-
11 datam intentionem de jure communi ex suâ propriâ ordinariâ Jurisdictione super jure visitandi dd. Ecclesias, de quo *in capit. conquerente de offic. ord.* ubi in specie agitur de Ecclesiis spectantibus ad Monasterium S. Benedicti, *cap. sopita. 14. de consuet. Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 15. num. 1. Roz. decis. 186. num. 1. par. 1. diversi. & decis. 396. num. 1. par. 1. recent. & decis. 67. num. 1. decis. 68. num. 2. post 3. tom. Tamburin. de jure Abbatiss. & fuit coram me resolutum in dicta Conversana Jurisdictionis 3. Junii prox. prat.* eoque magis stante concordiâ initâ inter Archiepiscopos Salisburgen. & Abba-
tem pro tempore sancti Lamberti de anno 1420. & à sede Apostolicâ confirmatâ de anno 1493. in quâ disponitur, quod Abbas debeat petere, atque recipere ab Ar-
chiepiscopo commissionem, & authoritatem instituendi, & curam animarum com-
mittendi, neque possit se intromittere in casibus Episcopalibus, nisi fuerit ab ordina-
rio hoc specialiter illi concessum, quodque instituti ab Abbate ad has Ecclesias sint quidem privilegiati quoad personas eorundem, sed ratione populi, & personarum
ten eantur in omnibus, & per omnia parere ordinario, quæ verba sunt amplissima.

& me-

& meridianâ luce clariora, ita præservando Archiepiscopo auctoritatem curæ animarum comprehendant jus visitandi ex quo est annexum illi parti jurisdictionis, cui subjacet cura animarum, *Felin. in cap. super ex literis. num. 20. de rescript. Marsil. sing. 251. ad Med. vers. & faciunt, & cons. 84. num. 18. Mandell. cons. 322. num. 24. & 45. Luther. de re benefic. lib. 1. qu. 25. num. 26. & 27.* & sufficit quod de jure visitandi mentio facta non sit, ad hoc ut censeatur Episcopo jus præservatum, ut in terminis concordiæ *Rot. decis. 62. num. 3. & seqq. & decis. 163. per tot. par. 1. recent.* 12 13

Nec obstat, quod dicitur d. instrumentum concordiæ non esse in formâ probanti ob passam læsionem in sigillis. Quia hujusmodi omissio sigilli non tollit fidem scripturæ, nisi probaretur partes expressè convenisse, quod instrumentum absque sigillo non valeret, alioquin enim præsumitur requisitum ad majorem firmitatem, ut in his terminis per bellè distinguit *Hostien. in cap. inter dilectos sub numer. 3. vers. cum ergo videtur. de fid. instrum. quem sequitur ibidem Butr. num. 24. Card. num. 10. versic. & quod dixi, Rota in Vercellen. unitatis Capituli, 24. Aprilis proximè præteriti coram Reverendissimo Domino meo Decano* in omnem casum legitur confirmatum in alio simili instrumento concordiæ initæ de Anno 1493. accedente confirmatione Apostolicâ, quorum instrumentorum fides redditur certa ex multiplicatis adminiculis, quibus concurrentibus scripturæ etiam alioquin informis probationem facit, *Menoch. cons. 924. num. 35. Caputaquen. decis. 274. num. 2. par. 1. Buratt. decis. 243. num. 2. & alibi sæpius* præsertim contra D. Abbatem, qui cum Archiepiscopus ob rebellionem subditorum Archivium Archiepiscopale quamplura instrumenta continens (& inter cætera hæc:) amisisset, transumptum authenticum de proprio Abbatiali Archivio Archiepiscopo tradidit cum toto conventu, unde illud plenè probat juxta theoricam *Barth. communiter à DD. approbat. in Auth si quis in aliquo num. 42. C. de eden. ubi Doc. num. 20. Felin. in cap. fin. numer. 4. vers. Regula de fid. instrum. Rum cons. 131. num. 5. vers. poterit tamen, Menoch. cons. 924. num. 28. lib. 10.* cum scriptura etiam informis, seu exemplum adversus eum, qui exemplari assensus est, plenam faciat probationem, ut per *Alexand. Felin. Dec. & alios congestos per Menoch. d. cons. 924. num. 28.* 14 15 16 17

Adminicula autem in præsenti non desunt, eaque desumpta fuerunt ex ipsomet originali confirmationis Apostolicæ super dictâ concordiâ extracto ex regestis Palatii. Unde dum verificata remanet confirmatio, approbata venit veritas concordiæ confirmatæ, ut advertit *Rota in Pistorien. Archidiaconatus. 15. Januarii 1629. coram bon. mem. Pirovano.* Scriptura autem in parte vera præsumitur vera in alia. *Surd. decis. 199. num. 3. Rot. decis. 190. num. 10. par. 6. recent.* & observantia in præsenti dat robur scripturæ, licet esset informis; *Bald. cons. 402. num. 9. lib. 5. Cravett. cons. 101. num. 4. & 411. num. 16. Rota divers. decis. 375. num. 4. part. 1. Buratt. decis. 10. num. 21. & 243. num. 6. & par. 5. recent. decis. 230. num. 5. & 146. num. 2. par. 7.* 18 19 20

Obser-

Observantia desumpta fuit ex pluribus concessionibus exhibitis factis à dicto Archiepiscopo ad instantiam D. Abbatis super curâ animarum, & absolutione casibus Episcopo reservatis cum expressâ relatione ad tenorem concordiæ, quam
21 sufficit probari in parte effectuatam ad hoc, ut totalis effectuatio probetur. *Garz. de benefic. par. 12. cap. 2. nu. 294. Add ad Gregor. XV. decis. 557. num. 9. in fin. Caval. decis. 408. num. 6. & 449. num. 7.*

Nec pariter dicto Abbati suffragantur prætensa privilegia exemptionis, dum
22 sub generali exemptione non comprehenditur exemptio à visitatione, *Maresc. var. resolut. lib. 2. cap. 15. num. 2. & 3. Gratian. discept. 870. num. 7. Lother. de re benefic. lib. 1. quæst. 25. num. 15. Rot. decis. 2. de cens. in antiq. Achill. decis. 2. de exempt. Rot. dec. decis. 186. num. 2. par. 1.* ultra quod legitur reservata denominatio diœcesis Salisburgen. ut mandatur Abbati, quod recipiat chrisma, & oleum sanctum ab ordinario Salisburgen. *summario Abbatis num. 2.* nec adest territorium separatum, quod non resultat
23 ab exemptione. *Felin. in cap. grave num. 2. de offic. ordinar. Rota decis. 207. num. 2. par. diversf. & decis. 324. num. 1. & 3. par. 1. recent.*

Non obstant Modernæ enunciativæ de quibus in literis Gregor. XV. & S.D. N. in quibus dicta Abbatia sancti Lamberti appellatur Nullius, quia èmanarunt ad instantiam patt s interessatæ, & sunt de recenti, unde nullum faciunt probationis gra-
24 dum. *Achill. decis. 8. num. 1. de jure patron. Buratt. decis. 570. num. 4. & 8. Caval. decis. 51. num. 1. & 2. & in Colonien. Canonicatus 24. Maji 1619. coram Manzanedo.*

Minus ad inducendam libertatem sufficiunt verba illa, quod Monasterium sit sub protectione B. Petri, & in signum libertatis solvat Ecclesiæ Bizanzium unum annuum, ex quo quando privilegium habet in ventre aliquam limitationem, ut habe-
25 tur *in cap. si Papa de privil. in 6.* quicquid per privilegium non admittitur, censetur ordinario reservatum, *Rota decis. 324. num. 5. par. 1. & 291. num. 9. par. 5. recent. Buratt. decis. 321. num. 5.*

Et id totum optimè declararunt tam dicta subsecuta observantia, quam transactiones initæ, dum solemus dicere eas vim habere rei judicatæ, & perpetuum impo-
26 nere silentium litibus, *l. non minorem. l. fratres. l. causam. C. de transact. Rota decis. 414. num 2. part. 2. recent. & 218. num. 1. & par. 6. Duran. decis. 219. num. 6.*

Nihil obstant assertæ visitationes factæ per D. Abbatem post annum 1609. quia sunt actus clandestini, qui non præjudicant Archiepiscopo, cum non probetur ipsum sciviss, & succubuisse, *Cald. cons. 13. de jure patron. Rota decis. 30. num. 8 post Vivian. de jur. patr. Lother. de re benefic. lib. 2. quæst. 14. num. 138.*

Nec jus Territorii separati, & distincti valuit acquiri ab Abbate longi tempo-
29 ris præscriptione, cum ex solo privilegio Principis competat *Rota decis. 394. num. 4. par. 1. recent.* sed quatenus exemptionem aliquam probare valeret, præfatus Abbas
30 adhuc tamen non sufficeret, quin dictus Archiepiscopus ordinarius non possit visi-

tare

tarepræfata loca saltem tanquam sedis Apostolicæ delegatus ex dispositione Sacri Concilii Trident. *sess.7.cap.8.sess.21.cap.8. & sess.24.cap.9. omnes de reformat. Marsott.variar resolut.lib.2.cap.15. num.5.Barbos. de potestate Episcop.alleg.74.numer.7. Luther.de re benefic.lib.1.quæst.25.numer.19.cum seq.Rot. decis.396.num.1. & 3.part.2. rent.* nec non ex constitutione Gregorii XV. *la* 18.*Bullar.tom.*4. ex cujus dispositione *in* §.4. subjiciuntur quomodolibet exempti etiam Regulares omnimodæ jurisdictioni, visitationi, & correctioni ordinariorum in omnibus concernentibus curam animarum, & administrationem sacramentorum, ex quibus verbis comprehendi Abbates habentes jurisdictionem quasi Episcopalem firmat *Lotther.de re benefic. 31 dict.lib.*1. *quæst.*25.*num.*24. & censuit sacra Episcoporum Congregatio impressa post dictam Bullam *in* 4.*declaratione d. Bullar.par.*4.*fol.*101. Ultimo non obstat Planta exhibita pro parte dicti Abbatis, quia lite pendente, & sine partis citatione confecta legitur, & nullam habet subsistentiam, ut in terminis Plantæ censuit *Rota in Nullius seu Aprutina Jurisdictionis* 10. *Martii* 1624. *coram bon.mem. Archiepiscopo Dunozetto, & in Camerinen.domus* 1635. *coram bon.mem.Merlino.*

Et ita resolutum utraque parte informante.

DECISIO XXX.

Agitur de jurisdictione Archidiaconi contra jurisdictionem Archiepiscopi quoad actualem & particularem jurisdictionem aliquorum castrorum. Præscriptio Quadragenaria cum bona fide & titulo quam vim habeat.

R.P.D. TAJA.

Beneventana Jurisdictionis. *Decis. 440. par.13. recent.*

Veneris 28. Aprilis 1662.

SUMMARIUM.

1 *Jurisdictio, quando alicui competat cumulativè, vel privativè quoad alium.*

2 *Præscriptio Quadragenaria cum titulo & bona fide, operatur plura.*

3 *Præ-*

3 Præscriptio Quadragenaria cum titulo & bona fide, operatur etiamsi titulus sit putativus & invalidus.
4 Probat nihil, quod nimis probat.
5 Matrimoniales causæ privativè quoad omnes, spectant ad Episcopum.
6 Papa solus Territorium separatum potest concedere.
7 Prælatus inferior, quando possit pretendere jurisdictionem privativè quoad Episcopum.
8 Constitutionis unius Capituli, quando derogatur, quid inde sequatur, & num. 9.
10 Constitutiones, quando fuerunt abrogatæ, & sublatæ prorsus, non potest dici tantum quod eis fuit derogatum.
11 Constitutio, quando non fuit in totum abrogata, quoad partem non derogatam potest allegari, & sustinetur.
12 Lex in parte quoque abrogata, si lex abrogans reprobaretur, tunc enim abrogata revivisceret, & essent observanda.
13 Titulus, quando fuit tam in facto, quàm in jure revocatus, est nullus, & pro non titulo habendus est.
Titulus nullus & invalidus excludit bonam fidem. Bonam fidem requirit præscriptio, num. 13.
14 Divisio jurisdictionis, quid importet.
15 Præscriptio, quando non possit dici probata, & multo minus quieta, & pacifica.
16 Papæ enunciationes, quando non vivent ad probandam pacificam præscriptionem.
17 Papæ enunciationes, tunc sanè non vivant, quando non motu proprio, sed ad supplicationes partis emanarunt.
18 Verba Papæ, quando sunt narrativa, recipiunt conditionem sitis est.
19 Episcopi acta positiva, non possunt nocere Ecclesiæ Episcopi: acta positiva tunc minus nocent Ecclesiæ, quando eius nomine non fuerunt inita & num. 19.
20 Prælati negligentia in præscriptione, quando noceat Ecclesiæ.
21 Præscriptionis interruptio facta quoad unam partem, nocet quoad totam.
22 Testes quando sunt convicti de mendacio, nullatenus probationem aliquam facere possunt.

SEntentiam Rotalem esse confirmandam hodie DD. responderunt, etsi enim D. Archidiaconus nunc non impugnat universale & habituale Jus Reverendissimi & Archiepiscopi, & multum quoque relinquat juris actualis, sed instat in actuali & particulari suo jure in determinatis castris, & ad certas causas eidem consuetudine, vel præscriptione, privativè, vel etiam cumulativè competenti cum D. Archiepiscopo, juxtà §. *Excessum, cap. irrefragabili 12. de offic. Judic. ordin. & ibi Gloss. per cap. auditis 15. de præscrip. & ibi Abb. num. 7. cap. cum contingat. 13. de for. Compet. & ibi Abb. num. 18. & 19. Gratian. discept. 212. num. 18. & segq. Rot. coram Mantic. decis. 296. num. 1. & decis. 334. num. 12. post 1. recent.*

Et

Et præscriptione quidem concurrente quadragenariâ cum titulo, & bonafide, 2
quæ operatur, & sufficit contra præsumptionem juris, & ipsum quoque jus, *cap. 7. &*
verse. & si privilegium de privileg. in 6. Rot. coram Coccin. decis. 235. sub num.
1 & 3. *& decis. 295. num. 2. & decis. 448. sub num. 12.* immò etiamsi titulus esset inva- 3
lidus, & putativus *dicto cap. 7. d. vers. Et si privilegium, Abb. in dicto cap. Auditis num.*
8 & 12. *Rot. coram Verall. decis. 361. num. 3. par. 2. & decis. 235. num. 7. & seqq. & decis.*
295. num. 3. & 4.

Attamen Dominis visus est deficere titulus petitus ex constitutionibus Eccle- 4
siæ Beneventanæ anni 1355. dividentibus jura & loca Archidiaconi ab iis D. Archie-
piscopi, cum enim nihil probet, quod nimis probat, nimis indulgentes sunt constitu-
tiones tribuentes jus & jurisdictionem in causis matrimonialibus & facientes diœ-
cesim Domini Archidiaconi à diœcesi Domini Archiepiscopi distinctam, obstante, 5
quoad causas matrimoniales privativè quoad Episcopum. *Concil. Trid. cap. 20. de re-*
form. sess. 24. latè Barbos. de offic. & potestat. Episcopi. allegat. 48. ab initio Rot. decis.
447. *sub num. 1. par. 1. recent.* & quoad Territorium, seu d œcesim separatam re-
fragante ratione, & declarationibus, *Rot. decis. 324. dicto num 12. in fine* cum Papa
solus possit Territorium separatum concedere, *Abbas in dict. cap. cum contingat* 6
dicto num. 18. Rota decis. 324. coram Buratt. decis. 912. num. 1. cum ibi Annot. num. 11.
& 12. quicquid sit quando datur Prælatus inferior, & quasi sub Episcopo, ita ut
Episcopus habeat universalem jurisdictionem saltem habitu, & Prælatus inferior ha- 7
beat quasi sub Episcopo, & ab exercitio excludat Episcopum *ad Abb. d. cap. cum con-*
tingat d. num. 18.

Deinde constitutiones istæ, non tantum derogatæ ex detractione unius Ca- 8
pituli juxta *l. denegatur 102. ff. de verb. signif.* sed abrogatæ & prorsus sublatæ dice- 9
bantur.

Deinde constitutiones istæ sublatæ & abrogatæ prorsus dicebantur, non verò
eis tantum derogatum detractâ, & demptâ earum parte, juxta *l. derogan. 102. ff. de* 10
verb. significat. quo casu in parte non abrogata possent allegari & sustineri. *Felin. ad* 11
cap. 5. de constit. num. 19. vers. secundus casus cum aliis apud Mascard. de gener. stat. in-
terp. conclus. 11. num. 2. & 10. imò in parte quoque abrogata, si lex abrogans repro- 12
baretur, tunc enim abrogata revivisceit & observatur, *arg. cap 4. in fine de constit. Felin.*
ad dictum cap. 1. num. 19. vers. Alius casus, & in puncto statuti Dec. ibidem litt. P. num.
37. & 38. *cum aliis apud Decian. Criminal. cap. ultimo num. 29. & 34. vers. fallit 4. lib.*
2. *Mascard. d. conclus. 11. num. 34.*

Ex quibus prætensus titulus tam in facto revocatus, quàm reprobatus à Jure 13
visus est nullus, & non pro titulo & erroneo in jure & injusto excludente bonam fi-
dem ad hujusmodi præscriptionem requisitam. *Abb. ad d. Cap. 4. de præscrip. num. 10.*
& 12. Rot. d. decis. 361. num. 4. & d. decis. 295. d. num. 3. vers. neque sunt & seqq. & sub num.
11. &

11. & dicdecis.324.num.8.& oppositis decis.368.numer.5.& seqq.tom.2.& 731.numer.7. tom. 3. part. 4. recent. de similibus constitutionibus Synodalibus, & lib. Ecclesiæ,
14 unus ex Dominis respondit, ibi non agi sicuti hic ex divisione Territorii & diœcesis cum universali jurisdictione, quæ divisio ab inferiore Papa fieri requit.

His præsuppositis pauca Domini responderunt de opposita continua possessione in qua D. Archidiaconus fundat præscriptionem, non enim visa est probata, &
15 multò minus quod fuerit semper quieta, & enunciationes Pontificum non sufficiant,
16 nec titulo, nec possessioni, etiamsi & quantum forent confirmatiores, utpote
17 quod non motu proprio, sed ad supplicationem partis processerint, *Abb. ad cap. dudum de decim. num.* 8. *Rot. decis.* 252. *num.* 11. & 12. *tomo* 3. *part.* 4. *recent.* & *decis.* 210.
18 *num.* 24. *part.* 9. & optima ratione, nam illa verba sunt narrativa, & reciperent conditionem, si ita est, inquit *Abb. dicto loco*, & *Rot. dicta decis.* 522. *dicto num.* 12.

Confessio & alia facta per Archiepiscopos, ut acta positiva non nocent Eccle-
19 siæ, adeoque nec Archiepiscopis ipsius Ecclesiæ nomine agentibus, *secundum Gloss. conventuum cap.* 2. *de Testibus. Rota coram Ludovis. dec.* 375. *num.* 6. & *coram Burat. decis.* 453. *num.* 3. & *ubique Adden.* & *decis.* 290. *ad fin. tom.* 2. *par.* 4. *recent.* Quid-
20 quid secus sit de non factis, & negativis, in quibus patet, quod negligentia Prælati nocet Ecclesiæ in præscriptione. *Gloss. ult. in d. cap. Auditis, & ibi Abb. num.* 34.

Et demum super addebatur inquieta possessio D. Archidiaconi, adeoque inter-
21 rupta præscriptio facta in uno Articulo jurisdictionali prodest quoad totam jurisdictionem secundùm *Abb. qui tamen hanc propositionem declarat in dicto cap. Auditis num.* 33. *ad d. cap. cum contingat dicto num.* 18. & 19.

Aliqua dixerunt Domini de dictis testibus D. Archidiaconi, & nuncupatim de
22 secundo & sexto aptius, pro eo testificantibus, convictis tamen, non solum mendacibus, sed etiam mentientibus, juxta distinctionem *Aul. Gell. noct. Attic. cap.* 11. *lib.* 11. & præcipuè uno, ut asseren. Archiepiscopum nunquam in iis locis certos fecisse aliquos actus jurisdictionales, cum tamen ipse interfuerit visitationi, *in præsenti summario De Archiepiscopi sub. num.* 2. & 3.

Et itaque &c.

DECI-

DECISIO XXXI.

Ad probandam Quadragenariam quid requiratur Animus ex quibus dignoscatur. Territoria dividere ad quem spectet. Jurisdictio quomodo præscribatur, & an titulus possessioni debeat esse conformis.

R.P.D. TAIA.

Beneventana Jurisdictionis. *Decis. 21. par. 14. recens.*

Lunæ 12. Februarii 1663.

SUMMARIUM.

1 *Ad Quadragenariam probandam sufficit titulus & bona fides contra præsumptionem & dispositionem Juris.*
2. *Etiamsi titulus, qui allegatur sit invalidus & putativus.*
3 *Possessio si pacifica sit, sufficit absque alio titulo.*
4 *Bona fides, quando est necessaria, sufficit, quod allegetur cum præsumatur.*
5 *Abrogationis causa, quando est generalis, extenditur etiam ad actus in abrogatione non expressos.*
6 *Ampliat num. 6.*
7 *In enunciativis constitutionum Apostolicarum non potest fieri fundamentum, quando hæ non motu proprio, sed ad supplicationem partis emanarunt.*
8 *Constitutiones ad supplicationem partis emanatæ recipiunt vigorem, si sit verum, quod est in illis expressum.*
9 *Animus ex verbis & factis dignoscitur, & ex facto subsecuto. num. 10.*
11 *Ad Papam spectat territoria dividere.*
12 *Ad præscribendum sufficit titulus putativus.*
13 *Archidiaconus potest simplici consuetudine jurisdictionem præscribere.*
14 *Territorium ab Archidiacono sub Archie-*

chiepiscopo constitutum est præscribibile.

15 *Monstruosum est duo capita inesse eidem corpori.*

16 *Titulus debet esse conformis, non difformis possessioni.*

17 *Archidiaconus destinatur à iure ad episcopi vices supplendas.*

18 *Sine animo nemo acquirit.*

IN decisis 28. Aprilis præteriti DD. steterunt ex variis rationibus, concordemen in hac unâ, quod D. Archidiaconi pro tempore prætensionem variav erint. Et primum cæperint affectare omnimodam jurisdictionem in aliquibus castris vigore constitutionũ Ecclesiæ Beneventanæ editarum ann. 1535. deinde rejectâ hac pretensione multis Rotæ decisionibus convolarunt ad immemorabilem, quâ non fragante dum de initio constaret, demum confugerint ad centenariam, & postea ad Quadragenariam possessionem circa actus aliquos jurisdictionis particulares quam cumulativè saltem cum Reverendiss. Archiepiscopo sibi competere intendunt; sed neque hanc competere DD. visum est.

Et quamvis informantes pro Archidiacono deducerent, Testes & plures actus jurisdictionis exercitos *ut in summ. num. 3. & num. 6. usque ad* 10. ad probandam possessionem Quadragenariam cum titulo, & bonâ fide, quæ sufficit contra præsumptionem Juris, & ipsam quoque juris dispositionem *cap. 1. vers. & si privilegium de pri-*
2 *vil. in 6.* etiamsi titulus qui allegaretur, esset invalidus & putativus *& cap. 1. d. vers. & si privilegium. Abb. in cap. Auditis de præscrip. num. 8. & 12. & in decisione confirmata ab initio.* possessionem verò fuisse semper pacificam, eo quod non demonstretur ulla prohibitio aut inhibitio facta Archidiaconis pro tempore, immò ex hac tefultare consuetudinem, quæ in simplici jurisdictione si pacifica sit, sufficit absque alio
3 titulo. *cap. ultimo. de offic. Archid. & ibi Abb. antiq. num. 7. & 8. Abb. Panormitan. num. 7. vers. quidem sunt & seqq. vers. caveat ergo Episcopus, Hostien. num. 8. 24. & 24. Zabarell. num. 1. vers. quinto nota. & num. 4. vers. 15. nota, Anchar. num. 1. vers. 2. oppone. Ioan. Andr. num. 27. vers. caveat ergo Episcopus, & num. 33. & 34. Bellam. num. 13. vers. alias est landabilis consuetudo. Butr. num 38. vers. quidem sunt.*

Et cum his omnibus concurrere titulum fundatum in constitutionibus Ecclesiæ Beneventanæ non abrogatis in totum, sed derogatis, quoad cognitionem cau-
4 sarum matrimonialium &c. *ex decreto Sac. Conc. summ. num. 2.* & bonam fidem, quatenus necessaria sit, quæ sufficit, quod allegetur cum præsumatur. *Rot. coram Cosin. decis. 215. num. 4.*

His tamen fundamentis corruere visa sunt, quia titulus, & bona fides omninò necessaria sunt, & hic manifestè titulus deficit, abrogatis præfatis constitutionibus uti scandalosis juxta aliàs decisa *in causa 13. Maii 1652. §. nec Archidiacono & 27. Iunii 1653. §. nec valet replicatio coram R. P. D. meo Zarate,* & licet in abrogatione facta fuerit

solum

solum mentio de causis matrimonialibus, & criminalibus & facultate examinandi,
tamen cum ratio & causa abrogationis sit generalis, extenditur ad quoscunque cæte- 5
tos actus, præsertim quod in totâ abrogatione non legitur ulla particula taxativa, & 6
multò minus potest titulus fundari in enunciativis constitutionum Apostolicarum, 7
cum hæ non motu proprio, sed ad supplicationem partis processerint *Abb. ad cap.*
diudum de decim. num. 48. *Rota dec.* 552. *num.* 11. *& 12. tom.* 3. *par.* 4. & optimâ ratione, 8
quia illa verba sunt narrativa, & recipiunt conditionem si ita est *inquit Abb. & Rota*
ad. locis cum aliis in dec. confirmata sub §. his suppositis.

Corruit etiam probatio possessionis cumulativæ Archidiacono cum D. Archi-
episcopo; nam cum Domini Archidiaconi antecessores privativam præcisè habere
contenderent non potest hodie successor uti his probationibus pro cumulativâ con-
trariâ privativæ, in quâ articulantur antecessores privative possedisse, quoad D. Ar-
chiepiscopum, & habuisse privativè animum possidendi, cum animus ex verbis & 9
factis dignoscatur. *Rota coram Mantic. dec.* 313. *à n.* 2. *vers. & quidem animus. & coram*
Caval. dec. 531. *sub num.* 1. & ex facto subsequuto melius quàm verbo. *Rot. apud Posth.* 10
de manut. dec. 225. *num.* 9. *& est coram Merlin. dec.* 313. *num.* 3.

Et ad excluden. omninò titulum ex capite dd. constitutionum ultra supradicta
consideratum est, quod neque jure, neque de consuetudine induci potest quod infe-
rior ab Episcopo habeat in eadem diœcesi Territorium, & ideo talis inferior allegans
titulum pro suâ jurisdictione quasi Episcopali tenetur exhibere privilegium conti-
nens separationem diœcesis à Papâ concessum, ad quem pertinet territoria dividere, 12
& diœceses assignare, *Rot. in Toletana Iurisdictionis* 21. *Maji* 1660. §. *nec enim coram*
R. P. D. meo Bevilaqua & coram Buratt. dec. 508. *num.* 1. *& alii passim, & in decis. con-*
firmata §. attamen.

Nec refragatur quod ad præscribendum sufficiat titulus putativus; nam licet 12
sufficiat titulus putativus, intelligitur tamen, quando est justo errore causatus *inquit*
Rota dec. 324. *num.* 8. *par.* 1. *Lotter. de re Benef. quæst.* 24. *num.* 167. *lib.* 1. hic nihil con-
currit, quod possit titulum allegatum verisimiliter aliquo modo fundare.

Multò minus obstat, quod Archidiaconus non egeat titulo, cùm simplici 13
consuetudine possit jurisdictionē præscribere *ad notata per DD. in d. cap. final.*
de offic. Archid. & ipse non intendat constituere separatum Territorium, & 14
distinctum ab Archiepiscopo, sed tantum sub Archiepiscopo, quod juri non repug-
nat & est præscriptibile. *Gratian. discept.* 212. *nn.* 18. *Rot. dec.* 40. *ab initio post Tam-*
bur. de jur. Abbat.

Quia dicebant subterfugium hoc tanquam à facto omninò alienum non esse
admittendum, sicuti enim præfatæ confirmationes sub eadem diœcesi Beneventana
novum constituant Territorium separatum, & distinctum ab Archiepiscopatu, ut 15
ex ejus lectura tribuendo eidem corpori duo capita, evidentem monstruositatem

Canonibus exosam, *ut ait Rota d. decis. 324. num. 11.* ita constat Archidiaconos
per noluisse distinctam & separatam jurisdictionem ab Archiepiscopali exercere
126 fuisse probare, ibi proinde eversa, ac revoluto facto modo non sunt admittendi
allegan. id cujus contrarium articularunt, pro ut in specie talis descensus ab omni-
moda jurisdictione ad quosdam particulares actus ex hujusmodi ratione fuit rep-
ctus *in d. Toletana Jurisdictionis 27. Januarii 1662. coram R.P.D. Bevilaqua.*

Eadem responsione removetur quod dicitur *d. cap. final. de offic. Archid.* quo
non negatur Archidiaconum tanquam Episcopi oculum destinatum esse à jure ad
127 illius vices supplendas, & sic Prælati sublevandam sollicitudinem, ac consequenter
facilius ex consuetudine & præscriptione posse in munere sibi de mandato com-
vere; sed dicitur hoc non fuisse suæ intentionis, sed affectasse in vim dictæ consue-
tionis non sublevare, sed excludere Archiepiscopum, unde non debet præscriptio de-
128 tra intentionem prætendi ad illam, cum non tam requiratur titulus & possessio
quam etiam animus sine quo nemo acquirit vulgatis juribus.

Ex ita utraque &c.

DECISIO XXXII.

Episcopus habet de jure fundatam intentionem in jurisdictione causarum civilium, criminalium, mixtarum, & matrimonialium, nisi in contrarium adsit immemorabilis præscriptio, & quomodo hæc præscriptio per Testes probetur.

R.P.D. MANZANEDO.

Est in recent. decis. 248. par. 2.

Marsicen. Jurisdictionis.

Veneris 26. Aprilis 1609.

SUMMARIUM.

1 *Episcopi habent ordinariam jurisdictionem in quibuscumque causis.*

2 *Præscriptio immemorabilis ut dicatur probata, quæ requirantur.*

3 *Testes*

3 *Testes super immemorabili debent deponere de visu per 40. annos.*
4 *Testes de immemorabili debent deponere de actibus ante litem motam.*
5 *Testes habentes affectionem & interesse in causa, non probant.*
6 *Jurisdictio Episcopi non præscribitur per actus factos nomine Episcopi.*
7 *Immemorabilis excluditur quando dantur actus gesti ab Episcopo.*

CUm Archipresbyter prætenderet, omnem jurisdictionem civilem, criminalem,& mixtam sibi competere,etiam quo ad causas matrimoniales, & cum 1
istæ,& criminales ad solos Episcopos, non autem ad alios inferiores spectent, juxta Concil. Trident. *cap.* 20. §. *adhæc sess.* 24. & sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium dicti Concilii interpretum censuerit, d. decretum Concilii Tridentini non excludere immemorabilem, sed donec de illa constiterit per tres sententias conformes, non inferiorem, sed diœcesanum Episcopum debere interim hujusmodi causis cognoscere, & quo ad illas Rota coram me. 18. Maji 1607. Domino Episcopo mandatum de manutenendo dederit. Inde Dominus Archipresbyter habuit remissoriam pro prædictâ immemorabili probandâ, non solum quo ad prædictas causas matrimoniales, & criminales, sed etiam quo ad omnem jurisdictionem à se prætensam, & examinatis 18. testibus, & productis, dubitavi an prædicta immemorabilis esset probata.

Et Domino Episcopo tantum informante, Domini pro negativâ respondendum censuerunt, quia ex prædictis testibus dicta immemorabilis probata non resultat cum requisitis, de quibus *in Gl. fin. cap.* 1. *de præscript. lib.* 6. *quam sequuntur ibi Lap. & Franc. num.* 10. *& cæteri scribentes*, & est communiter recepta, ut tradit *Gabriel. pluribus relatis lib.* 5. *Tit. de præsumpt. concl.* 1. *num.* 81. *Covarr. in reg. possessor. par.* 2. §. 3. *num.* 7. *Rebuff. de decim. q.* 13. *num.* 99. & illam servat *Rota, ut apud Veral. decis.* 71. *par.* 1. *& decis.* 290. *part.* 3. *& sapissimè fuit dictum.* 2

Et cum juxta prædictam Glossam testes concludentes immemorabilem, deponere debeant de visu, per 40. annos, opus est, ut habeant ætatem congruam, qualis est annorum 54. ut dixit *Lap. in d. cap.* 1. *& ibidem Dominic. & Franc. d. num.* 16. *& Parisi. cons.* 27. *num.* 98. *Aym. de antiq. tempor. par.* 4. *cap. absolutis. num.* 3. *Balb. de præscrip.* 2. *par.* 3 *par. principalis. q.* 6. *num.* 37 *vers. cujus verò ætatis Belvand. cons.* 167. *num.* 4. *lib.* 3. *Gabriel. de præscrip. conclus.* 1. *in fine, & ita servat Rota, ut per Veral. ubi supra, & plures fuit dictum*, sed hic est, quod ex prædictis testibus primus est ætatis annorum 45. quartus verò annorum 44. & sextus annorum 51. unde ex defectu congruæ ætatis, non valet ex eorum dictis immemorabilis dici probata. 3

Ulterius quia debent deponere de visu per 40. annos ante litem motam, cum eorum sit per litem contestatam, interrumpi præscriptionem *cap. illud ubi Gloss. verb. interruptio de præscript. & ibi Abb. num.* 13. *& seq. l. motæ litis C. de rei vendicat. Loum notissi-* 4

notissimi §. imo, & illud procul dubio. C. de præscrip. 30. annorum. Bart. & communiter DD. in l. naturaliter num. 19. ff. de usucap. Balb. de præscript. ver. immobil. §. quib. Mod. non rumpat. præscrip. num. 51. & 3. par. sextæ partis principalis. q. 1. Covar. ubi supr. 2. part. 12. num. 4. vers. secunda conclusio & versic. 3. conclusio, unde cum ista lis duret 30. a hinc annis, opus esset, quod Testes haberent ætatem annorum 85. adhoc ut valerent deponere de 40. annis de visu ante litem motam, sic est, quod nullus ex testibus dechipresbyteri dictos annos 85. attingit, & unicus tantum ad 80. ascendit, & quatuor ad 70. & per consequens videtur ex dictis Testibus nullarenus istam immemorabilem probatam resultare.

5 Tum etiam quia 15. ex prædictis Testibus sunt de loco Saponariæ, & alius quamvis aliundè oriundus est habitator Saponariæ à 60. annis, & sex ex eisdem habent in Capitulo Saponariæ Ecclesiæ filios, aut Fratres, aut Nepotes respective, & alii affectant victoriam Archipresbyteri, prout 16. interrogatus respondit, dicendo quod victoriam reportet Archipresbyter, quia fovet bonum Jus, & secundus, qui erat Syndicus generalis illius terræ dicit, qualiter in consilio Saponariæ fuit conclusum, quod præstaretur adjutorium Capitulo, & Archipresbytero, quoad expensis necessarias, ut favoretur jurisdictioni, quia erat honor & reputatio dictæ terræ, habere suam Ecclesiam cum aliqua præeminentia, & dictus testis tanquam syndicus ministravit Archipresbytero Cotino, non habenti in Urbe, quid expenderet, ducatos 25. pro duabus vicibus, & reddit rationem, nempe, ut non amitteret jurisdictionem; quæ omnia, aut istos testes non admittendos ad probationem immemorabilis, aut minorem fidem illis adhibendam satis demonstrant *ad text. in l. fin. ff. de testib. & ad notata per Alex. consil. 146. numer. 3. lib. 5. & Cravet. cons.* 281. *numer. 3. Non. cons.* 261. *num.* 11.

6 Ultrà quod iidem Testes deponunt Archipresbyteros Saponariæ fuisse deputatos ab Episcopo Vicarios foraneos. Unde visi fuerunt non nomine proprio, sed Episcopi illam jurisdictionem exercere, quod impedit acquisitionem præscriptionis *Ruin. cons.* 217. *num.* 13. *vers. allegat. etiam lib.* 1. & quamvis dicant hoc fecisse accumulativè, & præveniendo, hoc sufficit ad impediendam præscriptionem Archipresbyteri, quatenus in illa velit fundare suam jurisdictionem privativè ad Episcopum; facit etiam, quod istimet testes deponunt Episcopum processisse contra Archipresbyteros in jurisdictione se intromittentes; Item & quamvis plures ex istis testibus deponant de visu per 40. annos, tamen tres tantum exprimunt actus jurisdictionales, quos viderunt ab Archipresbytero exerceri.

7 Et ultimo visum fuit Dominis excludi istam immemorabilem ex pluribus achibus in contrarium datis pro parte Episcopi. *Soc. cons.* 7. *num.* 11. *lib.* 1. *Put. dec.* 436. *lib.* 2. & *fuit dictum in una Caputaq. unionis* 27. *Novembris* 1591. *coram Domino meo Decano, & in Aquanaten. Beneficii* 9. *Aprilis* 1602. *coram Domino meo Ludovisio.*

DECI.

DECISIO XXXIII.

Episcopus habet jutis assistentiam præcipue quoad causas matrimoniales & criminales, ita ut veniat manutenendus etiam non probatâ possessione. Immemorabilis præscriptio contra Episcopum quomodo justificanda.

R.P.D. VBALDO.

Theatina Jurisdictionis.

Decisio 600. par 4 Tom. 3. recent.

Veneris 14. Martii 1625.

SUMMARIUM.

1 *Loca aliqua an sint intra fines alicujus jurisdictionis, potest probari ex pluribus simul junctis.*

2 *Episcopus dicitur habere assistentiam juris in exercenda jurisdictione in omnibus locis suæ diœcesis, propter quam debetur ei manutentio, num. 3.*

4 *Quod procedit, etiam si Episcopus non probaverit possessionem.*

5 *Episcopus, & non alii inferiores possunt cognoscere causas matrimoniales, & criminales, cum id relinquatur tantum Jurisdictioni, & examini Episcopi.*

6 Concil. Trid. sess. 24. cap. 20. §. ad-hæc de reform. *ex declaratione Sacr. Congregat. Concil. non tollit immemorabilem ut inferior Episcopo possit cognoscere causas matrimoniales, & criminales.*

7 *Immemorabilis pro Prælato inferiori, ut possit cognoscere causas matrimoniales, & criminales, dum disputatur an adsit nec ne, non est deneganda manutentio Episcopo.*

8 *Manutentio non solet dari ex solâ assistentiâ juris, quando illa offuscatur ex contrariis probationibus.*

9 *Privilegia non sufficiunt ad excludendam manutentionem, nisi etiam do-*

ceatur de quasi possessione.

10 Privilegia exemptionem non sunt extendenda.

11 Decisio in causa Constantien. Jurisdictionis 16. Novembris 1607. coram Ortenbergo, quo casu loquatur, & in multis ab ea fuit recessum num. 12.

13 Testes deponentes de auditu non probant.

14 Episcopi scientia, & patientia requiritur, ut alius contra ejus jurisdictionem aliquid præscribat.

15 Episcopus ut excludatur ab Archidiacono &c. ad effectum, ut non possit cognoscere causas matrimoniales, vel criminales, requiritur immemorabilis canonizata per tres sententias.

16 Juris assistentiam pro se habens; si alius prætendat illum impedire, dum id cognoscitur, quis veniat manutenendus.

17 Resolutio Sacr. Congregat. Concil. Trid. super sess. 24. cap. 20. de reformat. in quibus terminis loquatur.

18 Concil. Trid. sess. 24. cap. 20. de reform. non comprehendit Abbates habentes quasi Episcopalem jurisdictionem, nec Capitula, quibus Abbatiæ sunt unitæ.

19 Concil. Trid. sess. 24. cap. 20. de reform. loquitur de Decanis, Archidiaconis, & aliis Prælatis inferioribus Ecclesiæ Cathedralis, non autem aliorum Ecclesiarum, & num. 20. & 22.

23 Episcopus in cognoscendo causas matrimoniales, & criminales totius suæ diœcesis, habet pro se claram jurisassistentiam, nec non apertam dispositionem Concil. Trident.

24 Abbates vel Capitulum, quod habeat territorium separatum ab Episcopo, cum id non præsumatur, venit probandum.

ORta jam pridèm controversiâ inter Archiepiscopum Theatinum ex unâ parte, & Capitulum Basilicæ S. Petri de Urbe ex alterâ super omnimodâ jurisdictione in Abbatia S. Salvatoris de Majella, nec non in alia S. Martini Dellaphara in provinciâ Theatinâ constituris, & causa commissâ in Rota, dubitavit an esset dandum mandatum de manutenendo, & in quibus: Et propter amplitudinem materiæ Domini eam distinguentes, censuerunt D. Archiepiscopum esse manutenend. quoad causas matrimoniales, & criminales, & approbationem Confessariorum, cum reservatione, ut de aliis quæ hinc indè prætenduntur, de quibus infra particulariter videretur. Et quidem disputatio hæc fuit instituta cum præsupposito, quod loca, de quibus agitur, sint inter fines diœcesis Theatinæ, ut in dubio per me subscripto, & supposito confirmatur ex pluribus enunciativis antiquis in scripturis pro Capitulo productis, nec non ex actibus factis ab anno 1525. usque ad annum 1605. quæ fuerunt data in summario responsionis pro Archiepiscopo, ex quibus sallem simul junctis, constat hæc loca esse intra fines dictæ diœcesis juxta aliàs deducta *in causa Theatina jurisdictionis 4. Maji 1612. & in alia jurisdictionis de Altissa 4. Julii*

ejusdem

einsdemanni coram Reverendiss. Decano & rursus in alia Theatina jurisdictionis de Arbona 26. Junii 1615. coram eodem, quæ est decis. 683. num. 1. par. 1. recent. quæ dicta sunt ex abundanti, quia dubium super manutentione disputatur cum illo præsupposito, ut dixi.

Quod igitur pertinet ad causas matrimoniales, & criminales, movebantur Domini pro manutentione Archiepiscopi, quia quoad ista, Episcopus habet assistentiam 2
juris in locis suæ diœcesis, propter quam assistentiam debetur sibi manutentio, cap. 3
cum Persona §. fin. de privil. in 6. Caputaq. decis. 306. num. 2. par. 1. & decis. 201. par. 2.
Rota decis. 491. num. 2. par. 1. recent. Cardinal. Mantic. decis. 322. num. 1. & 2. & 11. id 4
procedit, etiamsi Episcopus non probet possessionem, Rota decis. 145. num. 6. par. 2.
diversi. decis. 501. num. 1. par. 2. recent. nec non habet assistentiam ex dispositione Sa- 5
cri Concilii Tridentini sess. 24. cap. 20. §. ad hæc de reform. ubi statuitur, quod causæ
matrimoniales, & criminales, non Decani, Archidiaconi, aut aliorum judicio, sed Episcopi tantum examini, & jurisdictioni relinquantur. Rota decis. 282. num. 1. par. 2. recent. & licet aliàs Sacta Congregatio Concilii interpretum declaraverit Concilium 6
non tollere immemorabilem, tamen dum cognoscitur, an adsit immemorabilis pro
Prælato inferiori, idque per tres conformes, interim Episcopus est manutenendus, ut 7
dixit Rot. in causa Marsicen. Jurisdictionis 26. Aprilis 1609. coram Reverendiss. Patriarcha, quæ est decis. 248. num. 1. par. 2. recent. & in Theatina jurisdictionis de Altissa 5. Decembris 1614. coram Reverendiss. Decano, licet manutentio dari non soleat ex solâ 8
assistentiâ, ubi illa offuscatur ex contrariis probationibus, Rota d. decis. 322. num. 5. &
decis. 501. num. 4. par. 2. recent. & in aliis cumulatis in Constantien. Jurisdictionis 16. Novembris 1607. coram Reverendiss. Attrebaten. Tamen visum est dictas probationes
non esse sufficientes ad prædictum effectum. Quia quoad privilegia exhibita pro parte
Capituli, quatenus essent in formâ probanti, quod à prædicto Archiepiscopo impug- 9
nabatur, fuit etiam responsum, privilegia non sufficere ad excludendam manutentionem Archiepiscopi, nisi ostendatur etiam quasi possessio, ut fuit firmatum in causa
Siguntina jurisdictionis coram bon. mem. Card. Sacrato, quæ est decis. 491. nu. 4. par. 1. recent. & accedit, quod quatenus sonant in exemptionem, illa intelligitur, quoad Ec-
clesiam, & ejus Clericos, non autem quoad Parochum. & Parochianos, juxta text. 10
in cap. per exemptionem, & ibi Gloss. in verb. curam habens, Joan. Andr. num. 2. Franch.
num. 3. Gemin. num. 14. & seq. de privil. in 6. Seraphin. decis. 2058. sub num. 6. Rota decis.
324. num. 6. par. 1. recent. ultra quod in privilegio Alexandri III. expresè reservatur
authoritas sedis Apostolicæ, & diœcesanorum Episcoporum Canonica justitia.

Nec applicatur decisio Constantien. jurisdictionis coram Reverendiss. Attrebaten. 11
supra allegata, quia ibi expresè negabatur loca controversa pro Abbate, & Monas-
terium esse intra fines, hic autem supponitur, ut supra dictum est, ultra quod ab eâ de- 12
cisione in multis fuit recessum, ut constat in decis. 324. præsertim num. 11. par. 1. recent.

Non

13 Non obstant Testes dati pro Capitulo, quia plerique deponunt de auditu, &
non probant, *cap. licet ex quadam de test.* & non deponunt de scientiâ, & patentiâ Ar-
14 chiepiscopi, pro ut est necessarium ad hunc effectum excludendi ordinarium à re-
tentione, ut firmatur *in dicta decis. 491. num. num. 10. & seq. par. 1. recent.* ubi di-
citur maximè procedere quoad causas matrimoniales, & criminales, in quibus ad ex-
15 cludend. Ordinarium requiritur immemorabilis Canonizatæ per tres conformes, &
idem dicitur *in decis. 332. num. 4. eadem par. 1. recent.* de quâ immemorabili testes nil
latenus deponunt, & in summâ, cum multa opponantur, tum circa personas, & dicta
16 testium, tum circa alias probationes Capituli, donec prædicta discutiantur, interim
Episcopus est manutenendus, ut in his terminis dixit *Rota d. dec. 382. in fin. par. 2. recent.*
17 Non obstat resolutio Sacræ Congregationis, quæ datur; quia ex lectura ap-
rer suppositum fuisse Congregationi Abbatem habere quasi Episcopalem jurisdi-
ctionem, & Territorium separatum, quod non applicatur huic casui, in quo suppo-
nitur loca, de quibus agitur, esse intra fines diœcesis Theatinæ.

18 Non obstat quod decretum Concilii circa causas matrimoniales, & crimina-
les, de quo supra, non comprehendat Abbates habentes quasi Episcopalem jurisdi-
ctionem, nec Capitula, quibus Abbatiæ sunt unitæ, sed loquatur de Decanis, Archi-
19 diaconis, & aliis Prælatis inferioribus Ecclesiæ Cathedralis, non autem aliarum Ec-
clesiarum, ut alias consideravit *Rota in causa Salamantina Jurisdictionis. 1. Julii 163.*
coram Card. Joan. Aldobrandino, quia postmodum in Rota non fuit facta hujusmodi
distinctio, sed indistinctè tantum, quod Concilium habeat locum in Abbate, & alio
20 Prælatis inferioribus, *ut in Theatina jurisdictionis coram Reverendiss. D. meo Duran.*
quæ est decis. 382. par. 2. recent. & declarationes Sacri Concilii indistinctè loquuntur,
ut advertit *Rotam Theatina Jurisdictionis de Atissa 17. Novembris 1612. coram Reve-*
21 *rendissimo Decano*, ultra quod non constat, quod Abbas vel Capitulum habeat juris-
dictionem Episcopalem & proprium territorium, *ut in Constantien. jurisdictionis su-*
pra allegata, immo supponitur contrarium, ut supra dixi.

22 Non obstat quod Concilium non tollit sententias, præsertim antiquas, & in ju-
dicatum transactas *Seraph. decis. 712. num. 5. ubi Additio Garz. de benefic. par. 3. cap. 2.*
num. 201. & seq. in proposito autem prætendit Capitulum adesse sententiam Car-
dinalis Buccamatii, latam de anno 1291. tempore Nicolai Quarti datam *in summa-*
rio Capituli num. 4. quæ tamen parum facere videtur, quia ibi supponitur, fuisse li-
tem coram d. D. Card. vigore specialis commissionis inter Episcopum Theatinum,
& nonnullos Abbates, Archipresbyteros, & Conventus Ecclesiarum dictæ diœce-
sis super visitatione, & aliis juribus Episcopalibus, & quod de ejusdem Pontificis
mandato fuit ei injunctum, ut de Ecclesiis subjectis Basilicæ S. Petri de Urbe, nullo
modo se intromitteret occasione dictæ commissionis, & quod ei innotuit, Eccle-
siam S. Martini de Valle, dictæ Basilicæ esse subjectam, & propterea non esse in dicta

com-

commissione comprehensam, quod quidem nihil commune habet cum eo, de quo hodie disputatur, nec illa est sententia ad favorem Abbatis, vel Ecclesiæ S. Martini, ali quatenus absolvit à Censuris in contumaciam illatis, sed solum continet, quod ratione subjectionis Basilicæ S. Petri, dicta Ecclesia non comprehendatur in commissione de qua ibi.

Quo vero ad approbationem Confessariorum pariter Domini censebant esse dandum mandatum de manutenendo D. Archiepiscopo, quoniam habet assistentiam juris, & claram dispositionem Concilii Trident. *sess. 23. cap. 15. de reformat.* ubi etiam tollit immemorabilem, & fuit resolutum *in causa Calagurritana iurisdictionis de Nagera 6. Junii 1612. coram Reverend: ss. Attrebaten. quæ est decis. 332. par. 1 recent. Confirmata 20. Martii 1615. coram me.* Nec probatur contrarium, ut suprà latè dictum est. 23

Quo verò ad visitationes Collationes beneficiorum, & causas Civiles, Domini mandarunt particulariter videri. 24

Et ita fuit decisum, &c.

DECISIO XXXIV.

Ordinarius licet habeat intentionem fundatam exercendi jurisdictionem in omnibus locis suæ diœcesis, tamen si aliquis exhibetur titulus & possessio exemptionis à suâ jurisdictione, non est d. ordinario concedenda manutentio, sed exempto, donec cognoscatur de validitate tituli & possessionis.

R.P.D. PIROVANO.

Brixinen. Jurisdictionis.

Est inter recent. decisio 546 par. 5.

Veneris 9. Junii 1634.

SUMMARIUM.

2 *Ordinarii habent intentionem fundatam de jure communi in jurisdictionem*

nem omnium Monasteriorum Regularium intra suam diœcesin existentium.

2 Ordinarii etiam ex sola juris assistentia in jurisdictionalibus non solet denegari manutentio.

3 Regulares dum allegant titulum exemptionis à jurisdictione ordinaria, vel privilegium, & exhibetur, ac de possessione docent, dum cognoscitur de relevantia titulorum, & legitima possessione, turbari non possunt.

4 Et hanc opinionem semper sequuta est Rota, utroque concurrente, nempe titulo & possessione.

5 Regulares, si immediatè sub protectione sedis Apostolicæ recipiantur, ista specialis protectio semper eximit privilegiatos à jurisdictione ordinariorum.

6 Regularis domus dum cognoscitur, an comprehendatur in privilegiis & constitutionibus exemptionis ab jurisdictione ordinarii, eò quia subdat Religioni exemptæ, non debet privari eius legitimâ possessione, & numero 7.

8 Jurisdictionis exercitium super aliquo loco Regulari infertur ex pluribus ordinationibus factis concernentibus earumque statum temporalem & spirituálem.

9 Jurisdictio super aliquo loco probatur ex obedientia & subiectione.

10 Actus confirmandi officiales Regulares electos, semper pendet à jurisdictione ordinaria superiorum, vel delegata à sede Apostolica, & num. 11.

12 Ordinario solummodo denegatur manutentio contra allegantem titulum & possessionem à sua jurisdictione exemptione, si Ordinarius niteatur sola juris assistentia.

13 Sed quando ex parte ejus concurrens etiam actus possessorii, tunc non est deneganda manutentio in quasi possessione jurisdictionis.

14 Possessio valida nulla potest acquiri ex actibus contradictis, & quicausam lati decerunt.

15 Per actum minimum conservantur tum.

16 Commissariorum relationi absque testimonio Notarii de actibus vobis rogati non solet plena fides adhiberi.

DOmino Episcopo Brixinensi petente manutentionem in quasi possessione exercendi jurisdictionem Episcopalem super domo Regulari, ejusque R. R. Mulieribus, de quibus agitur, responsum fuit, non esse dandam, quia Patres Servitæ exhibent titulum, & docent de possessione eorum jurisdictionis super prædicta domo Regulari.

Nam, etsi vera sit conclusio, quod ordinarii habent fundatam intentionem de jure communi in jurisdictione omnium Monasteriorum Regularium intra suam diœcesim existentium, *cap. penult. de relig. Dom. Gloss. in cap. conquerente in verb. jurisdictionem de off. ord. Dec. in cap. fin. num. 6. in notab. de confirm. util. vel inutil.* & etiam ex solâ juris assistentiâ in jurisdictionalibus non soleat denegari manutentio ordinariis

nariis, *cap. cum personæ in fine de privileg. in 6. Capic. dec. 189. num. 7. Seraph. 1449. numer. 1. & in recent. par. 2. decis. 382. & 493. cum aliis allegatis.*

Attamen vera etiam est declaratio, quando allegatur titulus exemptionis vel privilegium, & exhibetur, ac de possessione docetur, tunc Regulares, dum cognoscitur de relevantiâ titulorum, in eorum libertatis, vel exemptionis legitimâ possessione turbari non possunt, ut admittitur in secunda parte ejusdem Capituli *cum personæ, de privil. in 6. & comprobant Anchar. ibid. num. 2. Gemin. in § fin. numer. 3. & 4. Franc. num. 2.* & Rota hanc declarationem semper est sequuta utroque concurrente, nempè titulo, & possessione, *decis. 491. num. 4. & 5. & 685. num. 2. par. 1. & 682. num. 5. par. 2. recent. Seraph. decis. 1278. in fine, & 595. num. 3. & 4. idem sunt dictum in Aprutina jurisdictionis 9. Junii 1606. coram D. Card. Pamphilo in Constantien. jurisdictionis. 16. Novembris 1607 coram Episcopo Attrebaten. & in Lauretana Jurisdictionis. 2. Maji 1631. coram D. Durano Episcopo Urgellen.* 3 4

Titulus autem adhuno effectum per Religionem exhibitus visus fuit sufficiens, cum deducatur ex constitutionibus summorum Pontificum Urbani, Sixti, Innocentii Octavi, & aliorum, in quibus Fratres Servitæ eximuntur à Jurisdictione ordinariorum, & immediatè sub protectione sedis Apostolicæ recipiuntur, sed & omnes Sorores Mantellatæ, Pizcoræ, ac tertiariæ nuncupatæ subjiciuntur Generali, & Superiori ordinis, cum derogatione Concilii generalis, quæ specialis protectio semper eximit privilegiatos à Jurisdictione ordinariorum, *cap. ex parte il. 1. ibi privilegium nobis Apostolicum nobis ostendarant de privil. cap. si Papa eodem Tit. in 6. cap. 2. de integr. restit. cap. cum tempore de arbitr. Dec. cons. 152. numer. 2. Put. decis. 115. in fin. lib. 3. Seraph. decis. 1025. num. 5. & seq.* 5

Prætera desumitur idem titulus ex constitutionibus hujus domus Regularis à sede Apostolica confirmatis, in quibus præsupponitur exemptio, & obedientia, & jurisdictio debita Generali ordinis, & ejus Vicario, & aliis Superioribus assignata. 6

Non obstat, quod Sorores hujus domus Regularis non comprehenduntur in dictis privilegiis, aut constitutionibus, quia dum cognoscitur de comprehensione, non debent Servitæ privari eorum legitima possessione, secundum terminos ejusdem Capituli *cum personæ de privil. in 6.* 7

Quo verò ad possessionem, bene probatur ex actibus positivis, qui dantur nempè ex visitatione facta per Vicarium Generalem Ordinis sub die 20. Junii 1627. *summ. Religionis num. 16.* in quo quàmplures ordinationes factæ fuerunt, concernentes utrumque statum temporalem, & spiritualem, quæ procul dubio inferunt jurisdictionis exercitium, *cap. conquerente de offic. ordin. Soccin. de visit. nu. 4. vers. decimo quæro, Rot. decis. 196. num. 2. par. 2. divers.* Dantur præterea admissiones ad habitum, & votorum emissiones in manibus superiorum Religionis, quæ propter obedientiam promissam & subjectionem Patri Generali probant jurisdictionem, *Isernia,* 8 9

Alva-

Alvarott. & alii in cap. 1. qualiter Vasallus præstare debeat Domino fidelitatem. Num. conſ. 636. num. 65. lib. 4. ac demum dantur confirmationes factæ per Vicarios Gene-
10 rales, quoad Sorores quæ in eadem domo ſolent officia exercere, qui actus confi-
mandi officiales electos ſemper pendeat à Juriſdictione ordinaria ſuperiorum, vel
11 delegata à ſede Apoſtolica per privilegia, ac conſtitutiones ſummorum Pon-
tificum.

Non obſtat, quod ordinariis denegatur manutentio contra allegantem tan-
12 lum, & poſſeſſionem ſolummodo, quando nituntur ſola juris aſſiſtentia, ſed quando
13 ex parte eorundem concurrunt etiam actus poſſeſſorii, ut in præſenti præſuppon-
tur, tunc non eſſe denegandam manutentionem, in quaſi poſſeſſione juriſdictionis
14 *Bald. in cap. querelam num. 23. in fin. de elect.* dicens per actum minimum conſer-
vari totum, & idem videtur firmatum *in Theatina juriſdictionis, qua eſt 38. par. 2. recent.*

Quia cum actus dati pro D. Epiſcopo fuerint expreſsè contradicti, vel pro
15 parte Sororum, vel pro parte Religionis, & cauſam liti dederint, nulla potuit ex-
acquiri valida poſſeſſio, *Rota decis. 165. num. 5. par. 4. diverſ. & 30. num. 1. par. 2. recent. Afflict. deciſ. 395. num. 7.*

Nam viſitationi anni 1628. 13. Januarii fuit contradictum, & ſeu potius di-
ſentientibus Prioriſſa, & aliis Sororibus fuit admiſſa, & de ea non conſtat niſi ex
16 relatione Commiſſariorum, quibus abſque teſtimonio Notarii de actibus viſitæ re-
gati non ſolet plena fides adhiberi. *Annibal Rochus de viſitat. in verb. creare poſſe fol. 304. Lucas Antonius Reſta in direct. viſitat. cap. 5.*

Literæ pariter Archiducis Leopoldi non conferunt ad probationem actus poſ-
ſeſſorii, quia vigore illarum Ordinarius juriſdictionem in domo prædicta non exer-
cuit, nec exercere poterat, ex quo in eiſdem reſervatus fuit articulus juriſdictionis
inter eundem Ordinarium, & Servitas per ſedem Apoſtolicam decidendus, cum
qua reſervatione ceſſabat facultas ex literis prætenſa.

Et ita utraque, &c.

* * * * * *

DECI-

DECISIO XXXV.

Exemptus à Jurisdictione ordinarii, quando pendente controversia super exemptione, non debeat privari aut turbari in ejus possessione, & quando econtra.

R.P.D. PIROVANO.

Brixinen. Jurisdictionis.

Est in recente. decis. 566. par. 5.

Lunæ 11. Decembris 1634.

SUMMARIUM.

1 *Exempto à Jurisdictione Episcopi non est deneganda manutentio, si doceat de titulo exemptionis, & possessionem probet.*

2 *Exemptus, si sit manutenendus adversus ordinarii jurisdictionem, quando exhibetur titulus, & possessio probatur, debet doceri de possessione quadragenaria.*

3 *Exempto denegatur manutentio adversus ordinarii jurisdictionem, data impossibilitate probationis, præscriptionis, quadragenariæ possessionis.*

4 *Exemptus si excipiat contra exemptionem à Jurisdictione ordinarii, exhibendo titulum, qui egeat probatione præscriptionis, & sic quadragenaria possessione, & tunc si destituatur tali possibili probatione, non est manutenendus.*

5 *Exemptus, si excipiendo adversus ordinarii jurisdictionem, producat titulum ex se habilem, & sufficientem, est manutenendus, licet non doceat de possessione.*

6 *Fratres Servitæ, & omnes Sorores Mantellatæ, Pizochezæ oblatæ, & Tertiariæ nuncupatæ, eximuntur à Jurisdictione ordinarii, & subjiciuntur Generali, & Superiori.*

Et immediatè sub protectione Sedis Apostolicæ recipiuntur ut patet ex Constitutionibus Urbani VI. & Innocentii VIII. num. 6. & 17.

7 *Ex-*

7 *Exemptus à Jurisdictione ordinaria quis est, si sit receptus sub protectione Sedis Apostolicæ.*

8 *Religionum diversitas ex quibus deducatur. & num.10.*

9 Gemin.consil.41.num.1.& Anchar. cons.321.num.1. *intellectus.*

11 *Superiori obedientia præstita, ubi non agitur de Religione expresse approbata, nec in manibus habentis facultatem incorporandi in Religionem, non importat exemptionem ab ordinario stante exemptione d. Religionis.*

12 *Papæ approbatio sola est, quæ possit mere à Jurisdictione ordinarii.*

13 *Exemptionis quasi possessionem, ut quis acquirat, requiritur scientia, & patientia Episcopi.*

14 *Titulum, si quis habeat ad aliquid faciendum, non requiritur adiuvantia & patientia adversarii.*

15 *In summariissimo judicio, attenditur tantum nudum factum.*

16 *Monachorum, & monialium recursus ad quos spectet.*

CConclusum fuit standum esse in decisis sub die 9. Junii præteriti; quia Religiosorum docet de titulo exemptionis ab Ordinario ex constitutionibus Sanctorum Pontificum, & possessionem probat ex actibus in summario disputatis cum quibus pendente judicio super exemptione, non debet privari, aut turbari in ejus possessione, secundùm dispositionem secundæ partis, *c. cum personæ de prob. lib.6.*

Non obstat, quod inhærendo etiam declarationi Regulæ dicti *cap. cum personæ*, 2 si inferior sit manutenendus adversus ordinarii jurisdictionem, quando exhibet titulus, & probatur possessio, *Seraph. decis. 1278. in fin. Rota. decis. 491. num. 4. 685. num. 2. par. 1. & 382. num. 5. par. 2. recent. cum aliis allegatis in prima decisione*; attamen, quia pro parte fratrum docetur de possessione, quæ tempus quadraginta annorum absque controversia attingere non potest, ex quo erectio domus, de qua agitur, contigit de anno 1612. dicebatur semper defecere possessionem ex dispositione ejusdem Capituli *cum personæ*, & fundatam remanere intentionem ordinarii in solâ juris assistentiâ, datâ impossibilitate probationis quadragenariæ præscriptionis, prout in consimili casu dicitur consideratum *in Sutrina Jurispatronatus coram D. meo Deans impressis 106.*

Quia cum distinctione respondérunt Domini, quod aut inferior excipiendo 4 contra exemptionem à Jurisdictione ordinarii exhibet titulum, & talem, qui egeat probatione præscriptionis, & sic possessione quadraginta annorum, & tunc si destituatur possibili probatione, quia remanet cum solo titulo colorato & minus apto ad obtinendum in petitorio, difficultas est relevans, aut inferior exhibet titulum 5 ex se aptum, & sufficientem, & tunc possessio destituta possibili probatione quadragenariæ non impedit manutentionem inferioris, ut bene se declarat *Text. cap. cum personæ in ultimis verbis*, nam si sufficit titulus, multò magis si concurrat possessio Religionis,

gionis, in quibus terminis non dissentit *decisio supra allegata Sutrina Iurispatronatus.*

Titulum autem per Religionem exhibitum esse sufficientem Domini existi-
mant, quando quidem illum deducunt ex constitutionibus & privilegiis summo-
rum Pontificum, ut in primâ decisione fuit firmatum, nempe Urbani VI. & Inno- 6
centii VIII. in quibus & fratres Servitæ, & omnes sorores Mantellatæ, Pizochezæ
dictæ, & Tertiariæ nuncupatæ, eximuntur à Jurisdictione ordinarii & subjiciun-
tur Generali, & Superiori ordinis, & immediatè sub protectione sedis Apostolicæ
recipiuntur; unde cum istæ mulieres sint de genere tertii Ordinis, sive ex unâ specie,
quia Pizochezæ; sive ex alia, quia Mantellatæ; semper sub suo genere tertii Ordinis 7
comprehenduntur, & sic privilegiis exemptionum gaudent, tanquàm receptæ sub
protectione sedis Apostolicæ, *cap. ex parte il primo de privil. cap. si Papa eod. titulo in 6.*
autem tempore, de arbit. cum alias in eadem decisione allegatis.

Non obstat, quod mulieres hujus domus, non sunt de gremio ordinis Servi-
arum, ex quo non sunt Mantellatæ, neque Pizochezæ, aut oblatæ, nec Tertiariæ, sed
constituant tertiam speciem, cum utantur diverso habitu, & vivant juxta proprias
constitutiones à Paulo V. approbatas, habeant diversum nomen, atque diversum
modum profitendi; Ex quibus omnibus distinguitur diversitas Religionis, *Gemin.* 8
cons. 41. num. 1. Anchar. cons. 321. num. 1. Navar. cons. 6. num. 12. vers. 4. de stat. Monach.
Quia *Geminianus & Ancharanus allegati*, benè se explicant distinguendo species
Regularium; quidam enim sunt verè Religiosi, & habent de necessitate, & dispo- 9
sitione eorum Regulæ certum habitum specialem in colore & forma totam tangen-
tem personam à capite usque ad talos, & in his non licet alicui professo talem ha-
bitum transformare, quia videtur, quasi de substantiâ suæ Religionis *secundum*
Gloss. in vers. vel habitus in clement. 1. de elect. quidam autem vocantur Fratres de
Pœnitentiâ tertii Ordinis, qui potius quemdam modum vivendi à Papa approba- 10
tum dicuntur habere, quàm Regulam, & isti propter aliqua signa habitus, non
recipiunt diversum nomen, aut diversam Regulam à Tertiariis, sed tantummodo
tenentur parere suo superiori, & observare contenta in eorum modo vivendi, &
de istis propriè agitur, quæ obtinuerunt à Paulo V. approbari habitum, & mo-
dum vivendi, & ad effectum quod intrent privilegia videndum est, an sint subje-
ctæ Superiori Generali Fratrum Servitarum, quod visum fuit non posse dubitari
ex tenore constitutionum, quæ ab eodem Paulo V. fuerunt approbatæ, quia ve-
stiuntur in Sacello, aut Oratorio domus; Patri Generali offeruntur, professio
emittitur in manibus Superiorum Fratrum Servitarum, punitio incorrigibilium
mandatur fieri assentientibus Generali, seu Vicario, & Subpriorissa, & dispensatio
circa Jejunia, & abstinentias remittitur Generali, seu Vicario, & Subpriorissæ, un-
de cum prædicta inferant ad subjectionem, & jurisdictionem Servitarum, semper
intrant privilegia exemptionum.

Non

11 Non obstat, quod obedientia superiori præstita ubi non agitur de religione expresse approbata, nec in manibus habentis facultatem incorporandi in religionem non importet exemptionem ab ordinario *Navar. cons. 6. nu. 22. de stat. Monach. Sanchez. super decal. lib. 5. cap. 2. numer. 19.*

12 Quia si approbatio Papæ non concurrat, quæ sola potest eximere à Jurisdictione ordinarii, *Cassad. dec. 6. 6. de privil. Gabr. de indic. conclus. 4. num. 31. Gonzal. ad reg. de mens. Gloss. 56. numer. 18.* voluntaria promissio obedientiæ superiori Servitutis non eximeret à Jurisdictione; Cæterum quia supervenit, & modus earum vivendi subjectivè ad superiores Servitas fuit approbatus, inde privilegia exemptionis retrant, quibus si juvantur Pazechæ, & oblatæ, quæ non emittunt professionem solennem, multò magis mulieres hujus domus gaudere debent, quæ se obligavovendo obedientiam, & castitatem, & in perfectiori statu positæ sunt.

Non obstant, quæ replicantur contra actus possessorios in prima decisione ponderatos.

Quia quoad veritatem facti impugnari non possunt, nam ex actibus datis bone justificantur visitationes, ordinationes, votorum emissiones in manibus superiorum, & confirmationes officialium.

Non obstat, quod etiamsi Fratres Servitæ, aliquos actus in ista domo exercuerint, non tamen quasi possessionem exemptionis acquisierunt, non docto de scientia & acquiescentia Episcopi *l. 2. c. de Servit. Rota decis. 109. numer. 11. par. 2. divers. & 382. num. 3. par 2. recent.*

13 Quia attenta approbatione Apostolica quoad modum vivendi, & vovendi, & subjectionis, cum qua intrant alia privilegia Religionis, ex quibus detumitur titulus, non requiritur neque scientia, neque acquiescentia Episcopi. *Castren. in l. servitutum numer. 9. ff. de servit. Covarr. in cap. possessor. §. initium numer. 8. vers. secundus textus, Capol. de servit. Urb. præd. cap. 20. numer. 5. & eo minus procurat*

14 præsenti, ubi tractatur de summarissim. retinendæ, & agitur de nudo facto, *Rota decis. 17. num. 7. par. 2. div. & 685. num. 4. par. 1. recent. & coram sanc. mem. Greg. XV. decis. 249. num. 10. & 283. num. 3. per Adden.*

Demum non urgent, quæ dicuntur de admissione ad habitum ex receptione votorum, quasi isti actus non relevent ad acquirendam exemptionem, dum Episcopus non prætendat habere jurisdictionem, ex quo nedum ex constitutionibus particularibus hujus domus, sed etiam de jure communi receptio Monachorum, & Monalium, spectat ad ipsos Regulares, & in eorum manibus vota emittuntur, quia possunt aggregare Religioni, *cap. fin. de reg. in 6. Lapus alleg. 31. Sanch. super Decalogo lib. 5. cap. 4. num. 78. Navarr. cons. 6. num. 20. de stat. Monach.* distinguens actus superioritatis ab actibus jurisdictionis.

Quia etsi prædicti actus possent considerari indifferentes, quando emanassent

sent sine authoritate Apostolica, & non apti ad acquirendam exemptionem, attamen ubi præcedit approbatio sanct. mem. Pauli V. circa habitum, & modum vindicum subjectione Patris Generalis Servitarum, exinde intrant constitutiones Urbani, & Innocentii super exemptione mulierum, sororum, quocunque nomine nuncupentur, & illi actus subjectionis per Papam certæ Religioni indulti eximunt sorores à jurisdictione aliorum, *cap. si Dominus* 11. *q.* 3. *cap. quid culpatur* 23. *q.* 1. *cap. quisquis præceptis* §. *quia præciptur* 14. *q.* 1.

Et ita fuit resolutum utraque.

Ad. Quæst. 8. *Additio.*

JUrisdictio ordinarii per totam diœcesin juris præsumptione extenditur: hæc regula ampliatur, ut non tantum Episcopus fundet intentionem suam in quavis parte suæ diœcesis jam ab antiquo constitutæ, sed etiam in quavis parte diœcesis de novo erectæ, quamvis aliqua illarum partium antea sub nullo Episcopo fuisset. Ita enim in facto; cum ecclesia Burgi S. Sepulchri fuisset erecta in Cathedralem per Leonem X. & inter alia pro diœcesi illius fuisset assignatum castrum de Balneo una cum suis Ecclesiis, exinde cœpit Episcopus fundare intentionem suam etiam quoad Abbatiam S. Mariæ de Balneo, quæ antea nullius diœcesis fuerat. Refert *Fagnan. in cap. cum dilectus numer.* 20. *de relig. dom.* Item postea quam Sixtus V. Ecclesiam Lauretanam erexit in Episcopalem, quærebatur, num sancta Capella in d. Ecclesia existens, eo ipso jurisdictioni Episcopi censeretur subjecta, non obstante quod ipsa specialem protectorem haberet, cujus curæ in omnibus supponeretur? & responsum fuit censeri Episcopo suppositam, quoad jurisdictionem spiritualem, remanente potestate protectoris quoad administrationem, & quædam alia jura particularia, *ut in decis.* 686. *&* 697. *part.* 4. *recent. tom.* 3.

Et similiter si populus & clerus unius diœcesis propriâ authoritate se transferat ad locum alterius diœcesis, subjicitur Episcopo illius diœcesis ad quam transfertur, ut plene decisum extat *in Rot. decis.* 153. *num.* 8. *& seqq. par.* 11. *recent. qua de re infra part.* 3. *quæst.* 21.

Declaratur regula, quia Episcopus ante omnia debet docere loca illa, in quibus intentionem suam fundare prætendit, esse intra fines suæ diœcesis, quia assistentia juris communis non intrat nisi probatâ existentia intra limites. Ut dixit *Rota coram Seraphino decis.* 1278. & ideò practica est, quam refert *Fagnanus in cap. cum dilectus num.* 16. *de relig. domib.* ut Episcopi in Rota prius probent existentiam intra fines, eâque probata adeant Sac. Congregationem Concilii, & obtineant decla-

declarationem super visitatione, cognitione causarum criminalium & matrimonialium, licentiâ prædicandi, approbatione ad Confessiones, &c. donec inferior statum nullius diœcesis, vel utramque jurisdictionem in clerum & populum probaverit per rem judicatam, qui stylus abundè probatur ex *decis. 501. par. 2. & decis. 310. par. 4. tom. 2. ac decis. 552. ead. par. 4. tom. 3. recent.*

Quæ tamen intelligenda in casu, quo inferior allegaret exemptionem totalem & statum nullius diœcesis, concurrente ejus quasi possessione; nam si allegaret duntaxat exemptionem simplicem, utique eo ipso fateretur loca esse in diœcesi Episcopi, qui proinde non teneretur quidquam probare, uti dictum fuit *in decis. 491. numer. 1. par. 1. recent. & decis. 330. num. 5. par. 15. recent.*

Item intellige prædicta, quando Episcopus in solâ assistentiâ juris se fundaret, tenetur enim tunc probare existentiam locorum intra fines, secus si simul concurrerent pro ipso actus possessorii, tunc enim datur ei manutentio etiam non probata d. existentia. *Addent. ad Gregor. decis. 32. num. 4. Rot. decis. 127. num. 5. par. 8.*

DECISIO XXXVI.

Declaratur, an in erectione Ecclesiæ Lauretanæ in Cathedralem, sit comprehensa sancta Capella, stante observantiâ hinc inde prætensâ.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Decisio 686. part. 4. tom. 3. recent.

Lauretana Jurisdictionis.

Veneris 23. Januarii 1617.

SUMMARIUM.

1 *Probationes plures imperfectæ junguntur ad faciendam plenam probationem.*

2 *Contentum an sit diversum à continente.*

3 *De Ecclesia dispositum habet locum in omnibus Capellis.*

4 Capus

4 *Caput dignius est corpore, non tamen diversum à corpore.*
5 *Cathedralis Ecclesia sola aliquando vocatur Ecclesia.*
6 *Ecclesiæ ambitus appellatur Ecclesia.*
7 *Præmii verba denotant causam finalem.*
7 *Sponsa fit particeps dignitatis sponsi.*
9 *Clerus & Episcopus venit nomine Ecclesiæ.*
10 *Horæ Canonicæ, licet decantentur in particularibus Capellis, nihilominus intelliguntur decantatæ in honorem ipsius Capellæ principalis.*
11 *Capella principalis facit unum cum suis Capellis inferioribus.*
12 *In parte quod fit, censetur factum in totum.*
13 *Capita duo si dentur in eodem corpore est monstruosum.*
14 *Interpretatio semper ea est capienda, per quam evitatur absurdum, aut insolutum vel repugnans naturæ actus, qui geritur.*
15 *Narrativa Papæ de facto proprio probat.*
16 *Referens nihil aliud probat, quam relatum.*
17 *Scriptura una declarat aliam.*
18 *Bona temporalia Ecclesiæ multis in locis administrantur separatim ab Episcopo.*
19 *Capella in aliqua Ecclesia, quod sit exempta à Titulari illius Ecclesiæ, non est inconveniens.*
20 *Conclusio deducta à discretiva locutione, non est nisi quædam conjectura, non concludens per necesse.*
21 *Conjecturæ debiliores cessare debent concurrentibus validioribus.*
22 *Clausulæ derogatoriæ exequutivæ declarant continentiam.*

DUbitavi an in erectione Ecclesiæ Lauretanæ in Cathedralem, junctâ præterea hinc inde observantiâ, sit comprehensa sancta Capella, in casu, & ad effectum de quo agitur. Et placuit Dominis resolvere, sanctam Capellam comprehendi in dicta erectione, reservato, ut de observantiâ videretur. Fundamenta resolutionis fuerunt plura quæ saltem simul juncta suffragari videbantur juxta Regulam de qua *in c. cum causam il. 1. de probat. Gloss. in l. 2. in verbo, legitimis, ff. de excusat. tut. cum aliis addictis per Gabr. conclus. 1. num. 1. de probat.*

Primò, verba Bullæ erectionis, de quibus in Bullatio Sixti Papæ V. 34. in ordine; Papa enim factâ narrativâ, quod in oppido Lauretano adest una insignis Collegiata sub invocatione B. M. Virginis, in cujus medio inest illud sacrum Cubiculum, in quo nata fuit Virgo Maria, & ibidem ab Angelo salutata Salvatorem Mundi de Spiritu sancto concepit, & in quo cubiculo Deus omnipotens intercessione ejusdem Virginis miracula indies operari dignatur, propterea cupiens Ecclesiam hujusmodi dignioribus titulis decorare, prædictum oppidum in civitatem, Ecclesiam verò hujusmodi in Cathedralem perpetuo erexit; cum igitur Papa erexerit

rit in Cathedralem illam Ecclesiam, in cujus medio inest Cubiculum sacrum, ideò videtur erexisse & ipsum sacrum Cubiculum, ne aliàs hoc cubiculum, quod modo redactum est ad instar Capellæ, & ita communiter vocatur, & in quo in-
2 dies celebratur, tanquam contentum sit diversum à continente, *ad text. in l. cum qui ædes ff. de usucap. Dec. cons.* 123. *numer.* 34. *lib.* 3. & signanter quod dispositum
3 de Ecclesiâ habeat locum in omnibus Capellis. Est textus *in cap. si Civitas, vers. ratione de sent. excomm. in* 6. *ad idem facit c. unicum de consecr. Eccles. vel Altar. eodem lib.* 6. Nec refragatur quod Capella in hoc casu sit dignior ipsâ Ecclesiâ, quia hoc non tollit, quin faciat unum corpus cum ipsâ Ecclesiâ, sicut evenit de
4 capite humano, quod licet sit dignius reliquo corpore, non propterea judicatur tanquam res diversa ab ipso corpore, sed cum illo facit unum quid; & fuit obser-
vatum, quod Papa non erexit in Cathedralem simplicem Collegiatam, quæ
5 aliquando vocatur Ecclesia, ut per *Gloss. in cap. cum Clerici de verb. signif. in* 6. erexit ipsam Ecclesiam materialem, hoc est ambitum murorum ad faciendam ora-
tionem, sive consequendam Indulgentiam destinatum, qui ambitus ipse appel-
6 tur Ecclesia *Card. in clem.* 1. §. *fin. de reliq. & vener. Sanctor. Archid. in rubr. de consecr. Ecclesiarum numer.* 1. quod patet, quia Papa erexit in Cathedralem Eccle-
siam illam, in cujus medio inest sacrum Cubiculum, quod tanquam quid corpo-
rale, est in medio Ecclesiæ materialis, & prout est ambitus murorum; ex quibus cessare videbatur præcipuum ex adverso objectum, quòd simplex Collegiata fuerit illa, quæ fuerit erecta in Cathedralem.

Secundo loco fuit ponderatum, quod intentio principalis Summi Pontificis fuit decorare, & exornare dignioribus titulis, & nominibus sanctam Capellam, in qua nata est B. Virgo, & in qua concepit de Spiritu sancto, ut patet ex verbis supra ponderatis, quæ denotant causam finalem *l. fin. ff. de hæred. inst.*
7 *Oldr. cons.* 103. *numer.* 2. *Roman. cons.* 38. *numer.* 1 *Alex. cons.* 160. *numer.* 10. *lib.* 6. *& fuit dictum in Bononien. de Malvetiis.* 24. *Februarii* 1612. *& in Sipontina jurisdictionis* 24 *Maji* 1613. *coram me*, & res ipsa demonstrat, & quia non aderat alia causa extinguendi annexum Episcopatum Recanaten. hic autem effectus decoris scilicet, & ornamenti S. Capellæ magis sequitur dicendo, quod Papa erexerit sanctam Capellam in Cathedralem, quàm dicendo, quod non erexerit, & sic quod remanserit simplex Capella, ergo est capienda interpretatio, quod erexerit. Non obstat, quod honorificentius fuerit S. Capellam remanere subjectam immediatè Summo Pontifici, prout erat anteà, quàm hoc modo subjici Episcopo Laure-
tano; quia hoc bene procederet, si remaneret in statu simplicis Capellæ, sed cum mediante hujusmodi erectione de Capella fuit Cathedralis, & sponsa Episcopi, illius status fit honorificentior, & non propriè dicitur subjici, sed adjungi suo
8 sponso, & tanquam sponsa fit particeps dignitatis illius *ad text. in l. uli. ibi. & sen-*

tia

tur eius fulgorem C. de nupt. l. mulieres honore maritorum C. de incolis lib. 10. innumeros congerit Tiraq. de nobilit. cap. 18. numer. 1. cum plur. seqq. maximè quia Episcopus Lauretanus non fuit subjectus alicui Metropolitæ, sed immediatè Sedi Apostolicæ, unde S. Capella per hujusmodi erectionem acquisivit novam dignitatem, & nihilominus nihil amisit circa subjectionem, cum pariter remanserit immediatè subjecta Sedi Apostolicæ; & fuit observatum quod secundùm lecturam partis adversæ ista S. Capella per hujusmodi erectionem nedum minimè acquisivisset novum decorem, & ornamentum, ut fuit de intentione Papæ, sed potius amisisset de antiquo: Etenim cum negari non possit Collegiatam Ecclesiam fuisse erectam in Cathedralem, S. Capella Collegiata remaneret subjecta Cathedrali tanquam suo capiti, non autem S. Capellæ, ut erat prius, unde S. Capella amisisset titulum, & superioritatem Collegiatæ, & amplius posset cessolitu cultu, esset enim necesse Episcopo formare novam Capellam principalem in sua Cathedrali Ecclesia, & in illa, & ad illius honorem juxta ritum universalis Ecclesiæ celebrare divina officia cum suo Capitulo, & Clero, qui Clerus & ipse venit nomine Ecclesiæ, ut per *Gloss. in d. cap. cum Clerici de verb. signif.* & sic S. 9
Capella remaneret spoliata celebratione divinorum officiorum: Nec facit, quod neque nunc in S. Capella decantentur divina officia, sed in alia Capella separata, quia hoc non tollit, quin dicantur celebrata in honorem Capellæ principa- 10
lis, ut practicatur in Ecclesia S. Petri de Urbe, & in aliis, in quibus decantantur horæ Canonicæ in particularibus Capellis, & nihilominus intelliguntur de- 11
cantatæ in honorem ipsius Capellæ principalis, quia ipsa facit unum corpus cum 12
suis Capellis inferioribus, unde quod fit in parte, censetur factum in toto *l. quæ de tota ff. de rei vindic. Frideric. de Sen. cons. 159. in fin. vers. non obstat*, secus eveniret, si S. Capella consideraretur tanquam quid separatum ab ipsa Cathedrali; quia tunc non posset applicari, quod divina officia celebrata in Cathedrali, censeantur celebrata in honorem S. Capellæ.

Ex quibus resultare visum fuit tertium argumentum, nempè, quod si S. Capella non fuisset comprehensa in erectione, sed remansisset quid separatum, & prout erat prius, oporteret dare duo capita in Ecclesia Lauretana, quod esse monstruosum & insolitum per ea, quæ latè deducta fuerunt in hac eadem causa die 13
20. Junii 1616. coram me, unde vilæ fuerunt applicari vulgares conclusiones, quod illa sit capienda interpretatio, ne sequatur absurdum aut insolitum 14
vel repugnans naturæ actus qui geritur. *ad text. in l. cum inter. de except. Gem. cons. 73. numero 10. vers. item statutum. Cald. consil. 13. in fin. de testam.*

Quarto loco movit Dominos, quod idem Pontifex in Bullâ erectionis militum Lauretanorum editâ post annum in proœmio, post plures in Deiparam Virgi-

Virginem laudes, narrat se in honorem ejusdem Virginis sacrosanctam domum Lauretanam decorasse dignitate Episcopali, & ex Collegiatâ erexisse in Cathedralem; hæc autem narrativa, quod ipse domum prædictam in Cathedralem erexit, tanquam narrativa Papæ de facto proprio visa fuit omninò probare *ad text. in Clem. unica de probat. Vital. ibidem à numero 14. usque 19. Lap. allegat. & Verall. decis. 286. par. 2. Rot. decis. 266. part. 2. divers. & multos allegat. Gabr. de probat. conclus. 2. num. 2. cum plur. seqq.* Maximè cum principaliter pertineret ad factum de quo agebatur in illa constitutione, nempè ad ornamentum hujus S. Domus, ad quem finem fiebat erectio Collegii prædictorum militum, ut habetur in eadem constitutione. 15

Nec placuit Dominis responso quod Bulla erectionis in Cathedralem sit narrativa, unde nil magis probat, quàm relatum; nam præter quod Bulla erectionis Lauretanorum non utitur aliquo verbo relativo, etiam si operetur, objectum non 16 set procedere, si ex Bulla Lauretanorum deduceretur nova dispositio circa erectionem Cathedralis, secus quando hoc deducitur per viam declarationis, quando Scriptura declarat aliam *juxta notata in l. qui filiabus, & in l. si servus plurium §. ff. de leg. 1. Bart. in l. si utrum in princip. ff. de petit. hæred. Alex. cons. 120. num. Dec. cons. 336. numero 2. Cravett. cons. 226. numer. 6.* & declaratio non dicitur 17 nova dispositio *l. hæredes palam §. si quid est factum de testament. Gloss. in cap. per vos verb. de novo de donation. Felin. in cap. super quæstionum numer. prim. de offic. deleg. Decian. in l. Edita num. 47. C. de eden.*

Non obstat, quod ex Bullâ erectionis delegatur Papam non intellexisse removere protectoriam hujus sanctæ Capellæ, cum mandaverit Episcopum pro subdote debere recipere certam portionem ex prædiis sanctæ Domus declarandis per Cardinalem tunc protectorem; fuit enim responsum ex hoc benè inferri, quod Papa noluit tollere protectoriam quoad bona temporalia, sed non exinde sequi quin voluerit erigere prædictam S. Capellam in Cathedralem cum omnibus, quæ veniunt ex consequenti necessario dictæ erectionis, qualia non videntur esse bona temporalia 18 Ecclesiæ, quæ ut docet praxis, in multis locis administrantur separatim ab Episcopo, ut sunt redditus pro fabrica ipsiusmet Cathedralis, pro celebratione officiorum, & similium, & fuit ponderatum, quod attento hoc argumento Papa nullam fecisset erectionem, quia & ipsa Ecclesia materialis in cujus medio est S. Capella, & ipsa Collegiata, & universus Clerus, quin, & populus Lauretanus non solum in temporalibus, sed etiam in spiritualibus erant per prius sub protectoriâ sanctæ domus Lauretanæ.

Minus facit quod non sit inconveniens in una Ecclesiâ adesse Capellam exemptam à titulato illius Ecclesiæ, quia hoc admittitur posse evenire, sed negatur evenisse 19 in hoc casu stantibus circumstantiis facti, de quibus suprà.

Neque

Neque etiam obstat, quod Papa discretivè loquutus fuerit de Ecclesia & Capella, & proinde erigendo Ecclesiam non videtur comprehendisse Capellam, quia fuit negatum Papam discretivè loquutum fuisse de Ecclesia, & sancta Capella, non enim enunciavit Ecclesiam, & Capellam tanquam corpora diversa, puta, si dixisset in oppido Lauretano duas Ecclesias, alteram Collegiatam sub invocatione sanctæ Virginis, alterum verò sacrum Cubiculum in quo B. Virgo nata fuit &c. sed enunciavit tanquàm unum, & idem, ut supra demonstratum est: præterea conclusio deducta à discretiva loquutione, non est nisi quædam conjectura, non enim concludit per necessè, ut patet ex illo Evangelii *Marci cap. 16.* dicite discipulis ejus, & Petro, quia aliàs concluderet Petrum non fuisse discipulum, & proindè cessare debet concurrentibus validioribus conjecturis, pro ut visæ fuerunt concurrere in hoc casu ex supra deductis.

Non denique visum fuit obstare, quod Papa expresè non derogaverit juri Protectotis, nec fecerit de illo mentionem, quia hæc non sunt necessaria in concessione de sui natura præjudiciali, ut latè fuit dictum *coram me in Cæsar-Augustana jurisdictionis 5. Februarii* 1609. & quod Papa voluerit detrahere de jure Protectoris, est pluspuam certum; tum quia non dubitatur supposuisse novo Episcopo Ecclesiam continentem, nec non Clerum, & Populum Lauretanum, quæ prius erant sub Protectore, ut suprà ponderatum est. Tum etiam, quia in clausulis derogatoriis fecit mentionem de Præsule Lauretano, qui tunc non erat alius, quàm Protector sanctæ Capellæ, & clausulæ derogatoriæ exequutivæ declarant continentiam dispositivarum. *Jas. in l. pupillari numer. 2. de vulg. pupill. Felin. in cap. nonnulli numer. 27. conclus. 15. de rescript. Achill. decis. 3. numer. 4. qui fil. sint legit. Seraph. decis. 1321. & suit dictum in Romana legitimæ. 16. Decembris* 1616. *coram me.*

DECISIO XXXVII.

Ejusdem argumenti cujus & præcedens.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Decisio 697. par 4. Tom. 3. recent.

Lauretana Jurisdictionis.

Lunæ 13. Novembris 1617.

SUMMARIUM.

1 Episcopus habet intentionem fundatam, super jurisdictione spirituali in locis omnibus existentibus intra limites suæ diœcesis.

2 Capella una, si sit in medio Ecclesiæ, & nihilominus non subjiciatur in spiritualibus Prælato, qui est superior illius Ecclesiæ, est opinio satis nova & insolita.

3 Capellæ regulariter sequuntur naturam Ecclesiæ, intra cujus ambitum sitæ sunt.

4 Capellæ quare in particulari consecrantur.

5 Erectio præsumitur facta juxta solitum, & qui dicit contrarium, incumbit onus probandi & num. 6.

7 Interpretationis præambulum necessarium, est ipsa dubietas verborum.

8 Dispositionis una pars, quando interpretatur, potior est conjectura, quæ desumitur ex alia parte ejusdem dispositionis.

9 Et hoc multo magis procedit, quando non solum sequeretur diversitas, sed etiam contrarietas.

10 Observantia nihil aliud est, quàm mera conjectura, ex quo aliud est, quid ita sit scriptum.

11 Præsumptiones contrariis præsumptionibus eliduntur, & conquiescuntur.

12 Consuetudo proxima est attendenda.

13 Conservatores Urbis, & Priores utriusque Regionum retinent Claves Sanctorum Apostolorum, & Capellæ Salvatoris in Ecclesia Lateranensi.

14 Gesta ab aliquo cum prohibitione adversarii, non habentur in consideratione.

15 Actus pauciores tunc attenduntur, quando ex Regulis & præsumptionibus juris, sunt magis adminiculati.

16 Obser-

16 *Observantiam ad sui favorem facere, in potestate unius partis esse non debet.*

17 *Observantiæ vis in eo consistit, quod ita factum fuerit, sciente, & patiente illo, qui poterat & debebat consentire.*

19 *Præsumptio, quæ potest oriri ex facto unius eludatur, & conquassatur ex dissensu alterius.*

20 *Probare quis non tenetur id, in quo non se fundat.*

CUm aliàs nempè sub die 21. Aprilis proximi, inhærendo decisioni per prius nempè 23. Januarii ejusdem anni factæ, fuerit resolutum sanctam Capellam comprehendi in erectione Cathedralis Lauretanæ, & non adesse observantiam quæ posset contrarium interpretari, institerunt informantes pro Illustriss. D. Protectore audiri super hac secunda parte decisionis, & sic videri, an constet de tali observantia, per quam possit dici, Bullam erectionis Cathedralis Lauretanæ non comprehendere S. Capellam, quo dubio per me sub hac die proposito, Dominine-gativam partem amplectendo steterunt in decisis, pro quo ultra aliàs dicta nonnulla fuerunt inprimis observata.

Primò quod Illustrissimo D. Cardinali Episcopo non incumbit onus probandi, quod dicta Bulla in verbis comprehendat sanctam Capellam, sed sufficit sibi, quod in verbis non excludatur, etenim super jurisdictione spirituali ipse habet fundatam intentionem etiam super Capella sancta, eo ipso quod illa continetur intra limites 2
diœcesis sibi assignatæ pro suo Episcopatu, *cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. cap. cum Episcopus de off. ord. in 6. cap. cum Capella de privileg.*

Secundo, quod ista prætensio, quod una Capella sit in medio Ecclesiæ, & nihilominus non subjiciatur in spiritualibus Prælato, qui est superior illius Ecclesiæ, est 2
satis nova, & insolita, quia regulariter Capellæ sequuntur naturam Ecclesiæ, intra 3
cujus ambitum sunt sitæ, qua ratione, neque etiam consecrantur in particulari, ut 4
probatur *in cap. Ecclesia 2. de consecrat. Eccles. vel Alt. Lambert. de jure patronat. lib. 1. par. 1. q. 4. art. 9. in fin. vers. an Capella.* Cum igitur non controvertatur D. Cardinalem Episcopum Lauretanum esse etiam Episcopum Ecclesiæ, intra cujus ambitum continetur sancta Capella, resultat præsumptio, quod sit Episcopus, & ipsiusmet sanctæ Capellæ, quia erectio præsumitur facta juxta solitum, & qui dicit contrarium, te- 5
netur probare *l. certi conditio. §. qui nummos juncta Gloss. in verb. quotidie ff. si cert. pet.* 6
l. vel universarum ff. de pignorat. act. Alex. cons. 46. num. 8. lib. 5. Cravett. cons. 763. num. 25. ideoque non est probandum, à D. Cardinali Episcopo, quod S. Capella sit comprehensa in Bulla erectionis, sed potius D. Cardinali Protectori, quod sit exceptua-
ta, & ideò pro parte D. Cardinalis Protectoris essent ostendenda verba sonantia in exceptionem, ita ut ex subsecutis actibus & observantia potuerit recipere inter- 7
pretationem exceptivam, aliàs deficit præambulum necessarium interpretationi, hoc est

est dubietas verborum. *Natt.cons.*318.*num.*1.*Roc.decis.*121.*nu.*29.*par.*1.& *decis.*37.*nu.* 29.& 39.*num.*11.*par.*2.*divers.Surd.cons.*416.*num.*44.*Card.Seraph.decis.*1108.*num.*7.

Tertiò fuit observatum, quod tantum abest, quod Verba Bullæ erectionis habeant verba, quæ sonent in subjectionem, quod potius incalescant in comprehensionem, ut fuit ponderatum in aliis decisionibus, unde etiamsi adessent aliqua verba quæ possent sonare in exceptionem, essent in primis & ante omnia concordanda cum verbis importantibus inclusionem, quia in interpretandâ unâ parte dispositionis, po-
8 tior est conjectura, quæ desumitur ex alia parte ejusdem dispositionis, *Vulg. l.qui fi-liabus ff.de leg.*3. hoc verò multò magis, quando non solum sequeretur diversitas,
9 sed etiam contrarietas *Alciat. de præsumpt. Reg.*2.*præsumpt.*28.*num.*2. *Honded.cons.* 53.*num.*58.*lib.*1.*Laderch.cons.*1.*num.*18.*vers.verùm enim. Peregr.cons.*15.*num.*7.*lib.*3. *Card.Seraph.decis.*374.*in fin.* ut sequeretur in proposito cum advertentur comprehendere, & non comprehendere.

Quartò fuit observatum, quod pro inclusione nedum concurrunt Regulæ & verba, de quibus supra, sed magis verisimilitudo deducta ex decore, & aliis quæ noverunt Papam ad faciendam prædictam erectionem, ut aliàs fuit ponderatum in prædictis decisionibus.

Ex istis videbatur constitutus D. Cardinalis Protector in magna necessitate probandi suam observantiam interpretativam admodum claram, & inconcussam,
10 cum enim talis observantia nihil aliud sit, quam mera conjectura, ex quo aliud est, quod ita sit scriptum, aliud verò, quod ita sit factum, cum non advertentur, quod uno modo sit scriptum, & alio modo, vel propter impotentiam, vel propter inadvertentiam sit observatum; sequi videbatur, quod eo potentior requiratur observan-
tia, quò potentiores sunt conjecturæ contra ipsam observantiam, quia præsumptio-
11 nes contrariis præsumptionibus eliduntur, & conquassantur.

Talis autem nempè inconcussa, & clara visa fuit Dominis non esse observan-
12 tia deducta, pro parte D. Protectoris; primò, quia non est proxima ipsi erectionis, pro ut esse debet, *Bald.in præam.ff.num.*7. *Soc.cons.*6. *num.*2.*lib.*1.*Card. Mantic.de conject.ult.vol.lib.*3.*tit.*8.*num.*8.& *tit.*9.*num.*5. & *approbavit Rota in decis.*37.*num.*34. & 35.*decis.*39.*num.*12.*par.*2.*divers.*& *in Januen. Jurisdictionis* 3. *Junii* 1607. *coram Illustriss.D.Card.Ludovisio.*

Secundò, quia ut plurimum concernit administrationem temporalem ipsius sanctæ Capellæ, quæ non controvertitur pro parte D. Cardinalis Episcopi, ficut fignanter visum fuit concernere illud, in quo fiebat magnum fundamentum, nempè quod super porta sanctæ parvæ Capellæ fuerit tenta Tabella negans ingressum in illa sine licentia D. Protectoris, vel Gubernatoris sub pœna excommunicationis, quia hoc potuit evenire ratione rerum pretiosarum, quæ conservantur in illo loco, & sunt sub custodia ipsius Domini Protectoris, & eodem modo respondetur ad retentio-

nem

rum clavium ipsius sanctæ Capellæ, & pro hac allegabatur simile de clavibus sanctorum Apostolorum, & Capellæ Salvatoris in Basilicâ Lateranensi in Urbe, quæ retinentur per Conservatores, & Priores capitum Regionum, absque eo quod ipsi aliquid prætendant, vel prætendere possint super jurisdictione spirituali in dicta Ecclesia Lateranen. ultra quod neque hæc probantur de tempore proximo erectioni, ut esset necessarium ex supra adductis, & in omnem eventum, neque etiam concludunt privativè, quoad D. Cardinalem Episcopum, quem in Capitulis Cardinalis Vastavillani & ex Testibus datis *in summorum.* 5. apparet aliàs habuisse partem in deputatione Custodum S. Capellæ. 13

Tertiò, quicquid fuerit à Protectoribus gestum, videbatur non attendendum, ex quo pro parte Episcoporum semper adfuit contradictio, ut apparet ex deductis pro parte Domini Cardinalis Episcopi, & etiam ex concordatis, quæ allegantur per ipsummet Cardinalem Protectorem, sed signanter adsunt actus jurisdictionales facti per Episcopum, qui licet sint pauciores, tamen in proposito casu visi fuerunt sufficere, tum quia ex Regulis & præsumptionibus juris, de quibus sunt magis admiculati, tum quia magis conformes verbis erectionis, tum etiam quia facti à minus potenti, cum de illo tempore Protector esset Cardinalis, & Episcopi tantum Prælati. Tum denique quia onus probandi observantiam non incumbit D. Episcopo per ea, quæ dicta fuerunt supra, unde sufficit sibi, quod ex istis verbis colligantur duo. Primò non acquiescentia Episcoporum, quæ videbatur necessaria, ne aliàs sit in potestate unius partis facere observantiam ad sui favorem, dicebatur enim vim observantiæ consistere in eo, quod ita fuerit factum sciente, & patiente illo, qui poterat, & debebat dissentire; nam eo ipso, quod non dissentit, oritur præsumptio, quod ita fuerit intellectum ab initio, sed si dissentit, præsumptio, quæ posset oriri ex facto unius, eliditur, & conquassatur ex dissensu alterius. Secundò ex dictis actibus jurisdictionalibus ab Episcopis resultat difformitas observantiæ, quæ observantia difformis non suffragatur ex allegatis in decisionibus aliis. Et D. Cardinali Episcopo sufficit tollere observantiam, prætensam ad favorem Protectoris, nec habet opus probare observantiam ad favorem Episcoporum, cum non se fundet in illâ, sed in Regulis & præsumptionibus Juris, & in verbis Bullæ erectionis, quæ incalescant in sui favorem, ut latè supra & in aliis decisionibus deductum est. 14 15 16 17 18 19

Et ita tantum, &c.

* * *

DECI-

DECISIO XXXVIII.

Episcopus quando ex sola assistentiâ juris debeat manuteneri in jure visitandi loca nullius diœcesis intra suam diœcesim existentia, & ad quem Episcopum spectet visitatio locorum nullius diœcesis.

R.P.D. COCCINO.

Decisio 501. par. 2. recens.

Brixinen. Jurisdictionis.

Veneris 20. *Decembris* 1613.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus habet fundatam intentionem super jurisdictione omnium locorum existentium intra suos fines, eique debetur manutentio.*

2 *Possessio Prælati antecessoris juvat successorem.*

3 *Quasi possessio visitandi unum membrum Abbatiæ operatur possessionem quoad totam Abbatiam.*

4 *Manutentio non datur ex sola assistentia juris, quando illa est affectata.*

5 *Visitatio locorum nullius diœcesis spectat vigore Concilii Tridentini ad Episcopum Viciniorem, quando locus est extra fines cujuscunque diœcesis.*

CUm Abbatia, de qua agitur, sit intra fines diœces. Theatinæ, juxta resolutiones factas, dubitari non potest, quin Reverendiss. Dom. Archiepiscopus Theatinus habeat intentionem fundatam, nedum ex dispositione juris communis, *cap. cum venerabilis, & capit. de Xenodochiis, de Relig. domib. cum aliis per Veral. dec.* 306. *lib.* 1. sed etiam ex dispositione *sacrosanct. Concil. Trid. sess.* 7. *c.* 8. *de reform. & sess.* 21. *c.* 8. *pariter reform.* etiã quod esset nullius, ut in prædicto *Conc. sess.* 24. *c.* 9. *eod. tit. ut infra dicatur.*

dicetur. Unde ex istâ assistentiâ juris, cùm agatur de visitatione, non potest denegari manutentio d. Reverendissimo D. Archi-Episcopo ad effectum, ut possit vi-
sitare hujusmodi Abbatiam. *ut in cap. cum persona de privil. in 6.*

Et cessat omnis difficultas ex actuali possessione, quæ licet sit antecessorum mo- 2
dorni Archi-Episcopi, tamen etiam ei suffragatur, cùm notissimum sit, quod posses-
sio Prælati antecessoris juvat successorem *Rot. dec. 1. de restit. spoliat. in nov. Guid. Pap. dec. 629. ac fuit in puncto resolutum in causâ Montis Regalis juris dictionis 6. Aprilis 1601. coram me.* quapropter intrat etiam alia conclusio, quod possessori de tempore litis motæ datur manutentio §. *hodie inst. de interd.*

Non obstat, quod non doceatur de possessione visitandi omnia membra Ab- 3
batiæ. Nam hoc non refert. Tum quia sufficit Reverendiss. Theatino assistentia juris communis ad hunc effectum, ut supra dictum est, unde etiam, quia prædicta absentia operatur, quod ex possessione visitandi ex una parte fuerit acquisita possessio quoad totam Abbatiam, cùm magis attendatur causa actus, quàm exercitium. *Bald. in leg. 1. num. 24. vers. 12. dic. C. de mancipat. liber.*

Non obstat, quod assistentia juris communis non operatur, quando est offuscata 4
ex possessione alterius partis, ex deductis *in causâ Montis Regalis jurisdictionis Coram bon. mem. Penia.* Ultrà quod adest in casu isto actualis possessio Reverendissimi D. Theatini, super quâ coram diversis Judicibus obtinuit manutentionem. Possessio Reverendissimi Lancianen. non est habenda in consideratione, quia licet anterior, tamen fuit clandestina, & turbativa reclamante Abbate, & sine scientiâ & patientiâ Reverendissimi Theatini, quæ requirebatur ad acquirendam possessionem in ipsius præjudicium in istis incorporalibus. *Put. dec. 269. num 3. lib. 1. secundùm emendatam impressionem.*

Neque obstat quod Abbatia sit nullius Diœcesis, & ideò jus visitandi spectat ad 5
Reverendissimum Lancianen. tanquam viciniorem ex dispositione *sac. Concilii Trid. sess. 24. cap. 9. de reform.* Nam huic motivo respondetur, quicquid dicendum sit, an Abbatia sit nullius; quod aut est attendenda quasi possessio Reverendissimi Theatini, & cessat omnis difficultas, quia istud objectum respicit petitorium? aut est attenda assistentia juris communis, & pariter istud objectum non sufficit. Nam Concilium disponit, quod vicinior visitet loca nullius Diœcesis, si verò locus nullius sit in aliqua Diœcesi, Congregatio Illustrissimorum Interpretum censuit visitationem spectare ad ordinarium in cujus Diœcesi est locus nullius, & ita interpretata fuit Concil. Trident. ut in copiâ declarationis. Ex quibus tam ex assistentiâ juris communis, quàm ex quasi possessione resolutum fuit, Reverendissimo Archi-Episcopo Theatino non esse denegandam manutentionem.

DECISIO XXXIX.

Episcopus manutendus est, interim dum cognoscitur an Prælatus inferior habeat, nec ne, jurisdictionem omnimodam spiritualem & temporalem in suos.

R.P.D. COCCINO.

Est inter recent. decis. 310. par 4. Tom. 2.

Theatina jurisdictionis S. Joannis in Venere.

Lunæ 5. Julii 1621.

SUMMARIUM.

1 *Ordinarius multò magis venit manutenendus in quasi possessione exercendi jurisdictionem, quando cum assistentia juris concurrit actualis possessio.*

2 *Concilium Tridentinum* sess. 24. cap. 20. de reform. *non habet locum in Ecclesiis contra Abbates habentes in suos plenam jurisdictionem.*

3 *Decisio in causâ Salamantinâ jurisdictionis. 1. Iulii 1565. coram Ioanne Aldobrand. quo casu loquatur.*

4 *Abbas dum cognoscitur, an habeat plenariam jurisdictionem in suos, interim Episcopus est manutenendus in sua Iurisdictione, & num. 5.*

6 *Abbas an habeat plenariam jurisdictionem spiritualem & temporalem in suos, id respicit petitorium, & dum id non canonizatur per tres conformes, ordinarius est semper manutenendus in suâ jurisdictione.*

7 *Abbatia quando non possit dici nullius Diœcesis.*

ROta censuit mandatum de manutenendo concessum Reverendiss. Archi-Episcopo Theatino non esse revocandum, cùm justificetur nedum ex assistentiâ juris, quam habet, verum etiam ex actuali possessione, ut fuit resolutum 1 20. Decembris 1613. coram me, quæ est *decis. 501. par. 2. in recent.* & rursus 14. Maji Anni sequentis.

Neque obstat quod Concilium Trident. *sess. 24. cap. 20. in §. ad hæc, de reform.* 2 no habeat locum in Ecclesiis contra Abbates, habentes in suos plenam jurisdictionem,

nem, ut dixit Rota ex sententiâ Illustrissimorum Interpretum coram bo. mem. Jo-
anne Aldobrandino, in causa Salamantin. Jurisdictionis. 1. Julii 1565. ut in copiâ quæ 3
data fuit, quia decisio loquitur, quando Abbas habet plenam jueisdictionem, de quâ
dum cognoscitur, Ordinarius non est suâ possessione privandus, pro quâ stat mens, 4
& ratio Concilii ut eadem Congr. censuit.

Et quod plus est, moderna declaratio continet, quod Abbas habeat jurisdictio-
nem Episcopalem, ac temporalem in Parochos & Parochianos, & quod illam ex-
erceat, & insuper præservat Ordinarius si majorem in locis, vel illorum personis au-
ctoritatem exerceant, de quibus est cognoscendum, & interim Reverendissimus 5
Theatinus potest cognoscere, donec per tres conformes hoc terminetur, ut in pun-
cto eadem congregatio resolvit & sanct. mem. Paulus V. confirmavit, ut in Brevi
sub die 27. Februarii 1651.

Et propterea non obstant ea, quæ deducuntur ad ostendendum, quod Abbas
habeat jurisdictionem spiritualem & temporalem, quia hæc respiciunt petitorium, 6
& per tres conformes sunt canonizanda, & interim non impediunt, quo minus Re-
verendissimus Theatinus manuteneatur per supradicta. Denique non obstat,
quod Abbatia sit nullius, quia pluries in hac causâ fuit firmatum esse in Diœcesi 7
Theatinâ, & ideò super hoc non est insistendum. Ex quibus concluſum, man-
datum de manutenendo non esse revocandum, &c.

DECISIO XL.

Episcopus in sua Diœcesi habet de jure communi fundatum exercitium suæ jurisdictionis, in quâ manutenendus est, non obstante in contrarium allegato privilegio exemptionis, nisi concurrat quasi possessio.

REVERENDISS. P. D. DAMASCENO.

Sipuntina jurisdictionis.

Est inter recent. decisio 491 par. 1.

Veneris 24. Maji 1613.

SUMMARIUM.

1 *Exemptio allegata præsupponit existentiam in Diœcesi.*
2 *Mandatum de manutenendo conceditur ex sola juris assistentia.*
3 *Testes quando probent actus jurisdictionales.*
4 *Exemptionis privilegium an valeat in præjudicium successorum*
5 *Exemptionis privilegium non suffragatur ad effectum manutentionis non docto de possessione.*
6 *Ordinarius ex uno actu constituitur in quasi possessione totius jurisdictionis.*
7 *Episcopus non debet privari sua possessione ex solâ privilegii ostensione.*
8 *Exemptionis quasi possessio non acquiritur ubi nulla fuit contradictio &c.*
9 *Argumentum à contrario sensu non valet ad correctionem juris.*
11 *Episcopi habent universalem jurisdictionem in sua Diœcesi.*

1 PRo informante fuit resolutum, nempe Domino Archi-Episcopo esse dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione exercendi jurisdictionem, etenim cum loca, de quibus agitur, sint intra Diœcesim, quod probatur ex eo, quod

quod Dominus Abbas allegat exemptionem, quæ in necessarium antecedens præ-
supponit existentiam in Diœcesi. *Rota in causa Volateranen. Iurisdictionis. 14. Ianua-*
rii 1581. *coram Bravo relata inter diversf. Impref. decis. 207. par. 2. & latius in Constan-*
tien. *Iurisdictionis 18. Maji 1611. coram Reverendissimo Domino Attrebaten.* & etiam
deponunt testes, quorum summarium fuit datum, videtur, quod D. Archiepisco-
pus habeat de Jure communi fundatam intentionem. *cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 7.*
cap. conquerente de offic. ordin. c. cùm Episcopus eodem tit. in 6. Verail. decis. 306. par.
1. & 203. *par. 2.*

Ob quam solam juris assistentiam debet manuteneri. *c. cùm personæ § fin. cum* 2
ibi not. de privil. in 6. Verall. dicta decis. 306. par. 1. Rota in causâ Salamantina jurisdi-
ctionis. 18. Aprilis 1581. coram Cantuccio relata inter diverf. impref. decis. 145 num. 6.
par. 2. in Veronen. jurisdictionis 15. Maji 1608. coram D. Attrebaten. & alibi sæpè.

Et præfata eò magis procedunt, quia de exercitio jurisdictionis deponunt præ- 3
dicti testes, *Rota in dicta Calaguritana jurisdictionis 5. Maji 1608. coram Reveren-*
dissimo D. Attrebaten. & in foro Livien. seu Bertinorien. Diœcesis. 3. Aprilis 1609.
coram eodem. etiamsi non deponant de omnibus actibus jurisdictionalibus, quia suf-
ficit causa universalis, quæ magis attenditur, quàm actus, ut fuit resolutum *in cau-*
sa Assisien. Canonicatus, in 14. Iunii 1600. coram me & in terminis jurisdictionis. *In-*
noc. in c. dilectus num. 3. de capell. Monach. & alii infra allegandi. Et super aliqui-
bus capitibus jurisdictionis in Territorio, de quo agitur, dantur etiam decreta sacræ
Congregationis super Concilio ad favorem D. Archiepiscopi.

Non obstat prætensum privilegium exemptionis concessum usque de anno 4
1211. ab Archiepiscopo Sipuntino, nam omisso, quantum hoc privilegium valeat in
præjudicium successorum, de quo *in Veronen. Exemptionis. 27. Maji 1594. coram*
bon. mem. Cardinale Pamphilio. Respondetur, quod ad evitandam manutentionem
ordinarii, non sufficit exhibitio privilegii, nisi ulterius adsit quasi possessio exemptio-
nis, ut habetur in text. *cap. cum personæ. de privil. in 6.* ibi quia de privilegio faciunt fi-
dem in libertatis, vel exemptionis possessione, non violentiâ, non clandestinâ, nec
concessâ precario, de quâ fidem coram eisdem fecerint, non turbentur. Si enim
Papa mandat eos non turbari in possessione, per necessarium antecedens præsupponit,
quod possideant, quia privatio præsupponit habitum *juxta not. in l. decem ff. de ver-*
bor. obligat.

Et iste intellectus suadetur ex eo, quia dictum *cap. cùm personæ* emanavit ad 5
favorem jurisdictionis ordinariæ, ut patet in principio ibi: ordinariorũ correctiones
& ordinationes subterfugientes, ac eorum forum, sive judicium declinantes, nos
volentes super hoc de salubri remedio providere, statuimus, ut hi, qui se asserunt
per privilegia, seu indulgentias sedis Apostolicæ exemptos à locorũ ordinariis requisi-
tis &c, ex quâ narrativâ procœmii colligitur causa finalis, *l. fin. ff. de hared. instituend.*

Oldrat.

Oldrad. consil. 103. num. 2. Roman. Consil. 38. num. 1. Alex. Consil. 160. num. 10. lib. 2. Si igitur allegantes privilegium exemptionis per solam exhibitionem privilegi, antequam de illius jutibus cognoscatur, liberarentur ab exercitio jurisdictionis Episcopi, dispositio text. emanasset ad illorum favorem, si quidem per Regulas juris, sola exhibitio privilegi non tolleret exercitium jurisdictionis ordinarii.

6 Nam eo ipso, quod Ordinarius exercet jurisdictionem in unâ parte suæ Diœcesis, videtur constitui in quasi possessione exercendi quo ad omnes, in quibus alter non habet particularem quasi possessionem, *Abbas cons. 71. col. fin. vers. 3. ad idem ibi. Dux alius erat in possession, lib. 2. Felin. in c. auditis. num. 19. in 3. declarat. de præscript. Rebuff. tractat. de decim. quæst. 9. num. 4. Monach. de retinend. remed. 3. nu. 135. Cephal. cons. 369. num. 15. cum pluribus sequent. Rota in causâ Oriolen. decimarum 19. Junii 1591. coram Gipsio in Valentina decimarum 27. Octobris 1598. coram bonæ memoriæ Serapeum, & in terminis jurisdictionis trad. Innoc. in cap. dilectus num. 3. vers. possessorum, ex eo Hostien. num. 1. vers. ex prædictis etiam Ioann. Andr. num. 8. Butr. num. 15 Boich. num. 11. de Capell. Monach. Veral. decis. 306. par. 1.*

7 Et proinde per istam exhibitionem privilegii, quæ concernit petitorium, remaneret Episcopus privatus suâ quasi possessione contra notata per *Abb. in c. 1. num. 4. Butr. num. 2. ut lite pend. Lancellot. de attent. par. 2. c. 17. num. 161. & seq.* & in specie quod sola exhibitio privilegii exemptionis non impediat manutentionem, fuit decisum *in causa Carthaginen. decimarum 27. Junii 1590. coram Gipsio.*

8 Nec potest subditus dici constitutus in quasi possessione exemptionis ex eo solo, quod non appareat superiorem in illum exercuisse jurisdictionē, nisi probetur, quod venerit casus exercendi, & volens exercere fuerit repulsus, & repulsioni acquieverit, vel aliter habuerit se pro spoliato, ut per *Innocen. Hostien. Ioan. Andr. Butr. Boich. & Veral. locis supra allegatis.*

Et licet *gloss. in dicto c. cum personæ, verb. turbentur.* innuat, quod sola exhibitio privilegii sufficiat per *§. seq. infra eodem.* Attamen loquitur contra Regulas juris, ut patet ex prædictis, & ducit argumentum suum à contrario sensu, ut advertunt *Lap. Anchar, & alii non allegandi*, quod argumentum non valet ad inducendam correctionem juris, latè *per Everard. in loco à contrariis sensu n. 8.* prout induceretur in proposito casu, & iste videtur communis intellectus illius *cap. cum Persona, ut per Lap. sinu. 4. vers. & hoc videtur, Anchar. n. 6. vers. hoc tamen, Gemin. in §. si verò vers. & hoc videtur. Franc. ibidem. n. 3. vers. hoc procedit.* Dum dicunt exhibentem privilegium, ita demum evitare manutentionem Episcopi, si ipse est in quasi possessione exemptionis.

10 Non potest autem dici constitutus in quasi possessione exemptionis, nisi probetur venisse casum, & quod Ordinarius voluerit exercere, & fuerit repulsus, & repulsioni acquieverit, *ut per Doct. supra allegatos.*

11 Imò potius probatur contrarium, cùm testes, de quibus supra in principio deponant

ponant de aliquibus actibus jurisdictionalibus factis per D. Archiepiscopum, qui propter universalitatem causæ conferunt ad universalem jurisdictionem ex supra allegatis. Et prædicta magis de plano procedunt, quo ad causas matrimoniales, & criminales, in quibus sacro Concilio Tridentino cavetur, ut manuteneantur Episcopi, nisi adsit in contrarium immemorabilis canonizata per tres conformes, ut fuit dictum in causa Veronen. jurisdictionis 18. Martii 1696. coram bonæ mem. Cardinale Pamphilio, & in Burgen. jurisdictionis 7. Februarii, ejusdem anni coram bonæ memoriæ Orano. &c.

DECISIO XLI.

Exemptio ab Episcopo, & jurisdictio competens Abbati qualiter probetur, & ex quibus plenè justificata dicatur.

R. P. D. EMERIX.

Caven. seu Caputaquen. jurisdictionis

Lunæ 14. Martii 1672.

Est decisio 174 par. 17. recent.

SUMMARIUM.

1 *Exemptio probatur ex indultis omnimodam jurisdictionem concedentibus & num. 2.*

3 *Exemptio probatur ex sententiâ antiquâ Indultis Summorum Pontificum roboratâ.*

4 *Confessio Episcopi super exemptione à suâ jurisdictione plenè probat.*

5 *Exemptio probatur ex pluribus actibus jurisdictionalibus.*

6 *Ecclesia noviter constructa assumit & retinet primævam exemptionem, & privilegia quæ antiquæ competebant, & per totam.*

7 *Jurisdictionales actus exercens, jurisdictionem & exemptionem habere dicitur & num. 9.*

8 *Assistentia juris non suffragatur Episcopo in loco exempto.*

9 *Actus jurisdictionales pauci, & clandestini exerciti ab Episcopo in loco exempto, eidem non suffragantur.*

10 *Jurisdictionales actus ab altero exerciti in loco exempto, eò minùs præjudicant, si ut primum habita fuit notitia, reclamatum est.*

11 *Supposito cessante, cessat etiam, quodcunque super illo dispositum est.*

12 *Abbas habens jurisdictionem quasi Episcopalem & Territorium separatum, Diœcesiani nomen assumit.*

13 *Attentata sunt omnia gesta post & contra sententiâ, & per consequens revocanda.*

Abbas

ABbas Ven. Monasterii Sanctiss. Trinitatis Cavæ Ordinis Cassinen. turbatus ab Episcopo Caputaquen. in jurisdictione, quam exercebat in Ecclesia Parochiali pariter sub invocatione Sanctissimæ Trinitatis intra Castrum Pollæ Caputaquen. Diœcesis recursum habuit ad A. C. à quo de anno 1662. obtinuit favorabilem sententiam declarantem ad ipsum Abbatem, ejusque successores pro tempore spectare, & pertinere omnimodam jurisdictionem, quasi Episcopalem, ac proinde non licuisse, nec licere Episcopo Caputaquen. in eadem Ecclesiâ, Parochiâ, & Parochianis ullos actus jurisdictionales exercere; cùm autem modernus Episcopus isti sententiæ non acquiesceret, imò plura contra illam innovando insisteret prorsus assumptione causæ apud SS. Congregationem Concilii, & Episcoporum, propterea ex parte Abbatis addita fuit signatura Sanctiss. ab eaque causa remissa ad A. C. Ubi in gradu appellationis delata ad Rotam. proposui de communi partium consensu dubium: An, & de cujus bono jure constet etiam ad effectum manutentionis, & prohibitionis attentatorum, resolutum in omnibus ad favorem Abbatis.

Ipse enim bonum jus suum reassumptum ab altâ origine fundabat primo in antiquissima donatione Ecclesiæ, & Casalis S. Petri extra Castrum Pollæ (in cujus locum subrogata fuit Ecclesia, de qua agitur) una cum omnibus terris, & Vasallis tunc existentibus usque ab anno 1086. factâ Monasterio Cavensi ab Ascletino Comite Pollæ, & Sigigarda ejus uxore, *summario Abbatis numero 2.* Postquam donationem cum anno 1092. supervenerit Indultum Urbani secundi tribuens Abbati Cavensi, ejusque successoribus facultatem exercendi Pontificalia, cæteraque jura spiritualia in omnibus locis ac Oppidis tunc in Monasterii posse constitutis, eidemque imposterum deferendis, *eod. summario num. 3.* inde inferebant prædictam Eccle-
1 siam, uti membrum Monasterii Caven. remansisse exemptam, & absolutam ab omni, & quacunque jurisdictione ordinarii, ut in terminis ejusdem indulti decisum fuit *in Caven. Collationis Ordinum. 26. Iunii 1654. §. ad eliciendum vers. ad augendum vero ceram bo. mem. Verospio.*

Secundò, & quidem magis pacificè in altero indulto Alexandri Tertii Anno 1168. Consistorialiter edito, & à Cardinalibus subscripto, in quo interalias Ecclesias tunc possessas à Monasterio Cavensi, quas ibi enumerando suscipit sub immediatâ protectione Sedis Apostolicæ, iterumque de speciali gratia, & plenitudine potestatis eximit ab omni jure seu jurisdictione Episcopali, literaliter exprimit Ecclesiam S. Pe-
2 tri de Pollâ, ut liquet ex ejus diplomate *dicto summario num. 19.* quod probare omnimodam exemptionem est, *tex. in cap. Si Papa 10. §. si autem de privil. in 6. Abbatis cap. significasti num. 8. cum seq. de for. comp. Antonin. var. resolut. lib. 3. resol. 4 sub n. 1. Rota coram bo. mem. Bichio decis. 459. nu. 3. & in recen. decis. 239. num. 1. par. 8.*

Tertiò, in sententia lata anno 1210. ab Archiepiscopo Amalphitano, & ab Episcopo Scalen. Delegatis Apostolicis, in qua pronuntiatum fuit Monasterium

Ca-

Caven. ejusque membra, & præcipuè Clericos sæculares existentes in Castello Cilenti, & in suis Casalibus fuisse, & esse omninò exemptos ab omni jure, seu jurisdictione Episcopi Caputaquen. neque istum ejusque successores posse ab eis exigere procurationes, *citato summario n.* 4. quæ sententia tanquam lata super statu, & sufulta antiquitate temporis, corroborataque præmissis indultis, exemptionem probat 3
etiam contra Episcopos successores *ad text. in L. ingenuum ff. de stat. homin. Alex. in L. sæpè n. 59. ff. de re judic. Rota coram Seraph. decis.* 1422. *num.* 8. *& in terminis cor. Martino — decis.* 54. *sub n.* 2. *circa med. vers. quod etiam patet, & nu.* 3. *& seqq.*

Qui in confessione judiciali emissâ anno 1362. à Thomasio tunc Episcopo Caputaquen. qui agnoscendo bonam fidem restituit Monasterio Cavensi quasdam Ecclesias occupatas in dictâ Regione Cilenti, ac insuper expressè fassus fuit Ecclesiam S. Petri apud Pollam, licet in suâ Diœcesi Caputaque. existen. nihilominus ab antiquo spectasse & spectare ad jus, dominium, & proprietatem Abbatis, & Monasterium Caven. in eaque nullum jus competere ipsi Episcopo, neque Ecclesiæ Caputaquen. ac proinde obbligavit se, & successores suos, nullo unquam tempore in illàmolestare Abbatem, & Monasterium Caven. *eodem summario nu.* 5. Cui quidem 5
confessioni, uti emanatæ ab Episcopo, qui præsumitur informatus de statu, & qualitate Ecclesiarum suæ Diœcesis, plurimùm deferri debere in his terminis advertit *Rota coram Eminentiss. Otthobono decis.* 125. *nu.* 8. *& 9. & in recent. dec.* 152. *num.* 5. *par.* 7. *cum aliis in Novarien. Parochialis* 16. *Martii* 1665. §. *idemque coram bo. mem. Avunculo meo.*

Quintò demum in frequentatis actibus jurisdictionalibus per Abbates pro tempore gestis, nempe visitationibus dictæ Ecclesiæ, Collationibus beneficiorum, & Ordinum, Convocationibus Synodorum, administratione Sacramentorum, cognitionibus causarum, aliisque pluribus magis distinctè relatis *in eodem summario à nu.* 8. *usque ad* 18. ex quibus totalis exemptio à jurisdictione Ordinarii, & omnimoda subjectio Abbati benè desumitur. *per text. in cap.* 1. *in fin. de censib. in* 6. *can. Presbyteri de consecrat. dist.* 4. *cap. quanto de consue. & ea quæ tradit Barbos. de potest. Episc. alleg.* 3. *num.* 3. *allegat.* 30. *n.* 1. *& 4. alleg.* 102. *nu.* 4. *& seqq. & alii plures in his terminis adducti per Rot. coram Bichio d. decis.* 459. *à nu.* 20. *cum pluribus seqq. & coram Eminentissimo Otthobono decis.* 125 *à num.* 4. *& in recent. decis.* 152. *nu.* 9. *par.* 10. *& in citata Caven. collationis Ordinum* 26. *Junii* 1654. §. *Territorium post med. vers. hæc autem coram bo. mem. Verospio.*

Unde cùm populus & Clerus Ecclesiæ Sancti Petri extra Castrum Pollæ ob aëris intemperiem, latronum incursiones, aliasque temporum calamitates anno 1517. se contulerint ad habitandum intra idem Castrum, ibiq; etiam ædificaverint Ecclesiam Parochialem sub invocatione Sanctissimæ Trinitatis, de qua agitur, & Episcopus Caputaquen. illis impertitus fuerit licentiam, ut in hac nova Ecclesia possent bapti-

baptizare, aliaque Ecclesiastica Sacramenta ministrare suis Parochianis, quos omnes liberos, & exemptos à suâ jurisdictione (prout antea erant) dimisit, dicta summario num. 6. idque per Breve speciale anno 1525. confirmaverit sanc. mem. Clemens
6 VII. eod. summ. num. 7. consequens est etiam, quod non solum hæc nova Ecclesia assumpserit, & retinuerit ptimæ vam exemptionem, aliaque privilegia, quæ competebant juxta Text. in cap. quia Monasterium de Religios. domib. glos. in cap. provisorum vers. item si autem superiores de reg. jur. in 6. Felin. in cap. cum delecta sub num. 21. vers. quando autem Ecclesia de rescript. cum aliis per Rot. decis. 153. num. 12. par. 11. recent. Sed
7 etiam quod Abbates pro tempore continuando actos jurisdictionales illam detendo rectè visitarint, eius beneficia ritè contulerint, resignationes admiserint, Clericos ordinârint, ad Synodum convocârint, Sacramentum Chrismatis ibidem publicè peregerint, palam administrârint, cæteraque alia jus Diœcesanum præ se ferentia peregerint, prout hæc omnia per Abbates legitimè fieri potuisse declaravit Sixtus V. in hærendo Resolutionibus fac. Cregregationis Concilii Interpretum in Brevi desuper expedito sub sel. recordat. Gregorio XIII. in solitâ formâ rationi congruit, summario proferendum in fin. coram bon. mem. Verospio. to num. 18. ut refert etiam d. dec. Caven. Collationis Ordinum 26. Jan. 1654. d. §. ad

Probato autem ex tot, tantisque documentis antiquis, & modernis bono jure
8 Abbatis, non potest modernus Episcopus intentionem suam fundare, vel in assistentiâ juris, , vel in aliquibus actibus jurisdictionalibus exercitis per suos antecessores; quia assistentia juris non suffragatur Episcopo in loco exempto, qui licet sit in Diœcesi, æquiparatur tamen quoad jurisdictionem loco existenti extra Diœcesim, juxta punctualem doctrinam Gemin. in cap. cùm Episcopus nu. 4. de offic. Ordin. in 6. Franch. in 6. 2. §. statuto num. 12. vers. sed si per privilegium do constit. eodem lib. 6. Bellet. adjunct. Cleric. par. 1. de jurisdic. Abbat. S. Michaelis de eluſa §. uni num. 5. ubi plura adducit exempla. Rota coram Martin. Andr. decis. 54. num. 5. & recen. decis. 373. num. 12. par.
9 11. & in citatâ Caven. collationis ordinum ubi proximè vers. hinc enim. Actus verò jurisdictionales sunt pauci, & clandestini, ideoque non potuerunt præjudicare Abbati, cujus consensus, aut scientia & patientia requirebatur ad effectum, ut ex illis Episcopus potuisset acquirere aliquod jus ad text. in L. quoties §. servitutum ff. de servit. Bald. in l. 2. num. 22. & seqq. C. de servit. & aqua Rota in terminis decis. 165. num. 6. par. 4. divers. & coram Bichio decis. 133. num. 24. & in recent. dec. 220. num. 28. & 313. num. 13. par. 9. eoque magis dum statim ac de illis habita fuit notitia,
10 fuerunt per Abbates impugnati, dicto summ. num 23. Rota decis. 248. sub num. 6. par. 2. recent. & coram Bichio decis. 328. sub num. 15. & 16.

Nec minus relevant resolutiones de anno 1588. & 1603. emanatæ à S. Congregatione præpositâ negotiis Episcoporum & Regularium, in quibus declaratum fuit malè promotos fuisse ad sacros Ordines nonnullos Clericos hujus Eccle-

siæ

fiæ cum litteris dimissorialibus Abbatis Cavensis, quia hujumodi resolutiones emanârunt non audito Abbate, & cum supposito, quod eadem Ecclesia, ejusque Clerici non essent exempti à Jurisdictione Episcopi; quod suppositum cùm ex præmissis corruat, corruunt etiam prædictæ resolutiones, quæ non militant 11
in locis alterius juridictioni subjectis, ac Territorium separatum constituentibus, ut declaravit Sac. Congregatio Concilii relata per *Tamburin. de jure Abbatum, quem refert & sequitur Rota. in d. decis. 459. sub numer. 29. coram Buchio.*

Simili responsione tollitur decisio *in Capuana Parochialium* 15. *Februarii 1666. coram R. P. D. meo Bevilaqua*, quia præter quod adversus illam fuit concessa nova audientia, sicque nullum in ea constitui potest fundamentum, refert tantum quædam privilegia concessa universo Ordini Cassinen. quæibi Rota dicit esse restricta ad personas, & Monachos intra septa Monasteriorum dicti Ordinis commorantes, & ad Ecclesias, & loca iisdem Monasteriis adjacentia, ideoque non applicatur proposito casui, in quo respectu Ecclesiæ, de quâ agitur, concurrunt speciale privilegium Alexandri III. & tot alia jura superius recensita plenè comprobantia Abbatem in ea habere omnimodam jurisdictionem, quasi Episcopalem, & Territorium distinctum, separatum, & proinde Diœcesiani nomen assumere *juxta gloss. in Clem. 1. §. volumus verb.* 12
à Diœcesianis de foro competenti, ibique Card. Abb. Felin. & alii relati in dicta Cauen. Collationis Ordinum §. 1. coram Verospio.

Ex quibus concluſum fuit constare de bono jure Abbatis, etiam ad effectum Manutentionis, & purgationis attentatorum, quia de ejus possessione constat ex tot actibus possessoriis superiùs recensitis, & de attentatis commissis per Episcopum, patet ex omnibus gestis per ipsum post, & contra dictam sententiam A. C. Quæ proinde uti attentata sunt revocanda. *Cap. non solum de appellat. in 6. tot. tit. ff. nihil novari appellatione interposita Rota in Leodien. pecuniaria 4. Decembris Anni præteriti coramme, aliisque vulgatis.*

Et ita &c. utraque &c.

Ad Quæst. IX. & X. Additio.

Quibus verbis concessa probetur exemptio, & an solutio census aliquod præstet argumentum, abundè satis colligi potest ex pluribus decisionibus suprà ad quæstionem 2. allegatis, quare hoc loco unicam tantum subjiciemus decisionem, ex qua distinctio generalis & specialis protectionis apparet, de qua in *glossâ cap. ex parte* 2. *ver. nostræ protectioni de privilegiis*, quâ etiam ostenditur census solutionem, esse de se tantum non sufficeret, junctam tamen aliis adminiculis, inducere statum exemptionis.

DECISIO XLII.

ILLUSTRISS. SERAPHINO.

Salisburgen. exemptionis Præposituræ.

Inter impressas Seraphini decisio 1015.

Lunæ 10. Maji 1593

SUMMARIUM.

1 *Monasterium in sui fundatione susceptum sub tuitione Sedis Apostolicæ, an & quando censeatur ab initio acquisitum Ecclesiæ Romanæ, & num.* 3. & 4.

2 *Oblatum efficitur ejus Ecclesiæ cui offertur.*

5 *Specialis protectio Papæ eximit Ecclesiam seu Monasterium ab Ordinario.*

6 *Initium fundationis Ecclesiæ multum facit ad ostendendum statum primævum illius.*

7 *Facultas à Papa concessa Ecclesiæ adeunti pro Sacramentis ordinarium, arguit exemptionem.*

8 *Solutio annua quæsit Ecclesiæ Romanæ, arguit exemptionem.*

9 *Per expressionem aliquorum casuum libertatis quando censeatur d. libertas restricta.*

10 *Apellatione Ecclesiæ seu Monachi, veniunt etiam Monachi & personæ ipsius Ecclesiæ, vel Monasterium exemptione.*

11 *Observantia ex actis multiplicatis probatur.*

12 *Enuntiativæ Pontificum probant exemptionem, & num* 15.

13 *Dictio illativa, ea propter, inducit dispositionem.*

14 *Enun-*

14 *Enuntiativæ antiquæ æquipollent famæ & plenè probant.*

16 *Negotium tractatum per viam compromissi, & concordiæ, non arguit jurisdictionem ordinariam.*

17 *Privilegium Papæ concedens decimas Ecclesiæ exemptæ, non arguit subjectionem Ecclesiæ, sed personarum tantum deservientium, & novalia exeolentium.*

18 *Reservatio reverentiæ in ordinario arguit in cæteris exemptionem. & n. 20.*

19 *Exempti non tenentur ad reverentiam quando exemptio est plena.*

21 *Ex procuratione soluta probatur subjectio, secus est si solvatur sub titulo*

22 *Ex concessione juris conferendi Ecclesiam vel Monasterium non arguitur subjectio, nisi probetur effectuatio concessionis.*

23 *Actus facti contra Ecclesiam exemptam non præjudicant Sedi Apostolicæ.*

QUoniam informantes pro Illustrissimo D. Archiepiscopo Salisburgen. non informarunt super tota causa, sed restrinxerunt se ad constituendum, qualis esset status Præposituræ ante Bullam Calixti III. prætendentes se posse ostendere Præposituram tunc non fuisse exemptam, sed potiùs subjectam ordinariæ jurisdictioni; ideò de hac principaliter actum est, & re diligentissimè discussa, in hanc sententiam decisum, constare de statu exemptionis ante Bullam Calixti III. non autem de statu subjectionis, & hoc maximè ad effectum, ut d. Bulla non possit argui de subreptione aut defectu intentionis: Et pro hac sententia fuerunt plura deducta & perpensa, quæ hîc sigillatim referuntur. Etenim considerata origine, & primæva ipsius Præposituræ erectione apparet Comites Berengarium & Cononem anno Domini 1106. ex propriis eorum allodiis & villis, quæ Deo & B. Petro sub annuo censu obtulerunt, fundasse hoc Monasterium sub Paschalis ejus nominis secundi auctoritate, qui illud sub tuitione Sedis Apostolicæ suscepit, quæ res arguit statim ab initio fundationis acquisitum fuisse Monasterium Ecclesiæ Romanæ, cui oblatum fuit. *ad text. in cap. dilectissimis. §. omnes. & cap. videntes. 12. quæst. 1.* Unde videtur esse effectum juris B. Petri & Ecclesiæ Romanæ, specialiter per hanc oblationem, ita quod ad aliam Ecclesiam spectare non potest, oblata enim efficiuntur ejus Ecclesiæ cui offeruntur. *cap. 1. de statu Monach. cap. cum inter. de verb. signif.* Maximè cùm hoc tempore nullum adhuc competeret Archiepiscopo jus superioritatis, cujus contemplatione diceretur ei fieri præjudicium *Felin. in cap. cùm inter. n. 4. de re judic.* & licet dicatur simpliciter recipi Monasterium sub tuitione Sedis Apostolicæ, quæ verba regulariter non arguunt subjectionem, *cap. ex parte il. 2. de privil.* tamen illud procedit in simplici protectionis susceptione, non autem ubi concurrunt alia quæ suadent plenam & immediatam subjectionem, verba enim hujusmodi variam recipiunt interpretationem secun-

secundùm objectam materiam *ut not. Hostien. in cap. fin. de consir. utili vel inut. Io. Andr. in cap. cùm olim il. 1. in 3. col. & ibi Butr. num. 17. de privileg.* Confirmatur ex eo, quod in eadem Bulla Paschalis disponitur, ut nulli liceat prædicta allodia B. Petro subtrahere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; videtur autem quædam subtractionis species velle juri suo subjicere, quod alteri Ecclesiæ nempe Romanæ obtrahere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; videtur autem quædam subtractionis species velle juri suo subjicere, quod alteri Ecclesiæ nempe Romanæ obsterium, non ad Ecclesiam Romanam, cùm tunc temporis non fuerit erectum sub invocatione B. Petri, sed sub invocatione SS. Joannis & Martini, ut patet in Bulla Calixti II. & ideò omninò debet intelligi de Ecclesia Romana; & ista specialis protectio eximit à potestate ordinarii secundùm *Butr. in cap. ex parte il. 2. de privileg. quem sequitur Henric. Bohic.*

Et quemadmodum hoc initium fundationis multum facit ad ostendendum statum primævum hujus Monasterii, ita ea, quæ subsecuta fuerunt, omninò declarant, quod per hanc tuitionis susceptionem factum est exemptum, & immediatè subjectum sedi Apostolicæ. Nam Calixtus II. Anno Domini 1122. in suo privilegio manifestè eximit hanc Ecclesiam ab ordinarii jurisdictione, quod ex eo probatur, quod concedit facultatem Monachis, ut Sacramenta à Diœcesano recipiant, unde in aliis non reservatis videtur exemisse ab ejus potestate, ut in simili tradit *Dec. cons. 152. n. causa exemptionis, num. 1. vers. quarò facit.* Hæc enim facultas adeundi pro Sacramentis ordinarium non est necessaria, nisi in casu exemptionis. *glos. in c. ult. in ver permittimus de pœnit. & remiss. Ioan. Andr. in reg. sciens. num. 25. de reg. jur. in 6.*

Præterea in eodem privilegio habentur hæc verba: ad indicium autem perceptæ hujus à Romana Ecclesia libertatis, aureum unum quot annis Lateranensi Palatio persolvetis, quæ verba probant exemptionem, ut habetur in *cap. si Papa de privileg. in 6. & ibi omnes notant. Abb. in c. recepimus, circa finem. de privil. & ibi Socin num. 16. Summistæ in verb. exemptio. & aliàs fuit consideratum.*

Non obstat, quod cùm ista verba sint posita post expressionem aliquorum casuum libertatis, restringi debeat exemptio ad eos tantum *d. c. si Papa in ver. indefinitè & in §. idem dicimus.* Et hoc maximè cùm hic adsit dictio, *hujus*, quæ videtur restringere ad casus expressos. *glossa in proœm. lib. 6. ver. hujusmodi.* Quia cùm præcedat generalis prohibitio, ne quis audeat prædictam Ecclesiam temerè perturbare, vel ejus possessionem auferre, vel oblata retinere vel minuere, hoc decretum utique non solum Monasterium materiale, verum etiam personas Ecclesiæ exemisse censetur, cum Ecclesiæ appellatione veniant Monachi, & personæ ipsius Monasterii, ut tradunt *Summistæ omnes in ver. exemptus & exemptio.* & casu quo posset circa hæc verba aliqua difficultas oriri, ea omninò tollitur ex observantia subsecuta, tot Pontificum assertionibus probata, ut mox demonstrabitur, ad tradita *per Aretin. cons. 11. Corn. cons. 193. nu. 49. lib. 1. cum similibus.* Observantia verò hujusmodi probatur ex multiplicatis assertioni-

bus

bus aliorum Pontificum, aliàs per nos consideratis, nempe Innocentii II. Eugenii III. Adriani IV. Innocentii III. & Gregorii VIII. qui omnes testantur hæc loca specialius ad jus Romanæ Ecclesiæ pertinere, quibus verbis denotatur exem- 12
pcio. *d. cap. si Papa.*

Nec obstat, quod ex adverso dicitur, has assertiones fieri generaliter & indefinitè de iis Ecclesiis, quæ ad jus Romanæ Ecclesiæ pertinent, non autem de hoc Monasterio, & esse meras enuntiativas dispositionem non inducentes, quia apparet hanc assertionem referri ad Monasterium, cùm super ea fundetur Pontificum rescriptum dispositio, quod apertè convincitur ex eo, quod post illa verba (*petitionibus illorum nos oportet ampliori charitate intendere, quorum loca in religione fundata ad jus S.R. Ecclesiæ specialius pertinere noscuntur*) subjicitur dictio illativa: *ea propter, dilecti* 13
filii, vestris justis petitionibus annuimus, &c. quam dictionem ad eundem effectum ponderat *Decius in d. cons.* 152. *n.* 2. *vers. & quia Papa.* Sed dato etiam quod essemus 14
in puris terminis enuntiativæ orationis, cùm simus in enunciationibus antiquissimis, & emanatis à pluribus Pontificibus, totiesq; repetitis, eæ æquipollent famæ, & plenè probant, *ut per Bald. Salic. Castren. in l. cùm aliquis C. de jure delib. cum aliis quos citat Cravet. de antiq. temp. par.* 1. § *ampliatur. num.* 14. *cum seqq.*

Adest præterea assertio Innocentii IV. affirmantis d. Monasterium ad Ecclesiam 15
Rom. nullo medio pertinere. Quæ expressio exemptionem probat *cap. cùm olim il.* 1. *de privil. & tradunt Doct. supra citati.* Verum post exhibitionem processus Reverendissimi Nuncii adnotatæ etiam fuerunt aliæ assertiones superioribus clariores & concludentiores nempe Cælestini V. Anno Domini 1291. qui in duabus suis Bullis affirmat Monasterium hoc ad Ecclesiam Romanam nullo mediante pertinere. Item Bonifacii VIII. dicentis, Monasterium hoc Romanæ Ecclesiæ esse immediatè subjectum in duabus Bullis sub eadem data anno IV. Quinto Calend. Martii. Neque dici potest hæc esse verba partis, cùm sint posita in ipsâmet salutatione Papæ. Adsunt præterea duo instrumenta, nempe sententiæ excommunicationis, & ejusdem executionis contra Eberhardum Archiepiscopum de anno 1404. in quibus enunciatur Monasterium ad Ecclesiam Romanam nullo mediante pertinere; postremo idem probatur ex duabus supplicationibus Ducum Bavariæ, in quibus dicitur Monasterium fuisse & esse Romanæ Ecclesiæ immediatè subjectum, & alii præterea nemini: quodsi ex adverso prætenditur, enunciativas Ducum non esse attendendas, cùm supplicarent contra tunc temporis Archiepiscopum Eberhardum; certè eadem ratione dicendum erit, nullam fidem adhibendam enunciativis subjectionis, si quæ sint, emanatis ab eodem Archiepiscopo, cùm major & vehementior suspicio militet contra eum, utpote qui causæ suæ quantum poterat, favebat, Bavari verò non suam, sed Monasterii causam tutabantur: maximè verò cùm enunciativæ hujus partis sint tot adminiculis fulcitæ, quibus assertiones Archiepiscoporum destituuntur.

Nec

Nec est prætermittendum pro hujusmodi observantia facere quamplures Bu-
Pontificum, in quibus committuntur diversis personis Ecclesiasticis, non autem A-
chipisco negotia ad Monasterium spectantia, prout aliàs in voto particulari fuit con-
sideratum.

Expræditis itaque constito & fundato statu exemptionis hujus Monasterii à
primæva erectione; non obstant ea quæ in contrarium pro subjectione deducta fue-
runt à Dominis Advocatis Illustriss. Archiepiscopi; & primò non obstat allegatio sen-
tentiæ latæ per Archiepiscopum inter duo Monasteria Bertegadense & Bambergen-
super certis eorum controversiis; quia omisso an potuerit porrogari jurisdictio, ut ge-
16 *Federic. de Senis consil.* 14. ex facto tollitur objectum, negotium enim illud fuit tra-
ctatum per viam compromissi & concordiæ, non autem judicialiter, tanquam contra
Judice ordinario, ut apertè probatur ex Bullis Gregorii, Adriani, Innocenti, & aliorum
Gregorii & aliorum Pontificum, qui hanc vocant concordiam, & eam confirmant,
adeò quod potiùs hoc argumentum facit contra Archiepiscopum, si enim fuisset Ju-
dex ordinarius & competès, utiq, opus non fuisset tot & toties repetitis confirmatio-
17 Secundò non obstat ponderatio, quæ fit super quodam privilegio Innocentii con-
cedentis Præposito & Monasterio curam eorum, qui intra cellam Ecclesiæ deservi-
unt circa ipsam Novalia excolunt, cùm ipsorum decimis, quemadmodum permitte-
te Salisburgense Archiepiscopo hactenus habuerunt, salva ipsius reverentia; quia hoc
non arguit subjectionem Monasterii, sed personarum tantum Monasterio servien-
tium, & novalia excolentium quæ non erant exemptæ; imò hoc facit contra Archie-
18 piscopum, reservatio enim reverentiæ arguit in cæteris exemptionem, hoc enim ab
exemptis præstari debet Episcopis. *Ioan. Andr. in cap. cum venerabilis de censib. Bull.*
1. num. 4. C. de bon. libert. Felin. in cap. cùm inter num. 3. & 4. de re jud. Et
avis *Puteus decis.* 115. *lib.* 3. dicat ad reverentiam non teneri exemptos à Papa,
19 t[illegible]en id procedit, quando exemptio est plena: Unde hic Papa noluit ita plenam
concedere respectu eorum, qui non fuerant professi Regulam B. Augustini in d. Mo-
20 nasterio. Et hoc pacto etiam tollitur quod dicitur de reservatione Canonicæ justitiæ,
cùm reservatio in uno arguat in cæteris exemptionem, & etiam quia in aliquibus
exempti subjiciuntur ordinariis, ut aliàs fuit consideratum.

Tertiò, enuntiativæ quæ ponderantur ab informātibus, in quibus habetur Præpo-
situm esse Prælatum Ecclesiæ Salisbur. & describi ab Archiepiscopis inter greges sibi
commissos, & oves sibi creditas; sunt valdè debiles, ex pluribus; nam sunt enuncia-
tivæ ipsorum met Archiepiscoporum, qui perpetuò tentarunt subjicere sibi hoc Mo-
nasterium, ut patet ex supra allegatis Bullis Calixti III. in quibus præcipit Archiepiscopo
ut desistat à vexationibns & molestationibus exhibitis Monasterio, patet ex unione
à Pelegrino Archiepiscopo extorta à Bonifacio IX. item ex vexationibus illatis Petro
Pientznayer propter impetratam à d. Bonifacio Præposituram, de qua in voto

nostro

nostro latius egimus: item à facultate conferendi impetrata à Nicolao V. quarum molestiarum & vexationum ignarus non fuit Calixtus III. eas enim recenset in Bulla sua exemptionis; quare nulla vel modica vis constituenda est in hujusmodi enunciationibus. Præterea enunciativa illa gregis & ovium non est clara, cùm potius videatur respicere fratres de choro Ecclesiæ Salisburgensis, quibus fit pro una parte concessio Salinarum, quàm Ecclesiam Berteſgadensem; sunt itaque multum frigidæ & debiles istæ enunciativæ, si cum contrariis comparentur & nullius efficaciæ & momenti.

Quartò non obstat transactio inter Eberardum Archiepiscopum & Petrum Pientznaver, quia sufficiunt ea, quæ in posteriori voto circa hoc factum deducta fuerunt; omnia enim fuerunt extorta à Petro, qui aliàs non poterat consequi possessionem præposituræ, quamvis deventum fuisset contra Archiepiscopum usque ad censurarum fulminationem.

Quintò non obstat, quod opponitur de quadam visitatione, quam procurarunt fieri Duces Austriæ enunciantes se esse naturales & advocatos Præposituræ, quod tamen manifestè erroneum est, quia de supplicatione sola apparet, de visitatione verò non constat, nam visitatio illa, quæ dicitur facta per quendam Archiepiscopum Leonardum ratione quarundam dissensionum ortarum inter Monachos Berteſgadenses, continetur in quadam scriptura imperfecta, quæ caret anno & die; & mirum est quod per spatium 350. annorum qui fluxerunt à Paschali II. ad Calixtum III. nulla reperiatur visitatio facta ab Archiepiscopo, cùm tamen res hæc ad officium ordinarii præcipue spectare dignoscatur, ex quo colligitur validissimum exemptionis argumentum, & ejusdem observantia.

Neque obstat, quod in indulto Urbani legatur quendam Præpositum per Archiepiscopum Pelegrinum fuisse ob nonnulla delicta privatum, quæ res videtur facta instantibus præfatis Austriæ Ducibus, quia in eodem indulto habetur, negotium hujus privationis fuisse à Papa commissum Archiepiscopo Pragensi, & ita noluisse rataṁ habere sententiam Archiepiscopi Salisburgensis, sed alteri commisisse cognitionem hujus causæ. Unde potius potest hoc contra Archiepiscopum retorqueri, & etiam iste Pelegrinus fuit ille qui procuravit unionem hujus Monasterii ut supra dictum fuit.

Sextò quod de procuratione soluta dicitur, ex qua subjectio probatur, *c. 1. ubi not. de censib. in 6.* non obstat, quia ea non sub procurationis titulo exigitur, sed relevationis, quæ etiam relinquitur arbitrio nominatorum; & sine pœna. Unde conjici potest, fuisse ex aliqua necessitate, puta alicjus belli, imploratum auxilium illorum, quorum intererat diœcesim non molestari.

Septimò non obstat juramentum fidelitatis, quod præstatur per Præpositum Archi-

Archiepiscopo, ut habetur in transactione confirmata per Nicolaum Anno Domini 1449. quia ultra ea, quæ aliàs dicta fuerunt, est animadvertendum non esse verum, quod ex adverso prætenditur duo fuisse juramenta, quorum alterum contineret simplex homagium fidelitatis; alterum verò fieret occasione officii Salinatoris concessi ab Archiepiscopo, quia ex lectura apparet fuisse unicum tantum occasione d. officii; subjunguntur enim mentioni dicti juramenti hæc verba, quemadmodum in lectura impingnerationis pro certam summam Schelnperg omnia illa clarius sunt contenta; unde apparet ea occasione prædictum fuisse. Neque obstat quod promittunt se fideles & obedientes fore, sicut ab antiquo fuit observatum, quia oppigneratio fuit facta de Anno 1409. & longe quadraginta annos antea fuerat observatum, in quibus verificatur clausula illa *ab antiquo*. neq; apparet de aliquo alio juramento ullo tempore præstito extra hanc ultimam, quinimo finita oppigneratione, fuerunt Berteſgadenses absolutijab hujusmodi juramenti præstatione.

22 Octavo non obstat Bulla Nicolai de Anno 1447. directa Episcopo Secoviensi in forma commissaria, quod constito sibi de narratis, auctoritate Apostolica conferat jus conferendi Præposituram in Archiepiscopum, quoties illam vacare contigerit; quia ex hac concessione non potest argui subjectio, nisi post eam probaretur effectuata: verùm de contrario potius constat, cùm nulla detur relatio Archiepiscopi, & post octo annos Calixtus exemptionem illam ampliſſimam concesserit.

23 Verùm præter has particulares responsiones potest in universum responderi nullos actus per Præpositos & Archiepiscopum gestos potuisse præjudicare Sedi Apostolicæ *ut per Abb. in cap. cum tempore de arbitr. Eclin. in cap. 2. de sent. excom. in fine.*

Neque etiam omittendum est videri totam hanc disputationem otiosam, cùm habeamus claram & indubitatam exemptionem in privilegio Calixti III. undefectus hujus disputationis restringitur, ad redarguendum d. Bullam Calixti de obscriptione, hinc fit, ut ea quæ supra de exemptione relata sunt, sine difficultate sint talia, quæ omnem subreptionem excludant, etiamsi narratum fuisset asserum, Monasterium prius exemptum fuisse, quod tamen factum non fuit, cùm Papa usus fuerit his verbis: *Et à jurisdictione ordinaria exemptum fuisse credatur*, & utique si voluisset pro constanti affirmare, fuisse per prius exemptum, superflua fuisset ejus dispositio in eâ parte, in qua pro potiori cautelæ suffragio de novo eximit; hoc enim decretum arguit necessariò voluisse eximere etiam non exemptum. Quare magna Dominorum consensione conclusum fuit pro statu exemptionis etiam ante Bullam Calixti.

Ad Quæst. XI. & XII. *Additio.*

AN valeat exemptio non appositâ clausulâ, non obstantibus &c. clariùs distinguo sic: aut agitur de derogando juri legis, & tunc siquidem illa lex vel constitutio habet in se derogatoriam ad contraria, facienda est illius mentio in privilegio exemptionis. *Felin. in cap. nonnulli, numer.* 11. *vers. limita primo. de rescript. Menoch. cons.* 36. *num.* 56. *lib.* 1. & hujus rei exemplum est *in c. Nuper de decimis* cujus semper facienda est specialis derogatio, quando conceditur privilegium exemptionis à solutione decimarum de terris, ex quibus decimæ prius solvebantur, ut in puncto dixit *Rota decis.* 341. *numer.* 2. *par.* 1. & *decis.* 42. *numer.* 9. *p.* 7. eadem ratione privilegia exemptionis à præstatione quartæ funeralium non suffragantur, nisi specialiter derogatum fuerit Clementinæ *dudum de sepult. Barbosa de paroch. cap.* 24. *num.* 8. *Rot. dec.* 501. *num.* 10. *par.* 13. *recent.* si verò lex aut constitutio non habet derogatoriam ad contraria, valet privilegium contra illam etiam sine alia mentione, quia hæc est natura privilegii ut sit contra jus. *Felin. in d. C. nonnulli nnmer.* 11. *de rescript. Hostien. in Summ. de rescript.* § *sed potest distingui num.* 13.

Aut verò agitur de derogando juri hominis, & facienda est distinctio inter gratiã desuinaturã præjudicialẽ, & non præjudicialẽ ut hoc posteriori casu necessaria sit derogatio expressa juris tertio quæsiti. *Sarnen. in reg. de jure quæs.* 9. 15. *in fine.* priori verò casu nullâ sit opus derogatione, ex quo Princeps cogitare potuit gratiã seu privilegiũ suum alicui personæ certè præjudicaturum. *Gratian. discept. forens. cap.* 992. *numer.* 7. *Rota decis.* 114. *numer.* 11. *par.* 6. & in specie de privilegiis unionum, exemptionum, erectionum, & similibus *Seraph. decis.* 1445 *numer.* 6. & in puncto privilegii exemptionis à portione canonicâ, & à decimis antiquis extat *decis. Cassadori.* 1. *sub tit. de privil. & in recent. decis.* 103. & 193. *par.* 7. & de exemptione in genere *decis.* 157. *par.* 6.

DECISIO XLIII.

Privilegium de sui naturâ præjudiciale valet, non facta mentione possessionis tertii.

R. P. D. Cassadoro.

Decis. 1. sub tit. de privilegiis.

SUMMARIUM.

1. *Privilegium de non solvenda Canonicâ portione concessum validum existit, licet de possessione alterius, illam percipientis mentionem non faciat.*
2. *Privilegium concessum super decimis antiquis, ex quo ab aliquo possideri præsumitur, tacitè possessoribus derogatum esse videtur, secus est in privilegio novalium.*

1 FRatres Minores de observantiâ molestabantur à Capitulo, & Clero Cusentin. & Neocastren. super portione canonicâ ordinariis de jure communi debitâ coram me 1513. & super exemptione à non solutione producebant breve Julii secundi confirmans contenta in privilegiis Sixti IV. mare magnum ab eis nuncupatum, in quibus de liberatione à dictâ portione dicitur, & ea de novo concedens dicebatur, quod non relevabat, ex quo non faciebat mentionem, quod dictum Capitulum, & Clerus erat in possessione percipiendi dictam portionem, pro ut habetur de privilegio decimarum novalium *in C. dudum de privileg.* & de coloratâ facti possessione in *cap. cum de nostris de concess. præbend.* & licet *Ol. consil. CCLXVIII.* studeret, nihilominus Domini concluserunt absolutoriam dari fratribus, prout dedi ex eo, quia Julius sciebat aut cogitabat antiquam portionem hujusmodi per aliquem percipi, & consequenter possideri, & non dubitabat, quin præjudicaret his, quibus jure communi, aut aliàs erat debita, & qui similiter reperiebantur in possessione per-

percipiendi, quoniam rectè credebat aliquem, cui jus competeret, esse in possessio-
ne, pro quo *Rota XII. de restit. spol. in antiq.* dicens quod in causâ possessorii si agatur 2
inter Episcopum, & Abbatem cæteris paribus, præsumitur pro Episcopo, sicut in
decimis antiquis præjudicatur possessoribus *secundum But. Ioan. Andreæ Card.*
& Abb. in d. C. dudum, ponentem rationem diversitatis inter decimas no-
valium, de quibus loquitur *d. Cap. dudum* simpliciter, quia decimæ ab a-
liquo possideri præsumuntur, & ideò concedendo privilegium, videtur
Papa possessoribus tacite derogare, & de possessione tacitè facere mentio-
nem, secus in privilegio, seu decimis novalium, quia intelligitur de terris,
quæ adhuc non sunt redactæ ad culturam, & sic poterat esse, quod nul-
lus habebat possessionem illarum, & sine privilegio forsan nullus reduxisset
ad culturam, unde Papa hoc facilè concedit, ex quo non tendit in grave
præjudicium aliorum; quando verò erant ad culturam redactæ, & ex eis
decimæ solutæ, ante privilegii impetrationem, grave præjudicium infertur
possessori, de quo non est præsumendum *ad jura vulgaria*, & hoc teneas
ait *Abb.* licet *Innoc.* videatur idem sentire in aliis decimis, id quod *But. &*
alii, *tenet Mul. in verbo privilegium impetratum super decimis*, quia decimæ
antiquæ reperiuntur communiter per aliquem possederi, non sic in novali-
bus in quibus contrarium creditur, *& Dec. cons. CXIII. ubi respondet ad*
motiva Old. & plura pro concessione ista adduxit, & plura ad hoc ponit
Card. in C. pen. de dec. in fin. ubi omnia vide.

* * *
* *
*

DECISIO XLIV.

Gratiæ de sui naturâ præjudiciales, prout est unio, exemptio & similes non requirunt derogationem regulæ, de jure quæsito, non tollendo.

Illustrissimo Seraphino.

Illerden. Præeminentiarum.

Mercurii 26. Iunii 1602.

Est inter impressas Seraphini decisio. 144.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia Collegiata est dignior Parochiali.*
2 *Ecclesia matrix erecta in collegiatam, perdit matricitatem.*
3 *Qui est dignior, præcedere debet.*
4 *Clausula, sine alicuius præjudicio, in erectione in collegiatam, posita, intelligi debet respectu aliorum non expressorum.*
5 *Regula de jure quæsito non tollendo, non habet locum in gratia de sui natura præjudiciali, prout est unio, exemptio, erectio, & similes, in quibus non potest dari de ignorantia Papæ, vel de subreptione, ut num. sequenti.*
7 *Mutato statu Ecclesiæ, mutatur jus, & eius effectus.*

1 FUit conclusum Priorem, & Canonicos Collegiatæ S. Stephani, præcedere debere Priorem, Vicarium, Portianarios, & beneficiatos Ecclesiæ Parochialis de Romeral. in casu, & ad effectum, de quo agitur, nam Ecclesia collegiata est dignior, ut tradit *Alexandrin. in cap. fin. §. Episcopus 17. distinc. 3. Henric. Boich. de synod. Episc. par. 3. in princ. num. 28. Cassan. in Cathal. glor. mundi 18. consid.* 12. & in specie in controversia cum Parochialibus fuit resolutum *in Calagurritana præeminentiarum coram Reverend. P. D. meo Justo 6. Novembris* 1600. ubi cæteri citantur. Non obstant deducta in contrarium, nam quod primo loco dicitur,

Eccle-

Ecclesiam B. Mariæ de Romeral. esse matricem, eique fuisse alias à Rota datum mandatum de manutenendo, uti majori, & insuper pronuntiatum eam esse matri- 2
cem, & majorem omnium Ecclesiarum Oppidi Montissoni, & ad eam tanquam ad matricem spectare omnia privilegia, & prærogativas, & exemptiones, quæ de jure, & consuetudine illarum partium competunt Ecclesiis matricibus, & majoribus; quia cum ista Ecclesia S. Stephani à fel. rec. Paulo III. fuerit erecta in Collegiatam, utique in consequentiam majoris dignitatis. *Aym. consil.* 149. *num.* 11. & fuit per hoc præiudicatum iuribus matricitatis, quatenus est matrix, prout si una Ecclesia erigatur in Episcopatum, consequens esset, ut locum sortiretur, qui debetur 3
Episcopalibus Ecclesiis; nam, qui est dignior, præcedere debet. *L. honores. & ibi glos. & Bart. C. de decur. l. unicuique C. de prox. sacr. scrin. lib.* 12. *Tiraq. de jur. primogen. in præfat. num.* 175. *& de legib. connub. gl.* 7. *num.* 8. *&* 9. & hoc ad evitandam indecentiam. Non obstat sententia, quia tunc temporis non fuerat doctum de erectione in collegiatam, & respicit tantum iura matricitatis: mandatum verò de manutenendo respicit solum possessorium, non autem petitorium, quod nunc in causa deducitur, 4
& super quo est pronunciandum. Non obstat clausula sine alicuius præiudicio, in erectione apposita, quia debet intelligi respectu aliorum non expressorum. *Rebuf. in praxi de erection. in colleg. ad finem, & habetur in extravag.* 2, *de concess. præben. Oldrad. cons.* 330. *in fine Sarnens. de jure quæst. non toll. q.* 1 *prope finem.* Nec obstat, quod regu- 5
læ de non toll. derogatum non fuerit, quia non procedit in gratia de sui natura præjudiciali pro ut est unio, exempti, erectio, & similes, in quibus nō potest de ignorantia Papæ, aut de subreptione dici, ex quo Papa scit per similes actus alicui semper præjudicari, & ita fuit resolutum *coram me in causa Nullius, de Stippa* 19. *decembris* 1586. & *in Oscen. indulti* 10. *decembr.* 1599. *coram Mellino.* Neque obstat decisio *Syracusana co-* 7
ram bon. mem. Bubalo. quia ibi subreptitia erat gratia, ex quo Papa non intellexerat factum, ex quo oriebatur præjudicium.

Postremò non obstat consuetudo præcedendi probata, per Ecclesiam Parochialem; quia si inspicimus priorem sententiam de partibus, cujus vigore fuit data 8
alternata præcedentia matrici, ea præservat jus Ecclesiæ S. Stephani; si verò attendimus tempus post sententiam Rotalem, & mandatum de manutenendo, illa possessio non debet haberi in consideratione, quia fuit introducta in vim sententiæ & mandati, quorum ratio non est habenda in petitorio, non enim introducta est ex partium tacito consensu. Consuetudo verò ante erectionem non facit ad rem, quia mutato statu mutatur jus, & ejus effectus, & ex his concludum pro collegiata.

DECI-

DECISIO XLV.

De materiâ exemptionis beneficii à jurisdictione ordinariorum, & de naturâ confirmationis, & aliis de quibus in Summario.

R. P. D. Pirovano.

Decis. 117 par. 6. recent.

Cæsaraugustana Camerariæ.

Veneris 26. Novemb. 1632.

SUMMARIUM.

1 *Beneficium quando semel est exemptum à jurisdictione ordinarii, semper remanet derogatum juri illi competenti.*

2. *Privilegiorum innovationes, confirmationes, & approbationes, nullum jus de novo tribuunt.*

3. *Confirmatio semper præsupponit aliquid prius esse, quod confirmetur.*

4. *Privilegia ad futura non extenduntur, & num. 16.*

5. *Clausula, & pro potiori cautela, posita in confirmatione, nihil plus tribuit, quàm ipsa confirmatio, si sit inserta ad partis supplicationem, absque cognitione causæ, & Principis certa scientia.*

6. *Concessio nova, in concessione privilegii non suffragatur si non constet de privilegio confirmato.*

7. *Confirmatio etiam ex certa scientia non trahitur ad ignorata.*

8. *Confirmatio, quando dicatur emanasse ex certa scientia Principis.*

9. *Confirmatio facta ex certa scientia operatur, ut ea, quæ valuerunt, approbentur, & quæ valida non sunt recipiant robur ex confirmatione.* & num. 10.

11. *Jus quæsitum alicui de jure speciali, vel*

vel de jure communi, non potest ei tolli absque derogatione regulæ de jure quæsito.

12. *Verba, perpetuo, & totaliter, sunt apta comprehendere quodcunque jus.*

13. *Exemptionis gratia est de sui natura præjudicialis.*

14. *De subreptione aut defectu voluntatis dari non potest absque oris aperitione, quando in concessione est sublata facultas, contrarium dicendi vel opponendi.*

15. *Clausula, salva canonica justitia alicuius, non operatur ut tollat expressè concessa.*

17. *Concedentis voluntas, & propositum ex quibus deprehendatur.*

18. *Vicarius Episcopi non habet facultatem conferendi beneficia.*

19. *Dictio omnis, est universalis, & nihil excludit.*

20. *Dictio omnis, si quid non includeret, non esset verum dicere, quod omnia includat.*

21. *Totum, sive universale, sive generale, sive integrale, infert quamlibet suam partem.*

22. *Ordinarius in Collegiatis non confert, sed vacantia beneficia sunt de simultanea collatione Prælati, & Canonicorum & num. 23.*

24. *Ordinarius in collegiatis, tunc solus confert, quando beneficium vacans non fuit dotatum de beneficiis ad Ecclesiam pertinentibus, sed ad aliam Ecclesiam.*

25. *Beneficia in Ecclesia Collegiata præsumuntur dotata de bonis propriis Collegiatæ.*

26. *Dominium anterius probatur, etiam per duas enunciativas antiquissimas.*

27. *Verbum duximus, prolatum à Principe, significat, quod ipse adhibuerit cognitionem, in eo quod asserit.*

28. *Verba, assigno, & in perpetuum valere concedo, quid inferant.*

29. *Beneficia sine authoritate Ordinarii, & dotis assignatione, erigi non possunt.*

30. *Dos beneficio censetur constituta ab eo, qui tenebatur.*

31. *Observantia debet probari in speciali casu, de quo agitur.*

CEnsuerunt Domini standum esse in decisis 2. Junii 1631. quia nedum Camerà-
tia de quâ agitur, est exempta à jurisdictione Ordinarii vigore litterarum Sixti
V. sed ulterius, quia pertinentia collationis ad eundem non spectat: cùm non
probetur beneficium fuisse dotatum de aliis bonis, seu beneficiis, quàm ad Colle-
giatam spectantibus.

Verba enim Bullæ Sixti sunt amplissima. Nam postquam idem Pontifex lit-
teras Apostol. Clementis VIII. insertas, ac aliorum Pontificum, Monasterio, Priori,
& Conventui concessas auctoritate Apostol. approbavit, confirmavit, & inno-

vavit : ac omnes & singulos tam juris, quàm facti defectus (si qui intervenirint) supplendo decrevit, illas perpetuo valere, & tenere, & inviolabiliter ac perpetuo observari debere : & post suppressionem litis, tunc inter Collegiatam, & Archiepiscopum Cæsaraugustanum in Rotâ vertentis addidit sequentia verba. *Ulterius pro potiori cautela, & suffragio Monasterium Beatæ Mariæ & Ecclesiam hujusmodi, ac illius Prioratum, dignitates & officia, nec non singulas loca, & Canonicales portiones, ac beneficia ; omniaque, ac singula Castra, terras, ius & bona quæcunque similiter præsentia & futura : ac Priorem, & Canonicos, nec non Numerarium, Capellanumque Regium nuncupatum, omnes & quoscunque Clericos tam sæculares, obtinentes in titulum, vel commendam, quascunque dignitates, & officia regularia ipsius Monasterii Beatæ Mariæ : ab omni iurisdictione, dominio, & superioritate, visitatione, correctione, & auctoritate & potestate prædictis moderni, & quorumcunque Archiepiscoporum Cæsaraugustanorum, pro tempore existentium, suorumque vicariorum, & officialium eximimus, & totaliter liberamus.*

Ex quibus verbis, cùm apertè legatur Cameraria perpetuò exempta, & totaliter liberata à jurisdictione, & imperio Archiepiscopi, semper remanet derogatum juri ordinario competenti, *C. Abbate ubi Panormi. numer. 3. Lap. alleg. 315. numer. 7. Vital. de supplen. neglig. Prælat. in rubr. numer. 16. Selva de benef. par. 2. quæst. 22. numer. 45. Gonzal. super reg. 3. glos. 23. num. 20. Rota in Ferrarien. Prioratus, quæst. decis. 308. num. 4. par. 1. recent.*

Non obstat, quod approbatio, confirmatio & innovatio facta per Clementem, quoad litteras Innocentii, Eugenii, & Alexandri nihil plus tribuit, quàm quod in eisdem litteris datum fuit, *Cassad. decis. unica num. 2. de confirm. util. vel inutil. Rota decis. 70 2. numer. 6 par. 1. divers. & 229. numer. 11. par. 2. recent. Dec. cons. 341. num.* 7. dicens confirmationem semper præsupponere aliquid prius esse, quod confirmetur : sed in eorum litteris non contineri exemptionem Cameratiæ, neque potuisse contineri, dum non esset tunc erecta, ex quo privilegia ad futura acquirenda non se extendunt, *Hostien. & Ioan. Andr. in cap. cum Capella. de privileg.* clausulam verò, *& pro potiori cautela*, insertam in eisdem litteris Clementis, post approbationem, confirmationem, & innovationem litterarum Pontificum prædecessorum, in quâ eximitur Cameraria, de quâ agitur, appositam fuisse ad partis supplicationem, absque causæ cognitione, & Pontificis certâ scientiâ quæ pariter nihil plus tribuit, quàm ipsa confirmatio, in ordine ad confirmatum, *Cassad. eadem decis. 1. de confirm. util. Bertran. cons. 181. numer. 6. lib. 3.* affirmans, novam concessionem in concessione privilegii non suffragari, si non constet de privilegio confirmato, & intelligitur, salvo jure tertii, & quatenus valida sit, & recipit eandem interpretatio-

tationem, & objectiones, quas ipsa confirmatio, ut dicitur resolutum *in causa Mediolanen. decursus aquarum* 28. *Aprilis* 1581. *coram Clemente VIII. & in Turjonen. Jurisdictionis de Tudela prima Aprilis M. D. LXXXVIII. & in alia Tirasonen. vigesima sexta Junii M. D. LXXXV. coram Card. Blanchetto*, ultimam verò Sixti confirmationem etiam cum clausula, *pro potiori cautela & privilegio*, quamvis ex certa scientia propter insertionem tenoris litteratum Clementis VII. dicebatur plus operari, quàm Clementis confirmationem, in forma communi emanatam, propter jus speciale conferendi Archiepiscoporum, ab utroque Pontifice ignoratum. *Alex. consil. 122. num. 21. lib. 4. Rota decis. 555. numer. 9. par. 2. recent. Castr. consil. 84. numer. 5. & 230. numer. 3. part. 2. Crese. decis. 9. numer. 4. de privil. Put. decis. 26. de præben.* quod dicebatur tolli non posse absque derogatione Regulæ de jure quæsito non tollendo. 7

Quia restringendo difficultatem ad Breve Sixti fuit pro indubitato præsuppositum illud emanasse ex certa scientia propter insertionem tenoris litteratum Clementis, *Gloss. in c. pastoralis, §. præterea, in verbo, ex certa scientia de offic. deleg. decis. in cap. porrecta numer. 15. de confirm. util. vel inutil. Fabr. consil. 183. num. 14. lib. 2. Surd. consil. 419. numer. 24. & 25. & plenè hæc fuit conclusio comprobata in causa Toletana admissionis ad habitum, quæ est 192. numer. 3. part. prima, recent.* & quando agitur de confirmatione ex certa scientia, quæ valuerunt, approbantur, quæ valida non sunt, recipiunt robur ex confirmatione, & quæ nullam habent relationem ad ea quæ præcesserunt, de novo conceduntur, ita magistraliter declarat *Dec. cons. 341. numer. 7.* quod tamen prius in substantia fuit dictum *per Rotam, penes Cassad. d. decis. unica, de confirm. util. vel inutil.* & nunc absque ulla hæsitatione pro indubitato admittitur. *Seraph. decis. 1432. numer. 1. & in ead. decis. 192. num. 2. par. 1. recent.* in præsenti autem, quoad privilegia trium Pontificum, intrat approbatio, quia de illis constat: exemptio Cameratiæ concessa per Clementem VII. in forma communi, uti invalida recipit robur à confirmatione Sixti: cætera autem respectu temporalis concessionis ad vitam tunc Archiepiscopi Cæsaraugustani, *& in posterum, & in perpetuum*, erit nova concessio; dum similis non reperitur, ad quam haberi relatio possit. 8 9 10 11

Neque movere debet differentia juris competentis de jure speciali, vel de jure communi, quod dicebatur in Archiepiscopis quæsitum ante concessionem Sixti, & potuisse ab eo ignorari, ut propterea absque derogatione Regulæ defendi non posset. Quia de absoluta, & determinata voluntate Papæ eximendi Cameratiam à jurisdictione Archiepiscopi patet ex illis verbis; *perpetuo eximimus, & totaliter liberamus.* quæ sunt apta comprehendere quodcunq; jus Archiepiscopis competés, *Gemin. cons. 72, in princ. Vital. Clem. 1. de censib.* & eo casu gratia exemptionis, cùm sit de sui natu- 12 13

naturâ præjudicialis, dum Papa intelligit totale præjudicium, semper sustinetur ab-
que derogatione regulæ, *Dec. consil.* 113. *numer.* 7. *Cassad. de privil. decis.* 762. *num.*
4. *Rota decis.* 240. *numer.* 22. *par.* 1. *divers.* Et cum hac distinctione Domini transi-
14] runt *in Andrien. decimarum.* 14. *Decemb.* 1607. *coram bon. mem. Patriarcha Mar-*
nedo in Albanen. beneficiorum 27. *Iunii* 1614. *coram me, & in Bononien. usus fruct.* 27.
Maii 1625. *coram Domino meo Decano*, & quod magis est, hodie dari non potest
de subreptione, aut defectu voluntatis absque oris aperitione, quia in concessio-
ne fuit derogatum, & sublata facultas contrarium dicendi, aut opponendi, & in-
terpretandi, *Caputaq. decis* 134. *numer.* 4. *par.* 3. *Put. decis.* 50. *numer.* 5. *lib.* 1. & 377. *in*
fine lib. 3. *Seraph. decis.* 351. & 764. *nu.* 1.

Clausulæ autem, quæ leguntur in concessionibus trium Pontificum, videlicet
salva Canonica iustitia Episcopi Cæsaraugustani: deservire non possunt ad conserva-
15] tionem juris conferendi Cameratiam; Nam quidquid sit de interpretatione præ-
dictorum verborum, quando materiæ sunt compatibiles cum expressis in concessio-
ne; non autem, ut tollant expressè concessa, ut in præsenti legitur de Camerati,
Oldrad. cons. 330. *in fine Paris. consil.* 70. *numer.* 12. *lib.* 1. *Put. decis.* 183. *lib.* 3. *Menoch.*
cons. 2. *numer.* 57. Attamen ex alio non suffragatur: quia Cameraria tanquam
16 fundata de anno 1195. ut partes admittunt, non præservatur ex clausulis anti-
riorum concessionum, quæ se non extendunt ad postmodum erigenda, *Hostien.*
in cap. cum Capella. numer. 5. *de privil. & ibidem Ioan. Andr. numer.* 5. *Abbas*
numer. 5. & *Card. numer.* 1. *Alex. consil.* 158. *ubi sub numer.* 15. admittit conclusionem,
quando agitur de præjudicio tertii.

Et eò minus relevat ponderatio, quod hujusmodi exemptio restringatur ad ju-
risdictionem contentiosam, non autem ad voluntariam, prout est jus conferendi
propter verba proëmii, in quo mentio fit solum de jurisdictione exercen-
17 di in Monasterium, Castra, terras, homines: ex quo facilè desumitur vo-
18 luntas, & propositum concedentis, *Decian. consil.* 30. *numer.* 9. *lib.* 3. *Menoch.*
præsumpt. 2. *numer.* 4. *lib.* 6. ac etiam propter eorundem verborum directo-
nem in personas, nempe Vicarios, non habentes in jure facultatem conferendi,
cap. finali de offic. vicar. in 6. *Gonzal. ad reg.* 8. *glos.* 5. §. 3. *numer. vigesimo quinto cum*
aliis.

Quia verba ampliſſima litterarum tam Clementis, quàm Sixti in primis
litteris ibi: *ab omni jurisdictione, dominio, & superioritate penitus, & omnino*
eximimus, & liberamus. & in secundis ibi: *ab omni jurisdictione, dominio, &*
superioritate omninò, & perpetuo eximimus, & totaliter liberamus: non patiuntur
hujusmodi restrictionem, aut limitationem; dum non esset omnis jurisdictio o-
mninò & totaliter sublata, si remaneret voluntaria, pertinens ad jus conferendi

reser-

reservata. Nam si de omni jurisdictione agatur, illa dictio, *omni*, est univer- 19
salis, & nihil excludit, *l.1.ubi omnes, ff. de leg.1. Dec. cons.597. numer.1.* dicens, quod 20
si quid non excluderetur, non esset verum dicere, quod omnia veniant, *Surd. latis-*
simè cumulans cons.73. num.62. & seq.

Et similiter si totaliter debet collegiata esse exempta, & liberata, sive totum 21
sit universale, sive generale, sive integrale, semper infert in quamlibet suam par-
tem, *Gloss. in §.1. instit. de societ.* quæ de istâ dictione loquitur *& in l. Lucius ff. de*
fund. instr. Surd. decis.78. numer.12. Cuman. cons.10. in fine, Natt. cons.160. numer.30.
lib.1. Bertaz. de claus. instit. claus. 27. Covar. lib. 1. cap. 2. numer. 5. nec ratione ad-
juncti, videlicet, Vicariorum, mutant naturam: quia prius de Archiepiscopis
habentibus facultatem conferendi facta est mentio; & deinde de vicariis, ad quos
facultas prædicta per mandata specialia transire poterat, ut plenius Collegiatæ esset
consultum.

Secundò principaliter collegiata hujusmodi fundat intentionem suam in 22
juris depositione. Quia in Collegiatis Ordinarius non confert, sed vacantia sunt
de simultaneâ collatione Prælati & Canonicorum, *Cassad. decis. vigesima secunda de*
præben. numer.3. Bisign. decis. octava, eod. tit. Rota decis.4. de conces. præben. in nov. Put.
decis.130. lib. primo, in novis, Mohed. dec.27. de præbend. Selva de benef. part. secunda,
quæst. vigesima secunda, & idem fuit resolutum in causa Cæsaraugustana Canonicatus, 18.
Aprilis 1603. *coram Episcopo Attrebaten. & plenius in Gerunden. juris conferendi. un-*
decima Martii 1630. *coram Domino meo Queipo.* & eò clarius, quia versamur in Ec-
clesiâ Canonicorum Regularium sancti Augustini, propter Bullam Benedicti XII. 23
in novo Bullario, *Tom.1. fol.*197. in qua expressè disponitur, quod collatio sit
simultanea inter Prælatum & Canonicos: & convenit cum simili dispositione juris,
Cap. finali de regular. in 6. Abbas in cap. ea noscitur, numer.4. de his, quæ fiunt
à Prælat. sine consensu Capituli. Selva ead. quæst.22. numer. 45. Gonzal. glos. 7.
num.7.

Non obstat, quod ab eadem conclusione communiter recedatur, quan- 24
do beneficium in Collegiata dotatum fuit de beneficiis ad Collegiatam non perti-
nentibus, sed ad aliam Ecclesiam, prout dicitur in præsenti probari; ut tunc
ordinario dotanti, ut prius remaneat facultas conferendi, *Abb. Cap. suggestum,*
*numer.3. de jure patronatus, Rota decis.*600. *numer.3. par.2. recent. & idem videtur*
firmatum in Callien. juris conferendi. 14. *Maii* 1661. *coram bo. mem. Francisco*
Ubaldo.

Quæ conclusio est vera, sed probatio dominii deficit. Nam si de jure con- 25
tendatur, urget præsumptio contra Archiepiscopum; quia in Collegiatâ præsu-
muntur beneficia dotata de bonis propriis Collegiatæ, *Abbas in cap. cum Ecclesia*

Vulteranam numer. 8. de elect. Put. decis. 313. numer. 3. lib. 3. in nov. Capuzag. decis.
226. par. 2. Selva de benef. quæst. 22. numer. 13. par. 2. Si verò agatur de diuturna
probatione dominii; quod bona assignata non pertinerent ad collegiatam; &
neque hoc justificatur, sed potius contrarium quoad Ecclesiam de Magallon. &
26 Borata apparet de anteriori dominio collegiatæ, ex duabus enunciativis antiquis-
mis, quæ leguntur in duobus indultis Alexandri III. usque de anno 1171. & atten-
quæ in antiquissimis solent probare, etiam quod emanaverint ad supplicationem
partis per illa verba: *vestris supplicationibus inclinati.* Nam quandò Papa narrat
27 bona, quæ sub protectione Sedis Apostolicæ suscipere intendit, subdendo, *qua*
duximus exprimenda vocabulis, quamvis *Franc. in c. si Papa numer. 4. de privileg.*
in 6. & Put. decis. 427. lib. 2. dubitaverunt de relevantia hujus probationis; attamen veriorem Rota semper sequuta est *in Spoletana bonorum 13. Junii 1608. coram*
Penia, quæ est 142. & 145. part. 4. divers. & plenius in Theatina jurisdictionis
405. & 683. par. 1. recent. in quibus ponderatur illa clausula: *quæ duximus exprimenda vocabulis.*

Hæreditates verò, quæ assignantur ultra dictas duas Ecclesias cum suis pertinentiis, pariter non apparent de dominio Archiepiscopi, nisi probetur easdem fuisse
prius in dominio ejusdem propter effectum translationis dominii, quæ causari non
potest ab eo, qui illud non habet, *L. cum res c. de probat. L. non est novum ff. de neque.*
verum domin. specul. in titulo de act. seu petit. §. sequitur, n. 25. Afflict. dec. 40. num. 3. Surd.
dec. 122. num. 4.

Demum si fundamentum desumatur ex ipsa erectione hujus Cameratiæ, facta
per Raymundum Episcopum Cæsaraugustanum de anno 1195. in qua leguntur ver-
28 ba: *Assigno, & in perpetuum valere concedo:* inferentia dominii significationem in
transferente, *dec. cons. 640. num. 6. Paris. consil. 33. num. 16. lib. 3.* qui loquuntur de
verbo: *Assigno: & Menoch. consil. 191. num. 8. & præsump. 34. num. 31. lib. 3.* idem af-
firmans de verbo: *Concedo*, facilè corruit, si attendatur, quod Episcopus intervenit
ad auctorizandam erectionem, non autem ad simpliciter consignandam dotem, ex
qua jus patronatus acquiratur.

Beneficia enim sine auctoritate Ordinarii, & dotis assignatione, erigi non
29 possunt, *C. nemo, ubi glos. in verbo veniat, & c. nullus de consecrat. dist. 1. Calderin. consil.*
ultimo de jure patronatus, Rocchus eodem titulo in verbo pro eo, quod de Dræsam con-
sensu. Et eo casu dos censetur constituta ab eo, qui tenebatur, nempè ab Ecclesia
30 Collegiata, quæ petebat erectionem. *Alciat. reg. 1. præsumpt. 50. & Menoch. præ-*
sumpt. 18. n. 8. lib. 1. & hæc ipsa præsumptio juvatur aliis adminiculis supra relatis
respectu Ecclesiarum de Magallon. & Borata.

Neque contraria præsumptio potest defendi pro Ordinario, ex observan-
31 tia subsequuta. Nam collationes datæ in summario Pauli, vel sunt de aliis benefi-

ciis, &

ciis, & observantia non suffragatur, quia debet probari in specie de cameratia, non autem de aliis in genere. *Roland. consil.* 80. *numer.* 10. *lib.* 1. *Becc. consil.* 96. *numer.* 7. *Surd. consil.* 354. *numer.* 6. aut sunt de eadem Cameratia, prout dantur, una scilicet de anno 1534, & aliæ duæ de anno 1557. & istæ ultimæ Lupi, & Ferdinandi Archiepiscoporum non sunt productæ in forma probanti, neque effectuatæ: prima verò, quæ fuit Francisci Archiepiscopi non sufficit; quia aliæ contrariæ supervenerunt. Ac demum si quid roboris inferret, id totum fuit sublatum per exemptionem Sixti V. subsequutam, à qua usque in præsentem diem non dantur collationes de hac cameraria factæ per Archiepiscopos, quæ effectuatæ, & validæ sunt.

Et ita utraque parte informante fuit resolutum.

Ad Quæst. XIII. Additio.

EXemptio concessa simpliciter an eximat universaliter, ultra casus particulariter ab auctore tactos addegeneralem distinctionem; aut enim quæritur, utrum exemptio indefinita sit universalis extensivè; & distinguendum est inter exemptionem purè personalem, & realem sive mixtam: nàm exemptio personalis concessa indefinitè & generaliter est universalis respectu omnium locorum, adeò ut locum habeat etiam cum exempti delinquunt, contrahunt, aut res sita est extra locum exemptum; realis autem & mixta, quantumcunque verbis generalibus concepta semper intelligitur cum præservatione supradictorum trium casuum *per cap. volentes, de privil. in 6. ita Fagnan. in cap. ex parte numer.* 45. *&* 49. *& in cap. tuarum, numer.* 5. *& numer.* 11. *de privil. Rota decis.* 164. *numer.* 1. *& seqq. par.* 7. *recent.* aut quæritur num exemptio indefinita sit universalis intensivè quoad omnia jura Episcopi; & dicendum est regulariter non esse universalem, cum semper intelligatur præservatum Episcopo jus visitandi. *Marescot. Var. resol. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 2. *&* 3. *Rota decis.* 2. *de censib. in antiq. & dec.* 220. *num.* 22. *par.* 9. *recent.* nisi vel illius juris fiat specialis mentio, vel ipsum privilegium conceptum sit verbis universalibus, & præsertim geminatis. *Fagnan. in d. cap. ex parte numer.* 31. *&* 32. *de privil.* & similiter in quavis exemptione Ecclesiæ non censetur eximi populus nec Presbyter gerens curam populi. *Cap. per exemptionem de privil. in* 6. quod & apertè disponitur in *Conc. Trid. c.* 11. *sess.* 25. *de regularibus.* ubi tam regulares quàm sæculares animarum curam personarum sæcularium exercentes subjiciuntur Episcopo quoad ea, quæ d. curam

d. curam concernunt, uti in casu speciali matrimonii contracti in Ecclesiâ seu Capellâ exemptâ cum præsentiâ solius Episcopi determinavit *Rota decis. 233. numer. 29. & 30. par. 10. recent. & dec. 305. numer. 9. par. 11.* nisi exemptio talis fit, quæ Ecclesiam curatam pleno jure subjiciat Prælato inferiori per quam videlicet tribuatur eidem plenaria jurisdictio in clerum & populum fuit dictum in *Rota coram Card. Mantic. decis. 362. per tot. & in recent. decis. 71. numer. 3. par. 14.*

DECISIO XLVI.

Declaratur in hac decisione, quod exemptionum privilegia, quantumvis ampla & prægnantia concessa alicui, non inducunt exemptionem rei, contractus, vel delicti, concernentium loca minimè exempta.

Est invecent. decis. 164. par. 7

R. P. D. Ghislerio.

Auximana Census.

Lunæ 23. Junii 1636.

SUMMARIUM.

1. *Exemptus quantumvis sit aliquis, si tamen conveniatur ratione rei sitæ extra locum exemptum, potest coram judice rei sitæ conveniri.*
2. *Cap.* volentes 1. de privileg. in 6. *in Concilio generali Lugdunensi fuit compilatum.*
3. *Exemptionis privilegia, quantumvis sint lata, non includunt exemptionem rei, contractus, vel delicti concernentia loca non exempta.*
4. *Exemptionis plena privilegium, quantumvis latum, non includit locum non exemptum.*
5. *Res ubi est, potest quis conveniri actione reali, non obstante quocunque privilegio generaliter concesso, quod non possit conveniri, nisi sub certo judice.*
6. *Contractus, rei, vel delicti ratione quis efficitur de jurisdictione Judicis illius loci, quantumvis contrahens sit exemptus, licet non dicatur, vel efficiatur subditus.*

7. In

7 *In exemptione quacunque habet locum* cap. 1. de privil. in 6. *& est intelligendum de privilegio plenæ exemptionis, quantumvis lato, & numero 12.*

8 *Actio realis principaliter respicit rem ipsam, & quodammodo ipsi rei videtur cohærere.*

9 *Reus actionem realem defendere tenetur in loco, in quo sita est.*

10 *Et habet hoc locum, etiamsi reus habeat privilegium, ne teneatur respondere, nisi coram certo Judice. & numero* 11. 12.

13 *Clausula derogatoria, intelligitur semper quatenus ea, quibus derogatur, contrarientur dispositis.*

14 *Clausula revocatoria alicujus legis, vel statuti eatenus legem vel statutum revocare videtur, quatenus cum ipsâ legè revocante repugnantiam continet, & non in plus.*

15 *Ordo Cistercienſis habuit privilegia plena exemptionis, & post conditum* cap. 1. de privileg. in 6. *impetrarunt ab Innocentio IV. ne d. cap. derogaret privilegiis ſua exemptionis.*

16 *Exemptio quantumvis plena, nunquam includit tres casus.*

17 *Concedi aliquod novum nunquam intelligitur, ſi concedatur illud idem, quod erat conceſſum de jure communi.*

19 *Caput* volentes, 1. de privilegiis in 6. *non intrat, quando exemptio est restricta ad certam ſpeciem jurisdictionis, vide num.* 20. & 21.

22 *Bonorum appellatione veniunt bona ubicunque existentia.*

23 *Cauſæ, & actiones ſuper rebus agitatæ dicuntur quodam modo inhærere ipſi rei.*

24 *Actio realis, & in rem ſcripta quoad forum æquiparantur.*

25 *Cap.* volentes. 1. de privileg. in 6. *non procedit, quando exemptus non fuit repertus in loco rei ſita, ita ut non poſſit ferri definitiva contra ipſum, quamvis fuerit citatus.*

26 *Procuratores perſonas Dominorum repræſentant.*

27 *Poſſeſſor convenirì poteſt actione reali.*

28 *Cives alicujus loci, ſuperiore non contradicente, poſſunt in eorum præjudicium prorogare jurisdictionem eorum, quibus circumſcripta exemptione erant ſubjecti.*

29 *Falſitatis omnem occaſionem poſſunt tollere adminicula.*

30 *Poſſidere, ſi quis aſſerat, non inde ſequitur perneceſſe perceptio fructuum, nec realis inſiſtentia.*

31 *Poſſeſſio inſtrumentalis non probat perceptionem fructuum.*

32 *Manutentio non tradit poſſeſſionem, ſed traditam, vel habitam declarat, ſeu confirmat abſque alia executione.*

33 *Fructus præſumuntur percepti à vero, & corporali poſſeſſore.*

34 *Fructus veniunt à die mota litis.*

35 *Manutentio competit ei, qui nunquam deſiit poſſidere.*

36 *Sententiam quando pars adverſa vult infirmare ex novitèr deductis, ita licet parti, quæ eam obtinuit, ex novitèr deductis eam defendere.*

37 *Aſſociatio, ut obſcuretur, non ſufficiunt*

ciunt leviores probationes.

38 Hæres tenetur servare factum defuncti.

39 Fructus dotis a marito exigi non possunt, si non sustineat onera matrimonii.

41 Receptio in solutum est vera solutio.

42 Solutionem in solutum mulier potest recipere absque solemnitatibus.

43 Confessio, si habeat relationem ad aliquod instrumentum, eo non exhibito, non creditur referenti in præjudicium tertii.

44 Confessio facta absente parte non obest.

45 Hypoteca limitata ad tempus solutionis non retrotrahitur ad tempus promissionis, sed incipit à die traditionis.

46 Possessio non extenditur propter creditum illiquidum.

48 Statutum exclusivum fœminarum non excludit eas, nisi ab hæreditate detantis.

49 Filius, vel filia, sive agendo, sive excipiendo tenetur probare additionem hæreditatis matris, quia in ea non datur fictas, sicut in patre.

50 Circa lucrum dotale attenditur statutum viri non autem uxoris, & numero 52.

51 Statutum Lauretanum non defert lucrum dotale, & num. 54.

53 Bononien. dotis 22. Maji 1619. coram Burratto, declaratur.

55 Statutum Montis Filatrani defert lucrum dotale Marito, cum qualitate restitutionis dotis infra annum absque litigio.

56 Constitutio March. de minoribus annullat ipso jure contractus minorum celebratos sine solemnitatibus requisitis à dicta constitutione.

57 Contractus celebratus cum minore sine solemnitatibus non tenet ipso jure tenente, sed secus è contra.

58 Solemnitates in contractibus minorum sunt inventæ ad eorum utilitatem.

INhærendo decisioni in hac causâ factæ coram me. 10. Martii præteriti, censuerunt DD. sustineri resolutionem ad favorem D. Camilli Rinuccini pro illius manutentione in possessione bonorum, de quibus agitur, quam vigore sententiæ immissionis in Salviano obtinuit à locumtenente Gubernatoris Marchiæ, quia dictæ sententiæ validitas, & justitia subsistit ex deductis in eâdem decisione, & quæ hodie replicantur pro Ricardis, non tollunt fundamenta decisionis.

Siquidem primum motivum ratione jurisdictionis, ex quo fel. record. Paulus Quintus non solum Cives Lauretanos eximit à jurisdictione cujuscunque alterius, sed etiam illorum bona, ut in motu proprio sub datum Tusculi Quarto idus Septembris anno 1620. nihil facit, quò minus ex natura actionis Riccardi quantumvis Cives Lauretani non possent conveniri coram Judice, in cujus jurisdictione erant bona, quia ponderatis verbis exemptionis, de quâ in motu proprio, ibi, *eandemque Civitatem Lauretanam, ejusque districtum, Comitatum, & Territorium, ejusque homines, res, & bona, jura, causas, & actiones quascunque à prædicta legatione, seu gubernio provin-*

provincia Marchiæ fuisse, & esse penitus, & omninò separatas, & separata &c. patet de-
signatam esse exemptionem Civitatis, Districtu, & Territorii, ejusque hominum, re-
tum, & bonorum: ideoque non comprehendere personas, res & bona extra Civita-
tem Territorium & districtum Lauretanum existentia, ita quod intret dispositio
Texus *in cap. 1. de privil. in 6.* ubi ne exempti, limites libertatis excedant, declaratur, 1
quod, quantumcunque sint exempti, si tamen conveniantur ratione rei sitæ extra lo-
cum exemptum, possint coram Ordinario ratione rei sitæ conveniri, ponderando
præcipuè illud verbum *quantumcunque sint exempti*, quod denotat exemptionem
quantumvis amplam recipere prædictam interpretationem datam ab Innocentio
Quarto in Concilio generali Lugdunensi, ubi compilatum fuit dictum *Capitulum* 2
primum de privil. in 6. & Gemin. ibid. num. 3. inquit, nota quod privilegia exemptio-
nis quantumcunque sint lata, non includunt exemptionem ratione rei, contractus, 3
vel delicti concernentia loca non exempta, *& Franc. num. 2.* ait: secundò, tenemen-
ti, quod privilegium plenæ exemptionis, quantumcunque latum non includit ex- 4
emptionem, ratione delicti, contractus, vel rei, de quâ agitur, dummodo locum non
exemptum concernat, *& Paul. de Cast. in l. fin. in prin. vers. item ratione possessionis C.
ubi in rem. actio exerceri debeat*, dicit, in loco, ubi est res, potest quis conveniri actione 5
reali, non obstante quocunque privilegio generaliter concesso, quod non possit
conveniri, nisi sub certo Judice. Patet ergò, quod ratione delicti, contractus, vel
rei efficitur quis de jurisdictione Judicis illius loci, quantumcunque contrahens, vel 6
delinquens sit exemptus, licet non dicatur, nec efficiatur subditus, secundum *Gloss.
singularem, in verb. subditos, in Clement. 1. de for. compet. & dict. Text. in d. cap. 1. de pri-
vil. in 6.* habere locum in quacunque exemptione, & esse intelligendam de privile- 7
gio plenæ exemptionis, quantumcunque lato, pluries firmavit sacra Congregatio
Concilii, & tenuit *Rota in Baren. jurisdictionis. 20. Maji 1603. coram Eminentiss. Card.
Verospio*, eâ ratione, quia actio, quâ agitur ad rem principaliter, respicit rem ipsam, & 8
quo dammodo ipsi rei videtur cohærere, *§. omnium instit. de action. l. fin. Co. de præ-
script. long. temp. l. non alias, § fin ff. de judic.* & ideò reus eâ defendere tenetur in loco, 9
in quo sita est, ex quâ ratione infert *Barbos. in l. hæres absens, § proinde, in art. de foro
ratione rei sitæ. ff. de judic. num. 3.* hanc conclusionem procedere, etiamsi reus habeat 10
privilegium, ne teneatur respondere, nisi coram certo judice: Nam non obstante 11
privilegio tenetur rem defendere, ubi sita est propter rationem, de qua suprà.

Non obstat amplitudo verborum privilegii deducta ex illis dictionibus, *penitus
& omnino, &c.* & infrà, *perpetuo separamus, & plenissimè eximimus, &c.* quia ex su-
prà allegatis probatum fuit *text. in d. cap. 1.* procedere in privilegio plenæ exemptio- 12
nis, quantumcunque lato, nec decisio *Rot. in Cæsaraugustana Camerariæ 26. Novem-
bris 1632. coram R. P. D. meo Pirovano*, applicatur huic casui, ex quo procedit in di-
versis terminis, ut ex lectura patet.

Patiter nihil facit derogatio Conciliis universalibus, de quâ in motu proprio cum clausulâ, quorum tenores, quia privilegium integrum plura alia continet, quibus applicari potest dicta derogatio, non autem solam jurisdictionem, & clausula derogatoria intelligitur semper, quatenus ea, quibus derogatur contrarientur dispositis, *Alex. cons. 7. num. 17. lib. 7.* Ad quod facit Theorica, *Bart. in extravag. ad reprimendam in verb. non obstantib. num. 12.* ubi quod clausula revocatoria alicujus legis vel statuti, eatenus legem, vel constitutionem revocare videtur, quatenus cum ipsâ lege revocante repugnantiam continet, & non in plus. Hoc dictum refert *Alex. cons. 22. num. 2. lib. 1. Ludov. Gomez. in cap. 1. num. 135. de constit. lib. 6. Rom. cons. 57. num. 1. & 2. Rota coram Manr. decis. 104. num. 5.* & in terminis etiam fortiotibus specialis derogationis extat doctrina *Gemin. in d. c. 1. §. in eos autem de privileg. in 6. ubi num. 9.* dicit Ordinem Cistercienſem habuisse privilegia plenæ exemptionis, & post illud Capitulum, impetrasse ab Innocentio IV. auctore istius, ut fuit dictum supra, ac istud Capitulum derogaret privilegiis suæ exemptionis, sed cum dubitaretur, numquid coram ordinario possent conveniri super decimis provenientibus ex fundis positis in loco non exempto, quia Papa concesserat eis, quod istud Capitulum eisdem præjudicaret, & refert, se affirmativè consuluisse, & suo consilio subscripsisse, quasi omnes Doctores Bononienses, quia inquit de jure communi ante prædictum Capitulum casus prædictos non fuisse comprehensos in privilegiis, licet igitur Papa concesserit gratiam Cistercienſibus, ne per prædictum textum præjudicaretur, suis privilegiis; attamen non per hoc sequebatur, ut virtus comprehensiva privilegiorum extenderetur ad casus de quibus dicto Textu, *& Franc. in dicto text.* sequuntur hanc opinionem eâ ratione, quia quantumcunque sit plena exemptio, nunquam includit dictos tres casus, *& num. 1. vers. esset tamen ex hoc*, infert: esse necessarium, quod in privilegio declaretur quod in his tribus casibus, coram ordinariis conveniri non possint, aliàs per simplicem derogationem prædicti Capituli non censetur concessa jurisdictio in dictis casibus, & propterea in dicto casu Cistercienſium, Papa concedendo, quod ista decretalis in nullo deroget illorum privilegiis, bene dixit, quia illa privilegia, non includebant istos tres casus, ergo eis nun derogavit, nec potest fieri vis in illo verbo: *Concedimus*, per quod videtur aliquod de novo concessum, quia quoties conceditur illud idem, quod erat concessum de jure communi, nunquam intelligitur aliquod novum concedi ut patet *in c. & si Christus in fin. de jurejur. Gloss. in c. 1. de rescript.* quæ doctrinæ facilius procedunt isto casu, in quo, neque in dispositivis, neque in exequutivis adest specialis derogatio dicti Capitul primi.

Nec relevat, quod cum exemptio, de quâ agitur, non sit generalis, sed restricta ad certam speciem jurisdictionis, nempè legationis, seu gubernii provinciæ Marchiæ inferatur non intrare dispositionem dicti Capituli ex traditis per *Covar. pract. quæstio. Capit. 11. num. 5.* quia distinctio data à Covar. reprobatur in terminis à *Rota in*

d. Baren.

d.Baren. iurisdictionis coram Eminentiss. D.Card.Verospio, ubi supra num.4. & idem Cavar.d.num.5.in vers.igitur in summa, &c. explicat, ut non procedat dictus Tex- 20
tus, quando conceditur certa species jurisdictionis, vel eximuntur personæ absque
circumscriptione loci; secus autem, quando privilegium est certo loco circum- 21
scriptum, quia eo casu delinquens, aut contrahens, extra illum locum, etiamsi jure
communi fuerit exemptus, ac juris communis privilegio munitus, poterit puniri
per Judicem illius loci, ubi deliquerit, & apud eum Judicem tenebitur ex contractu
respondere, qui Judex est illius loci, ubi contraxit. Nos autem versamur in hoc se-
cundo casu, ut patet ex verbis.

Quod motus proprius fel. record. Pauli V. expresse separet bona, & causas
quascunque; & appellatione bonorum veniant ubicunque existentia, tollitur ex le- 22
ctura ejusdem privilegii, in quo non exprimuntur bona Lauretanorum, sed bona
Civitatis, Districtus, & Territorii ibi, *eandemque Civitatem Lauretanam, ejusque*
districtum, Comitatum, & Territorium, ejusque homines, res, & bona jura, causas, &
actiones quascunque &c. unde non veniunt bona, quæ sunt extra civitatem, distri-
ctum & Territorium, ut fuit dictum supra; quod autem causæ & actiones super 23
rebus agitatæ dicantur quodammodo inhærere ipsi rei probatur *ex l.fin.de Judic. &*
bene per Barbos.ubi supra: idemque procedit in actione in rem scripta, quia quoad fo- 24
rum æquiparatur actio realis, & in rem scripta, ut dicit *Innoc.in Ca.dilectus.ii.secundo*
de rescript.cap.ex parte de for.compet. Tiraquel.in tract.lignag.§.8. Gloss.5.in princ.usque
ad num.15. Altera difficultas, quod dispositio dicti Textus non procedat, quando 25
exemptus non fuit reperrus in loco rei sitæ, ita ut non possit ferri definitiva contra
ipsum, quantumvis fuerit citatus, cessat ex eo, quod sufficit Judicium fuisse agitatum 26
cum ejus procuratore; quia perinde est, ac si Lauretanus ipse fuisset citatus, cum Pro-
curatores personas Dominorum repræsentent, uti ex allegatis *per Vinc.de Franch.dec.*
177.num.5.& seqq. & allegata in contrarium procedunt, quando ageretur actione
personali ex promissione facta ubique solvendi, sed quando actione reali secus, quia
hoc casu de juris dispositione, possessor convenire poterit actione reali, & maximè 27
quando Procurator est in specie constitutus pro defensione rei, ut in isto casu.

Subsistit etiam aliud fundamentum decisionis, quod Lauretani superiore &
protectore non contradicente, qui potest causam avocare, & realiter mere, si velit, non
obstante prorogatione, possunt in proprium præjudicium prorogare jurisdictionem 28
eorum, quibus circumscriptâ exemptione erant subjecti, ut declarant *Natt. Surd. &*
alii allegati in decisione, & ita tenuit Rota in Casalen. de Carettis 2. Maji 1582, co-
ram Comitulo; & sic multò minus possunt post sententiam dare de defectu juris-
dictionis.

Non obstat secundum motivum contra decisionem deductum ratione ex-
cessus, ex eo, quod ante dictam sententiam D.Rinuccinus fuit associatus, unde præ-
sumitur

sumitur percepisse fructus, & sic summam scutorum 326. pro quibus tunc agit, de quæ postea fuerunt comprehensa in dicta sententia immissionis, de cujus validitate agitur, quia subsistit responsio decisionis, quod non constat de effectuatione dicti mandati de associando, quia non fuerunt ejecti Franciscæ, & Rascantes, ut ex confessione Franciscæ, quæ fuit uxor Simonis Gentiloni debitoris census quoad unam medietatem tenutæ, de quâ confessione in instrumentis de anno 1628. & de anno 1629. & in litteris datis in summatio, & ponderatis in alia decisione, quæ licet sint scripta i
tertio, attamen cum obierit de An. 1628. & esset affinis & agens Franciscæ, cessit beneficio, & deserviunt pro adminiculo. Et ex detentione Aurelii Rascantis, quoad alteram medietatem; dicta autem confessio est attendenda, tanquam adminiculata, nempe
29 possessione Franciscæ captâ, continuatâ, & renovatâ, ac inhibitione alteri parti præsentata, quæ adminicula tollunt omnem occasionem falsitatis, *l. instrumenta Cod. probat. Rota in Ferrarien. pecuniaria 24. Jan. 1629. coram R.P.D. meo Motmanno.* Quibus stantibus parum refert, quod D. Rinuccinus in monitorio, super manutentione
30 in possessione exequuto contra eandem Franciscam, asseruerit se possidere, quia inde non sequitur per necessè perceptio fructuum, neque realis insistentia, *Rota decis. 518. num. 2. par. 3 recent.* & in fortioribus terminis de possessione instrumentali, quod
31 non probet perceptionem *bon. mem. Card. Cavaler. decis. 138. per tot.* præsertim in cursu aliorum contradicentium & possidentium.

Non obstat, quod saltem præsumatur percepisse fructus ex illa medietate in qua Rascantes obtinuerat mandatum de manutenendo de Anno 1627. & sic post annum à die mandati de associando, quia objectum præcederet si Rascantes acquievisset executioni per annum, sed constat, ipsum cœpisse agere ad manutentionem de eod. Anno 1626. quo D. Rinuccinus obtinuerat mandatum de associando, quod sufficit, & si non doceatur de executione mandati de manutenendo, quia id probat,
32 eum continuasse in anteriori possessione, eò quod manutentio non tradit possessionem, sed traditam, vel habitam declarat, seu confirmat absque alia executione, ut benè animadvertit *Menoch. de retin. remed. ult. nu. 57. Rot. coram Seraph. decis. 1295. nu. 4.* Ideò fructus Anno 1626. præsumuntur ab ipso percepti, cum esset verus, & corpo-
33 ralis possessor, qui cum non fuisset citatus in associatione concessa D. Rinuccino, probata illius possessione obtinuit manutentionem, per quam fuit saltem resoluta
34 associatio D. Rinuccini, & omnia redierunt ad primum principium, ex quo fructus veniunt à die motæ litis. Unde excluditur præsumptio perceptionis fructuum, & probatur respectu medietatis tenutæ, quæ possidebantur à Francisca, eam impedivisse exequutionem mandati vigore inhibitionis ratione suæ dotis. Respectu verò medietatis, quæ de tempore associationis possidebatur per Rascantem, justificatur etiam paulò post associationem obtinuisse mandatum, & sic indubitatum est, intrare
35 supra deducta, cum nunquam desierit possidere, aliàs illi non competisset manutentio, sed reintegratio.

Non

Non obstat quod jura probantia dictam associationem non habuisset effectum, non fuerint producta per D. Rinuccinum coram Judice de partibus: quia non fuit opus, ex quo tunc non fuit oppositum de prætenso excessu, & dum hodie pars vult infirmare sententiam, ex noviter deductis, ita licet etiam ex noviter deductis illam defendere, *Rota decis.* 68. *nu.* 10. *&* 11. *post Pacif. de salu. cum aliis per adden. ad decis. Greg.* 274. *sub num.* 9. quare enim prætensa perceptio fructuum non probetur, nisi præsumptivè, & concurrant tot conjecturæ in contrarium, talis præsumptio non habet locum, maximè quia ad effectum obscurandi dictam associationem, sufficiunt leviores probationes; & quod non sufficiat ad istum effectum possessio instrumentalis, dixit *Rota coram bon, mem. Cavaler. d. decis.* 138. nec est adhibenda fides testibus ad perpetuam rei memoriam examinatis ex deductis in aliâ decisione *in* §. *Nec facit.* 36 37

Minùs subsistit objectum anterioritatis dotis Franciscæ, & Septimiæ, quia cum non probetur solutio dotis Franciscæ, ut latè fuit deductum in alia decisione. Nam loca Montium fuerunt alienata à Luca Feo dotis promissore, cujus fuit hæres Franciscа, quæ propterea tenetur servare factum defuncti, *l. cum à Matre C. de rei vend.* imò utj talis tenebatur solvere fructus dictorum locorum Montium, quæ à viro ex gi non potuerunt, cum onera matrimonii sustinuerit, *Gloss. in l. de evictione ubi Bart. & Alex. num.* 12. *& Soccin. num.* 9. *ff. solut. matrim. Jas. in l. si donatarius* §. 1. *num.* 16 *ff. de condit. ob caus. Castr. cons.* 11. *num.* 4. *vers. quatenus autem lib.* 1. *Surd. cons.* 290. *num.* 31. *vol.* 2. creditum verò Cataneorum minus fuit à Simone exactum, sed tempore illius obitus extabat, & à Francisca fuit cessum Riccardis, per quam cessionem dicitur recepisse idem in solutum, *Aym. cons.* 200. *num.* 2. *Ruin. cons.* 107. *num.* 2. *vol.* 1. & consequenter intrat satisfactio, cum receptio sit vera solutio, *Dec. cons.* 99. *num.* 4. *Surd. cons.* 145. *num.* 29. quam solutionem potuit mulier recipere sine solemnitatibus, *Mantic. decis.* 344. *num.* 7. *& fuit dictum in Romana Salviani.* 9. *Decembris* 1633. *coram Reverendiss. D. meo Decano.* quo verò ad prætensam solutionem alterius creditj scutorum 900. in alia decisione fuit dictum, illam non probari, nisi per confessionem habentem relationem ad aliud instrumentum, quo non exhibito, non creditur referenti in præjudicium tertij, licet quantitas sit expressa, ut distinguit *Gratian. decis. Marchiæ* 103. *num.* 16. *&* 17. & eò magis, quò dicta confessio emanavit Cataneis absentibus, & tempore, quo census venditus erat D. Rinuccino, cui propterea non obest, ut de communi. *Negusan. de pignor. in* 5. *Memb.* 2. *part. sub num.* 76. *Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 20. *n.* 25. sed quatenus revera Simon recepisset dicta scuta 900. nihilominus Francisca transeundo ad secundas nuptias secum asportavit vestes, & alia ornamenta pretiosa habita à primo viro, nec non suppellectilia, & tradit Riccardis creditum Accorrectorum debitorum Simonis, nonnulla animalia, & præter bona in dotem data, quæ erant Simonis, alia pro se retinuit, ut in Capitulis matrimonialibus, ac per plures annos percepit fructus omnium bonorum, quo fit, ut nisi sit inducta solu- 38 38 40 41 42 43 44

tio

tio, saltem creditum sit adeò illiquidum, ut non potuerit impedire immissionem
D. Rinuccini, ut firmatum fuit in alia decisione, unde si Franciſca non habebat jus
contra bona Simonis primi Mariti, non poterat illud cedere, nec aliter transferre in
Septimiam filiam, neque in Philippum ſecundum virum. Sed dato etiam quod Fran-
ciſca habuiſſet jus, & actionem in bonis Simonis primi viri, adhuc tamen non vide-
varet, cum Procurator dicti Simonis, qui contraxit ſponſalia, non haberet manda-
tum, niſi ad obligandum bona illius, poſtquam dos ſoluta fuiſſet, ideoque licet pro-
baretur ſolutio, non ſuffragaretur, niſi etiam facta eſſet ante inſtrumentum cenſus
45 D. Rinuccini, quia tunc Hypoteca limitata ad tempus ſolutionis non retraheretur ad
tempus promiſſionis, ſed incipit à die traditionis, ut in terminis tenuerunt *Theſaur.*
q.16.num.8.lib.4. Grivell.deciſ.133.num.26. imò quatenus fuiſſet etiam Creditrix in-
terior, attamen non competiſſet ei retentio, quàm potuerit aliis communicare, non
reſpectu bonorum, de quibus agitur, in actis non conſtat Franciſcam illa poſſeſſe
ſimul cum Simone viro jure familiaritatis, ita quod non competebat in eis retentio,
quæ tamen competiit in domo, vel mobilibus vel in aliis jure familiaritatis, ab uxo-
poſſeſſis, non autem prædiis ruſticis, & aliis, quæ non probantur ab ipsâ poſſeſſi-
46 vente viro, cum talis poſſeſſio non extendatur de re ad rem, ut in ſpecie tenuerunt
Aretin.conſ.77.num.25.& Gabr.conſ.34.lib.1. ubi concludit Vincentiam, quæ cum
viro Cajetæ vixit, poſſeſſionem domus poſitæ in Urbe, quàm vivo viro jure fami-
liaritatis non detinuit, occupare non potuiſſe, nec detinere poſſe: ſed ſemper firmum
remanet motivum deciſionis, quod cum conſtet, Franciſcam ex pluribus corpori-
bus bonorum, q. Simonis primi viri percepiſſe fructus, prætenſum creditum effectum
fuit illiquidum, & niſi iterum liquidetur, non poteſt dici conſtare de credito liquido
47 ad effectum impediendi manutentionem D. Rinuccini, ut præter deciſiones in alis
allegatas, firmavit *Rota in recent.deciſ.609.num.4.par.4.& deciſ.411.num.24.& 26.*
par.5.ultimo loco impreſſ. Si igitur Franciſcæ non competebat retentio in iſtis bonis,
multò minus competere poteſt Septimiæ, quatenus etiam ſubſiſterent tituli ab ea
prætenſi, cum non poſſit majora jura habere, quàm haberet ejus Mater; ſed neque
dicti tituli ſubſiſtunt.

Nam reſpectu tituli dotalis bona, de quibus agitur, data fuerunt pro medietate
dotis Septimiæ, & in hac ipſa eſt Creditrix poſterior ipſi D. Rinuccino, quia cenſus
fuit impoſitus à Simone anno 1614. & Septimia nupſit Hieronymo de anno 1629.
Quo verò ad aliam medietatem pro dote Franciſcæ, illi ſucceſſerunt filii primi ma-
trimonii, qui fuerant hæredes Simonis debitoris ſine beneficio legis, & inventarii, ut
fuit conſideratum *in deciſione in §. tertium objectum.*

Nec ſubſiſtit, quod per mortem Franciſcæ Septimia ejus filia nupta Hierony-
mo ſucceſſerit in tertia parte, cujus ratione informantes pro Riccardis prætendunt
ſuſtineri anterioritatem, quia omiſſo, quod Franciſca reliquit quinque filios, & ſic

pars

pars Septimiæ non fuisset tertia, sed quinta, DD. censuerunt obstare statutum Montis Filatrani excludinum fœminarum inter hæredes Franciscæ filios primi mattimonii, cum filii & parentes sint de dicto loco M. Filatrani.

Nec facit quod statutum non excludat fœminas, nisi ab hæreditate dotantis, 48
quia dum Septimia dotata fuit etiam in bonis Maternis, & signanter in parte hæreditatis Lucæ Fei Franciscæ obventa, quam Romæ possidebat, Septimia pro cui dubio remanet exclusa ab hæreditate Matris, & sic cessat titulus hæreditatis, ultra quod in actis Septimiam non constat adivisse hæreditatem Maternam, prout de jure requiritur, quoniam filius, vel filia, sive agendo, sive excipiendo tenetur probare adi- 49
tionem hæreditatis matris, eo quia in ea non datur suitas ut in patre. *Alexan. cons.* 132. *num.* 2. *lib.* 6. *Magon. decis. Lucen.* 62. *num.* 14 *Rota coram Mantic. decis.* 198. *num.* 7. & *in Romana domus* 27. *Novembris* 1619. *coram bon. mem. Card. Sacrato.*

Minus subsistit, quod Philippus secundus Maritus Franciscæ lucratus fuerit 50
tertiam partem dotis ejusdem Franciscæ prædefunctæ secundum supradictum statutum M. Filatrani. quia fuit dictum, standum esse statuto domicilii viri, non autem uxoris, & sic attendendum esse statutum Laureranum, quod non defert lucrum dotale, ut tenuit *Rota in Perusina lucri dotis.* 9. *Novembris* 1599. *coram Justo inter impress par.* 4. *diversi. decis.* 741. *sub num.* 2. & *in Bononien. dotis* 7. *Februarii* 1620. *confirmata.* 14. *Junii ejusdem anni coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*, & in puncto, 52
quod statutum originis uxoris non sit attendendum ad istum effectum lucri dotalis, sed statutum domicilii viri, vel dispositio juris communis decidit *Alex. cons.* 100. *num.* 12. *vol.* 3. *quem refert, & sequitur Surd. consil.* 549 *fere per tot, & præsertim num.* 5. & 6. prout non applicatur *decis. Bononien. dotis de Carandinis* 22. *Maji* 1619. *coram bon. mem.* 53
Buratto, quia in illo casu maritus & uxor erant ambo de terra Centi, in qua erat statutum de lucro dotis, & sic bene firmavit Rota deberi lucrum; in isto autem casu, 54
in civitate Laureti non adest tale statutum.

Sed nec etiam pars adversa potest juvari statuto M. Filatrani, quia non proba- 55
vit qualitatem restitutionis dotis infra annum absque litigio, prout requirit dictum statutum.

Illa verò quæ ultimo loco opponebatur contra decisionem sub prætextu, quod sententia ad favorem D. Rinuccini lata, sit injusta, ex quo fuit fundata in instrumento census facti per Simonem Minorem 25. annis sine solemnitatibus requisitis à 56
constitutione Marchiæ, quæ ipso jure annullat contractus sine dictis solemnitatibus factos, DD. visa fuerunt sufficienter sublata ex deductis in decisione, & illa potius adduci ad impediendam resolutionem, & involvendum factum, quàm ad alium finem; quia certum est, quod de hac nullitate non potest opponi per Riccardos, qui 57
non sunt hæredes Simonis impositoris; unde intrat conclusio, quod contractus celebratus cum minore absque solemnitatibus statuariis est nullus minore volente, at

ipso nolente est validus, & tenet, cum solemnitates sint inductæ ad favorem ti-
58 norum ex allegatis in fine decisionis, quæ revidetur, & ratificatio ejusdem Simonis inducta ex lapsu quinquenii post majorem ætatem una cum solutione fructuum cessus excludit ea omnia, quæ possent opponi ad destruendum contractum.

Ex quibus cum validitas, & justitia immissionis concessæ D. Rinuccino remaneat abunde justificata, meritò fuit illi concessa manutentio, prout in alia decisione, quæ utraque parte informante fuit confirmata.

DECISIO XLVII.

Matrimonium contractum coram Episcopo & testibus de jure sustinetur, quamvis in dispensatione Apostolica demandatum esset, ut contraheretur coram Parocho & testibus, & quid si matrimonium fuisset celebratum in loco exempto à jurisdictione ipsius Episcopi, an requiratur licentia Parochi?

R.P.D. GHISLERIO.

Decis. 233. par. 10. recent.

Tullen. Matrimonii.

Veneris 26. Junii 1648.

SUMMARIUM.

1 *Remissoria ut concedatur an sit necessarius fumus probationis.*

2 *Æqualitas in judiciis servanda est, & si unus fuit admissus ad probandum, alter quoque admitti debet.*

3 *Actor & Reus ad imparia non debent judicari.*

4 *Remissoriam quando Rota nunquam soleat denegare, & num. seq.*

7 *Probationes de stylo Rotæ congustaria non debent.*

8 *Matrimonium contractum ante dispensationem ob impedimentum consanguinitatis est nullum, & an, & quo-*

quomodo convalidari possit.

9 Consanguinitatis impedimentum dirimens matrimonium remanet sublatum ex dispensatione obtenta.

10 Parochus est obligatus sub pœnâ peccati mortalis retinere librum, in quo describat matrimonia.

11 Remissoria non potest concedi ad probandum matrimonium, saltem donec probetur deperditio libri Parochi ad hunc effectum retenti.

12 Matrimonium licet probari debeat per librum Parochi ad hunc effectum retenti, bene tamen probari potest etiam per testes.

13 Probatio quæ etiam de facili haberi potest per testes, quando non sit coangustanda ad scripturas.

14 Remissoria ad hoc, ut concedatur super eo, quod de facili per scripturam probari potest, quid sufficiat.

15 Probationes per testes admittuntur super eo, quod in scripturis continetur.

16 Matrimonii præsumptio coadjuvatur ex longæva cohabitatione conjugum.

17 Matrimonium etiam probatur solummodo per depositiones testium.

18 Decisio individualis excludit omnem disputationem super regulis universalibus.

19 Leges & authoritates in specie dum adsunt, absurdum est ab eis discedere propter regulas generales.

20 Episcopus non arctatur à Sacro Concilio tenere librum in quo describat matrimonia coram ipso contracta.

21 Matrimonium probari debet per exhibitionem libri Parochialis, & si in eo non fuerit adnotatum, probari potest per testes.

22 Parochi incuria non debet præjudicare conjugibus.

23 Matrimenium non adnotatum in libro Parochi, potest probari per testes.

24 Matrimonium contractum coram Episcopo & testibus de jure sustinetur, licet in dispensatione Apostolica demandatum esset ut contraheretur coram Parocho & testibus.

25 Episcopus in sua diœcesi est Ordinarius & intervenire potest matrimonio ut Parochus.

26 Episcopus in sua diœcesi dicitur Parochus.

27 Episcopus in celebratione matrimonii habetur loco Parochi.

28 Matrimonium contractum coram Episcopo, etsi non sit adnotatum à Parocho, sustinetur, & probari potest per testes.

29 Matrimonium celebratum coram Episcopo in loco exempto, an pro illius validitate requiratur licentia Parochi.

30 Exemptio à jurisdictione ordinari non comprehendit curam animarum.

31 Metus reverentialis in materia matrimonii excluditur ex longa cohabitatione conjugum.

PLacuit Dominis attentâ relevantiâ articulorum concedere remissoriam Serenissimi D. Nicoleæ Ducissæ Lotharingiæ ad probandam validitatem matrimonii contracti cum Serenissimo D. Carolo Duce Lotharingiæ, & ad reddendum nullum

lum ſucceſſivum matrimonium ejuſdem Sereniſſimi Ducis, cum Excellentiſſ. D. Beatrice de Cantacroa admiſsâ ad cauſam vertentem inter ſupradictos Sereniſſ. Duces, pro ſuo intereſſe in ſtatu & terminis; quia verſamur in profanis, & cauſa matrimonii etiamſi ſit ſpiritualis & fori eccleſiaſtici, ad effectum Remiſſoriæ reputatur profana, juxta opinionem quam Rota ſervat, & concurrit fumus probationis ex teſtationibus ſuper matrimonio noviter contracto poſt diſpenſationem, ac ex ipſe
1 & attestatione Vicarii generalis Epiſcopatus Tullen. ſuper dicto matrimonio; licet
2 fumus non ſit neceſſarius ex allegatis in deciſione in hac eadem cauſa pro Sereniſſimo Duce ſub die 18. Martii ſuperioris anni, & quemadmodum Sereniſſimo Duci fuit conceſſa Remiſſoria, ut ſervetur æqualitas in judiciis, venit pariter concedenda Sereniſſimæ Ducisſæ ex titulo, quod quiſque juris &c. *Rot. deciſ. 529. numero*
3 *par. 2. recent. & coram Sanc. mem. Gregorio XV. deciſ. 581. num. 1. & ſeqq.* ubi terminis, quod ſi unus fuit admiſſus ad probandum, non poteſt idem alteri denegari: ibique *Adden. num. 7.* nam Actor & Reus non debent ad imparia judicari
4 *cap. in judiciis de reg. jur. in 6. Rota d. deciſ. 581. numer. 2. & 3. Gonzal. ad regul. 8. Glo. 6. numer. 166.* quibus ſtantibus Rota nunquam ſolet denegare remiſſorias, *ut in deciſ. 163. num. 1. & ibi Adden. num. 10. coram San. mem. Gregorio XV. deciſ. 581. num. 4. ibique addent. num. 6. coram eod. & in Ferrarien. penſionis 4. Julii 1646. Romana Secret. de Rotignis 15. Novemb. ejuſdem anni. & Capritana decimarum 26. Junii*
5 *1647. coram me.* ad quod faciunt in ſimili allegata in eadem cauſa *Tullen. matrimonii die 18. Martii 1647.* & alibi paſſim. Rurſus ea venit concedenda; quia
6 Sanctiſſ. D.N. cauſam commiſit appellatione remota, ne aliàs ſequatur damnum irreparabile ex defectu probationum, quæ juxta ſtylum coangustari non debent ex
7 iiſdem rationibus adductis *in d. deciſ. 18. Martii 1647. §. conſtito.*

Relevantia articulorum reſultat ex eo, quia Sereniſſima Ducisſa intendit probare, quod poſt obtentam, & hilari animo à conjugibus receptam diſpenſationem Apoſtolicam propter impedimentum conſanguinitatis impedientis matrimonii, fuit celebratum ſolemne matrimonium in facie Eccleſiæ in Palatio Ducali per manus D. Epiſcopi Tullen. in præſentia multorum Procerum & aliorum, non
8 reclamante Rectore Eccleſiæ S. Georgii proprio Parocho Palatii Ducalis, quo probato, etſi matrimonium ante diſpenſationem contractum, ob impedimentum conſanguinitatis eſſet nullum, validum fuit ut ex nunc ex novo conſenſu poſt diſpenſationem in facie Eccleſiæ præſtito, & excluſa remanet nullitas dicti matrimonii per Sereniſſ. Ducem prætenſa, cum remaneat ſublatum impedimentum conſanguinitatis dirimens matrimonium ex diſpenſatione obtenta, ut not. DD. *in cap. ſuper eo de cond. appoſ. ubi Abb. num. 8. Guttier. Canon. quæſt. lib. 1. cap. 22. num. 17. & ſeqq. Rota coram Mantica deciſ. 201. num. 4. & coram Buratto deciſ. 203. num. 7. cum aliis adductis a Hiſpalen. Sponſalium 6. Martii 1637. coram bon. mem. Coccino & 11. Februarii 1639. coram Eminentiſſ. Panzirolo.*

Non

Non obstat, quod cum matrimonium in vim dispensationis Apostolicæ con- 10
tractum possit probari per scripturas, quoniam ex dispositione S. Concilii Triden-
tini *cap. 1. sess. 24. de reformat.* Parochus obligatur retinere librum, in quo describat
matrimonium, & quidem sub pœnâ peccati mortalis *Barbosa super eod. caput. 1. num.*
163. non potest concedi remissoria, saltem donec probetur verisimilis ejusdem libri 11
deperditio juxta *decis. Putei 356. num. 4. lib. 2. in correct. & decis. Rot. in Barchinonen.*
Parochialis seu Vicariæ 13. Junii 1644. coram R. P. D. meo Corrado §. præterea & §. vel
si vera. Quia licet Parochus sub pœnâ peccati mortalis teneatur retinere librum & 12
in eo annotare matrimonia. *Sanchez. de matrim. lib. 3. disput. 15. num. 22.* non inde ta-
men sequitur matrimonium probari non posse per testes, prout de jure probari po-
test, *cap. super eo il. 2. ubi Dd. de testib. Caputaquen. decis. 205. par. 2. Seraphin. decis. 1099.*
num. 2. & cessante calumniâ in materiâ præsertim tam gravi & præjudiciali juxta *de-* 13
cisionem in Turritanâ bonorum coram Francisco Ubaldo de qua per Addent. ad san. mem.
Gregor. XV. decis. 253. num. 3. & in Leodien. Castrorum 17. Maji 1630. coram bon. mem.
Mortmanno. justificatio, quæ etiam per testes haberi potest, non est coangustanda 14
ad scripturas, & ad hoc ut Remissoria concedatur etiam super eo quod de facili per
scripturam probari potest, sufficit, quod aliqui ex articulis datis non nisi per testes
probari possint. *Rota in Leodien. Abbatissatus 4. Julii 1642. coram me.* neque est no- 15
vum, quod admittantur probationes per testes super eo, quod in scripturis contine-
tur, *ut in d. Leodien. Abbatissatus coram me. Rot. apud Cas. de Grassis decis. 1. in fine de*
dilation. & decis. 196. num. 5. & 6. par. 6. recent.

Cessat autem omnis suspicio calumniæ cum ex supra deductis detur maximus 16
fumus materiæ articulatæ, junctâ longæva cohabitatione ubique notoriâ conju-
gum, quæ multum coadjuvant præsumptionem matrimonii in vim dispensationis
contracti. *Cas. de Graff. decis. 1. num. 4. qui fil. sint legit. Rota decis. 71. num. 5. & seq. par.*
1. recent. sed quod tollit omnem difficultatem, *Rot. in alia Tullen. matrimonii 14. No-* 17
vemb. 1575. coram sel. record. Clemente VIII. decis. 26. par. 1. divers. in puncto matri- 18
monii admisit solummodo probationem per depositiones testium, quæ decisio cum
sit individualis, quia agebatur de matrimonio contracto in alia Tullen. excludit om-
nem disputationem super regulis generalibus juxta dictum *Rotæ in decis. 543. num. 1.*
in fine par. 1. divers. quod cum habeamus leges & auctoritates in specie, est absurdum 19
ex regulis generalibus discedere.

Ultra quod sacrum Concilium Tridentinum loquitur de matrimoniis con- 20
tractis coram Parocho, hoc verò contractum fuit coram Episcopo, qui non arcta-
tur à Concilio tenere librum, & sicuti posset matrimonium probari per exhibitio- 21
nem libri Parochialis, si in eo adnotatum fuisset, ita esto quod non fuerit adnota-
tum, probari potest per testes, cum ii cuius Parochi non debeat præjudicium inferre 22
conjugibus, ut in præcisis terminis tradit *Gratian. discept. 653. num. 63. & seq.* nec fa-
crum

23 crum Concilium invalidat matrimonium, sed simpliciter disponit, quod Parochus habeat librum in quo describat matrimonia, prout contrahuntur, cum die, mense, anno, testibus & loco contractus, ideoque non est deneganda probatio per testes allegatis.

24 Minus facit quod in dispensatione Apostolicâ demandatum fuerit, quod matrimonium de novo contrahatur coram Parocho & testibus: quia illa verba, coram Parocho, non excludunt, quin ipsius loco celebrari potuerit matrimonium coram Episcopo, cum verba rescripti recipiant interpretationem à jure, & de jure sufficiat assistentia Episcopi. Nam Episcopus in suâ diœcesi est Ordinarius, & intervenire potuit matrimonio ut Parochus. *Spin. in spec. testam. Gloss. 15. num. 38. Cened. quæst. 30. num. 45. Sanch. ubi sup. lib. 3. disp. 28. per tot. quem sequitur Guttier. eod. tract cap. 66. per tot.*

25 & 26 & quilibet in diœcesi dicitur Parochianus Episcopi. *Sanchez. d. disput. 28. num. 1.* in quod cum dicta celebratio facta fuerit per D. Episcopum Tullen. qui uti Parochus habetur in hoc actu, & est Parocho superior, quia regit totam diœcesim, ut firmat

27 28 *Sanchez.* potest esse, quod matrimonium de quo agitur, descriptum non fuerit in libro, quem Parochus tenere debet, & nihilominus remaneat validum, possitque probari per testes.

Non obstat quod dispensatio Apostolica non probetur per testes, quia non articulatur qualitas & substantia dispensationis, quæ exhibita fuit in actis à Procuratore Serenissimi Ducis, sed articulatur usus & acceptatio dispensationis & matrimonium subsecutum & consummatum in vim illius, quod bene potest probari per testes ex supra deductis.

29 Nec facit, quod cum Ecclesia S. Georgii, Capella, & Parochia Palatii Ducalis esset exempta à jurisdictione dicti Episcopi Tullen. ad validitatem matrimonii esset necessaria vel licentia Parochi dicti Palatii, vel ejus præsentia & assistentia, eo

30 quia appellatione Parochi non potuit venire Episcopus, cum nullam haberet jurisdictionem in loco exempto; quia ponderato privilegio Joannis dato Constantiæ 14. Kalend. Aprilis sui pontificatus anno quinto, apparet exempta Ecclesia S. Georgii, in qua progenitores Caroli Ducis Lotharingiæ & quamplures alii Proceres sui Ducatus elegerunt sepulchrum, & Præpositus, Canonici, Vicarii perpetui, & Capellani ac Clerici, nec non bona, res, jura & pertinentia eximuntur ab omni jurisdictione, dominio, potestate, correctione, visitatione Archiepiscopi Trevereñ. Episcopi Tullen. & aliorum quorumcunque ordinariorum judicum, & immediatè subjiciuntur Sedi Apostolicæ, sub tali exemptione non venit cura animarum, & multò minus populus sub eadem Ecclesia & Parochia degens, de quo privilegium non loquitur *ad Text. in cap. cum Capella. vers. quocirca de privileg. Lap. alleg. 139. num. 12. & 13. & ita dit Calderin. in consil. post d. allegationem Lapi. num. 20. usque ad finem cum aliis plurib. cumulatis per Rotam decis. 324. numer. 6. par. 1. recent. & in Rossanen. exemption. 17.*

Junii

Junii 1641. §. fin. coram. R. P. D. meo Carillo. & quamvis matrimonium non fuerit contractum coram Parocho juxta formam d. dispensationis, sat est pro validitate 31
fuisse contractum coram ordinario, qui ex supra dictis pro Parocho habetur, & est Parocho superior, & ex scientia & patientia ejusdem Parochi articulata in tertio ar- 32
ticulo inducitur consensus ipsius, quatenus esset necessarius.

Posita itaque relevantia tertii articuli conceden. est remissoria super omnibus articulis, quia primus, & secundus continent, quod matrimonium non fuit consummatum per copulam ante dispensationem Apostolicam, tertius continet implementum conditionis quod matrimonium fuerit solemniter de novo contractum in facie Ecclesiæ per manus Domini Episcopi Tullen. in præsentia multorum Procerum, & aliorum. Quartus denique concernit, quod post secundam solemnitatem & celebrationem dicti matrimonii supradicti Serenissimi Duces instetterunt, vixerunt, & ad consummationem, & copulam carnalem simul devenerunt, ex qua longa cohabitatione prætendetur exclusus metus reverentialis à Serenissimo Duce articulatus

Rot. coram bon. mem. Buratt. decis. 628. num. 7.

Et ita utraque parte informante fuit resolutum pro concessione Remissoriæ.

Præcedens decisio quoad punctum exemptionis Capella Ducalis confirmata fuit sub die 15. *Januarii* 1653. *coram* R. P. D. *Albergato ut in sequenti particula decisionis* 301. par. 11. recent.

Minus efficit, quod matrimonii solemnia non à proprio Parocho, sed à Domino Episcopo Tullen. peracta fuerint, quia illius præsentia, de qua deponunt plures testes, omnem, si quis adesset, supplet defectum, etiamsi foret casualis, & fortuita. Glos. pagn. cons. 59. num. 11. lib. 1, Boss. de matrim. cap. 3. num. 6, Guttier. eod. Tract. cap. 69. num. 10. Sanchez. ubi supra d. lib. 3. disp. 39. nu. 11. Bonaccin. de sacram. matrim. quæst. 2. punct. 8. num. 18. Ceval. comm. controv. quæst. 604. num. 66. Barbos. de offic. & potest Paroch. par. 2. cap. 21. num. 50. de offic. & potest. Episcop. d. alleg. 32. num. 88. Rota coram Seraph. d. decis. 1099. sub num. 5. coram Buratto decis. 713. num. 10. decis. 124. num. 17. part. 7. recent. & in Ulixbonen. Matrimonii 16. Novembris 1622. coram bon. memor. Partriarcha Manzenedo. Cessatque difficultas, quia Ordinarius uti Parochus Parochorum, quemadmodum animadvertit *decisio super Remissoria edita* 26. *Junii* 1648. *coram Reverendissimo Terracinen.* utè potuit hujusmodi munus obire, juxta dispositionem sacri Concilii Tridentini *dicta sess.* 24. *cap.* 1. *de reformat. Sanchez de matrim. lib.* 3. *disput.* 28, *num.* 1, *Pont. eod. Tractat. lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 5. *Boss ubi supra cap.* 4. §. 18. *num.* 49. *Laiman, lib.* 5. *Tract.* 10. *par.* 2. *cap.* 4. *vers. adde.* 3. *Ugolin. de offic. & potestat. Episcop. cap.* 15. §. 10. *num.* 2. *Barbos eod. Tract. de alleg.* 32. *num.* 117. *& de jur. Eccles. univ. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 89. Esto quod Capella Ducalis ab ejus jurisdictione dicatur exempta, exemptio enim, ut patet ex lectura, Præpositum, Canonicos, & bona ejusdem Ecclesiæ dumtaxat respicit, non autem comprehendit curam animarum, nec populum

sub

sub eâ degentem ad Text. in cap. cum Capella, vers. quo circa de privil. Lap. alleg. 39. num. 13. Tambur. de jur. Abb. disput. 15. quæst. 7. num. 54. Chokier de jurisdict. in exempt. par. 1. quæst. 13. num. 4. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 24. num. 112. cum seqq. & seguenti num. 118. Rota coram Seraph. decis. 1058. numer. 6. coram Penia decis. 462. num. 13. recent. decis. 324. num. 6. part. 7. & in Rossanen, exemptionis 7. Junii 1641. coram reverendissimo Salamantino, & illa etiam de jure communi liberat tantum à lege diœcesanâ, quæ consistit in recipiendo Cathedratico, decimis, & similibus, non autem à lege jurisdictionis circa subministrationem sacramentorum versantis, Chokier. ut supra par. 1. quæst. 16. num. 1. & part. 2. quæst. 45. num. 12. Bellericin. de Charit. subsid. quæst. 21. & 29. quæ propterea in subditos, extra propriam quoque diœcesim exerceri possunt. Bonacc. de sacram. matrim. d. quæst. 2. puncto 8. num. 13. & 14. Coninc. eod. Tractat. disput. 27. num. 22. Sanch. d. lib. 3. disput. 19. num. 19. cum aliis congestis per Barbos. de offic. & potest. Parochi par. 2. cap. 21. num. 58.

Ad Quæst. 17. & 19. *Additio.*

DE exemptionibus regularium latè vid. *Fagnan. in cap. Quod super his num. 20. & seqq. de majorit. & obed. & in cap. Tuarum num. 10. & seq. de privil.* ubi probat privilegia omnium fermè regularium locum habere etiam in tribus casibus exceptuatis *in cap. Volentes de privil. in 6.* De fratribus & sororibus tertii Ordinis idem agit *in cap. Nullus. numer. 66. & seq. de foro comp. & in cap. Omnis utriusque num. 64. de pœnitent.*

Circa oblatos verò hodie attendendum est decretum Concilii Tridentini *cap. 11. sess. 24. de reformat.* quod ad hoc ut oblati religionum gaudeant exemptionis privilegio ultra oblationem plenariam requirit actuale servitium ipsius religionis, unius cerminis oblatorum sacræ Religionis Hierosolymitanæ declaravit sacra Congregatio, cujus declarationes recensentur à *Barbosa de jure Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 44. & vid. Rot. decis. 100. num. 17. & 18. par. 11. recent.*

Ad Quæstion. 25. *Additio.*

EXemptum habentem jus sibi ab alio non exempto cessum posse suo privilegio uti, verius est inspecto jure communi, dummodo cessio bonâ fide & sine fraude facta fuerit latè *Roderic. de ann. redit. lib. 3. quæst. 4. numero 43.*

Cancer.

Cancer. variar. resol. part. 2. cap. 2. num. 29. Olea de cess. jur. tit. 2. quæst. 4. num. 56. & 57. Eadem ratione quâ successor privilegiatus suum privilegium non amittit, ex hoc quod succedat alteri non privilegiato, uti in Clerico successore Laici determinatur *per Abbatem in cap. quia num. 12. in fine, & ibi Felin. num. 3. & seqq. de in-*dic. adeò ut nec instantia cæpta contra Laicum possit continuari in Clericum successorem juxta *decis. Rotæ 5. de foro compet. in antiq. & ita etiam in Senatu Sabaudiæ* judicatum refert *Anton. Faber. in Cod. lib. 3. Tit. 1. def. 12.* quamvis in hoc casu semel cæptæ litis contrarium sentiant *Bald. cons. 340. lib. 2. & alii relati per Stephanum Aufrer. de potest. Jacul. super Eccles. pers. in 2. regul. num. 7. Fallent. & per Salgad. in labyrint. par. 1. cap. 7. nums. 81. & 82.*

Neque obstant jura hic per d. Auctorem allegata, siquidem *text. in l. cum quidam §. Fiscus, ff. de usuris* intelligendus est ad terminos alterius. *leg. Fiscus ff. de jure Fisci*, ut nempe Fiscus succedens alteri pro tempore præterito, & his, quæ eum defuncto sopita sunt, non utatur suo privilegio; benè tamen utatur illo quoad tempus futurum, & eodem modo intelligenda venit *L. si intra C. de non num. pecun. ut ibi not. Bald. num. 2. & facilè colligitur ex textu in L. Æmilius 38. ff. de minorib.*

Verum est quod *Bart. in l. Hæres. absens, ff. de induc. per glos. ibi ver. excusat* apertè tenet exemptionis privilegium non suffragari hæredi ex suâ personâ, quia eatenus tantum successor privilegio suo utitur, quatenus illud eidem competat de jure communi, secus si jure speciali: sed de hac reob diversitatem inter hæredem universalem, & cessionarium alibi tractat Auctor *infra par. 4. quæst. 46.*

Interim quod attinet ad cessionarios Sac. Concil. Trident. eisdem suum privilegium exemptionis minimè præservare voluit, quo minùs super juribus cessis coram Ordinario conveniri possint, ut in allegato *cap. 5. sess. 14. de reform.* tamen hæc limitatio specialis est, nec ad illos extendenda, quorum exemptiones & privilegia *in eod. cap.* præservata fuerunt, quales sunt Regulares, & Universitates studiorum generalium, item hospitalia in quibus actu hospitalitas exercetur; hi enim omnes in dispositione juris communis manent. *Fagnanus in cap. si Clericus num. 54. de foro compet.*

Quoad contrariam quæstionem, an Cessionarius gaudeat privilegio cedentis, tene affirmativam, si privilegium sit reale. *Salgad. in labyrin. par. 1. cap. 26. §. unic. num. 9. Merlin. de pignoribus lib. 3. quæst. 47. à num. 1. & seqq. & alii plenè relati per Oleam. de cess. jur. tit. 6. quæst. 2. num. 12.* si verò sit personale, regulariter quidem non transfertur, quoties cessio solius cessionarii commodum concernit, sed ubi simul commodum cedentis tangit, adhuc illud tranferri tenent *Menoch. lib. 4. præsumpt. 189. num. 14. & seqq. Sforzia Odd. de fide commiss. quæst. 40. art. 14.* quod præcipuè procedit in casu, quo Cessionarius non agit absolutè uti talis, sed simul tanquam Procurator cedentis ut dicit *Rota decis. 371. num 6. & 7. par. 15. recent.*

quamvis *Olea d. tit. 6. quæst. 2. num. 19.* hanc opinionem extendat ad omnem casum, quo cedens aliquod damnum pati posset, nisi cessionarius personali ipsius privilegio uteretur.

DECISIO XLVIII.

De materiâ cessionis privilegii Ecclesiasticorum, an & quando illud in cessionarium transeat, vel non, & quod tempus in hoc attendatur, cessionis, an verò illud in quod differtur dispositio.

R.P.D. OTTALORA.

Bononien. Pecuniaria.

Decisio 371. par. 15. recent.

Veneris 16. Aprilis 1668.

SUMMARIUM.

1 *Statutum Bononiæ Rubrica 68. de Mercatore decocto, quid disponat, & quomodo declaretur.*

2 *Statutum unum suppletur ab altero. Statutum loci habetur tanquam textus particularis, ideoque servari debet, & jure communi præferri, numer. 2.*

3 *Decoctus, & fallitus an dicatur mercator, qui usque ad obitum tenuit Banchum apertum, semper negotiavit, & cum sufficienti etiam patrimonio decessit, & supra subnum. primo, & seq.*

4 *Statutum Laicale non comprehendit Ecclesiasticos in præjudicium ipsorum, minimè subjectos.*

5 *Privilegium Ecclesiasticorum ut personale, an & quando transeat in Cessionarium, vel ne, & numero seqq.*

6 *Cessionarius, quod fuerit etiam constitutus Procurator ipsius cedentis, non*

non est incompatibile cum ipsa Cessione.

7 Cessionarius, & Procurator insimul constitutus, potest uti juribus personalibus cedentis & Domini.

8 Cessionarius potest gerere vices etiam Procuratoris, & Mandatarii, si talis quoque fuerit constitutus, & utilius sibi esse putaverit.

9 Jura personalia transeunt etiam in Cessionarium, quando cedentis nomine, & ad ejus utilitatem actio exercetur, & vide etiam sub num. 5. cum seqq.

10 Statutum seu dispositio Laicorum an comprehendat bona, & jura Ecclesiasticorum, attenditur tempus, in quo confertur effectus statuti, vel dispositionis.

11 Hæreditas Clerici, licet postea perveniat in Laicum, non tamen cadit sub dispositione statuti laicalis & quare.

12 Actio cessa transfertur in cessionarium cum eodem privilegio Prælationis.

13 Privilegium, seu actio competens, intuitu Clericatus, quando est cohærens, dicuntur cessa, & in Cessionarium transeunt.

AD formam duarum decisionum R. P. D. meus Bevilaqua suam protulit sententiam declarantem Comitem Marcum Ant. Creditorem instrumentarium, & hypothecarium teneri concurrere per æs, & libram cum aliis creditoribus chyrographariis, ad bona Caroli Catalani publici depositarii diversorum locorum Montium non solvendo defuncti. Sed in gradu Appellationis coram me, placuit DD. d. sententiam confirmare, quoad credita Laicorum tantum, eamque infirmare, quoad credita Ecclesiasticorum.

Pro dictis namque creditis Laicorum, quantumvis hypothecariis obstat Comiti Albergato statutum fori Mercatorum Bononiæ *sub rubr. 68.* apertè disponens, ut ad bona Mercatoris decocti Creditores hypothecarii, per quadriennium ante decoctionem non concurrant cum Chirographiis per æs & libram, quæ licet, loquatur de cessantibus fugitivis, & latitantibus, qualis non fuit Catalanus, qui usque ad obitum Bancium apertum retinuit, & negotiationem publicè continuavit, supplere. *Cravet. cons. 37 sub num. 6. Soccin. Iun, cons. 67. num. 64. lib. 2. Joseph. Ludovic. Dec. Perus. 9. num. 30. Rot. decis. 169. num. 5. par. 11. recent. cum aliis allegatis in dictis duabus decisionibus*, quæ respondent singulis objectis ad illud evitandum aliàs propositis, ac de novo repetitis, quod scilicet Catalanus dici non potuerit decoctus, eò quia decessit cum sufficienti patrimonio, nec clausum teneret Bancum per tres dies ante juxta disposita *in rubric. 46.* quod statutum in pluribus locis loquatur de Mercatore dolosè, & fraudulenter decocto.

1

quod statutum tanquam textus particularis servari debet, ac juri communi prævalere. 2

3

Alia verò credita spectantia ad Ecclesiasticos, ex quorum persona agit quoque d. Comes Albergatus comprehendere nequit hujusmodi statutum, utpote merè Laicale ex defectu voluntatis, & potestatis personarum statuentium 4 *Eminentissimus Otthobon. decis.* 149. *num.* 6. *Reverendissimus Royas decis.* 138. *num.* 2. *& in Terminis dictum fuit in Bonon. discussionis* 5. *Maji* 1655. §. *at quoniam quidem bon. mem. Bichio.*

Nec subsistere visa est responsio data in decisione coram R. P. D. meo Bevilaqua, nempe quod hodie non agant ipsi Montistæ, sed Comes Albergatus ut eorum cessionario, in quem privilegium Ecclesiasticorum, tanquam personale 5 non transit, nec est cessibile; quia ultra quod iidem Montistæ d. cessione nondum stante continuarunt judicium in partibus contra Bolognettum fideijussorem Catalani, pro consequendâ satisfactione *hodierno summari impresso numer.* 12. ex qua 6 dignoscitur non cessisse jura translativè, sed tantum actionem cum hypothecâ reservatis sibi ipsis juribus utilibus, motivum tollitur ex facto. Nam Comes Albergatus non est absolutè Cessionarius, sed Procurator cum cessione jurium ab *summario num.* 10. quod non est incompatibile, *Arias de Mesa par. resol. lib. prim* 7 *cap.* 20. *num.* 24. uti in terminis Cessionarii, & Procuratoris simul constituti firmat quod Procurator potest uti juribus personalibus Domini, *& num.* 26. concludit hæc verba, illud notandum, quod si Cessionarius sibi utilius esse putat simpliciter 8 curatoris, vel Mandatarii vicem agere, hoc licet, *Anton. Faber. in suo Codice lib.* 4. *tit.* 29. *definit.* 10. idem comprobatur, ex quo Comes non agit nomine proprio, & ad proprium commodum, sed nomine, & ad commodum Montistarum, cum pecunias exigendas teneatur deponere ad effectum solvendi Montistis, *dicto summario* 9 *num.* 10. unde etiam jura personalia transeunt in Cessionarium, quando cedentis nomine, & ad ejus utilitatem actio exerceretur, *Olea de cess. jur, tit.* 6. *quæst.* 2. *num.* 19. *& seq. Tondut. quæst. civil. cap.* 44. *num.* 11.

Præterea ad cognoscendum, an bona & jura Ecclesiasticorum comprehendantur sub Laicali dispositione, attenditur tempus, in quod confertur effectus statui 10 *Sperel. decis.* 11. *num.* 21. *Rota decis.* 293. *num.* 9. *par.* 11. *recent.* Cùm autem statutum prædictum intret tantum tempore decoctionis, & tunc jura, & actiones Montistarum non essent Laico cessa, sed expost, necessario sequitur, ut transierint cum 11 eodem privilegio exemptionis, prout à simili dicitur de hæreditate Clerici, quæ licet postea perveniat ad Laicum, non tamen cadit sub Laicali dispositione, quia ejus effectus trahitur ad tempus, quo Clericus decedit. *Surd. decis.* 20. *num.* 8. *coram Otthob. decis.* 149. *num.* 9.

Insuper credita dictorum Ecclesiasticorum tanquam non infixa dicuntur realia, non personalia, nec habent Hypothecam ex privilegio Clericali, sed de jure communi vigore pacti constituti, & precarii ac obligationis Cameralis adjectæ

in

in instrumento *allegato summario numer.* 11. unde remoto obstaculo statuti ratione Clericatus, actio cessa tranfertur in Cessionarium cum eodem privilegio Prælationis, quod habet hypotheca de jure communi in concursu actionis personalis *Olea de cess. jur. tit. 6. quæst. 2. num.* 12.

Imò quatenus illa competeret intuitu Clericatus, nihilominus tanquam cohærens diceretur cessa, & transiret in Cessionarium cum suo privilegio. *Merlin. de pignor. lib. 3. quæst. 4. num. 2. cum seqq. Cost. de privileg. Cred. regul. 3. ampliat. 43. Puteus. de Salvian. inspect. 3. cap. 4. num. 62. Oleo ubi supra tit. 6. quæst. 2. numer. 12. Rot. dec. 310. numer. 6. & seqq. par. 7. recent.*

Et ita utraque parte &c.

Ad Quæst. XXVII. *Additio.*

RAtio cur Scholares & alia Universitatum membra jure communi exempti non dicantur, non alia esse potest, quàm quod jurisdictio Rectori tributa per *Authent. Habita. C. ne Fil. pro patre*, non sit privativa ad Episcopum, sed cumulativa ut not. *ibi. D.D. & vide Clar. in pract. §. fin. quæst. 35. num. 23. Fagnan. in c. cùm inhibitio num. 8. de clandest. desponsa.* Cæterum hodiernis moribus Academias Pontificiâ vel Regiâ auctoritate erectas non subesse Ordinariis, nec ad eas extendi jurisdictionem Episcoporum, apertè dictum fuit in Rota *ut in seq. decis.*

DECISIO XLIX.

Juriſdictio Epiſcopi non extenditur ad Academias Pontificiâ vel Regiâ auctoritate erectas, & illius inhibitiones poſſunt impunè ſperni in functionibus ejuſdem Academiæ.

R.P.D. BICHIO.

Cracovien. juris Reſpondendi.

Deciſio 109. par. II. recens.

Lunæ 23. Januarii 1651.

SUMMARIUM.

1 *Nullitas deducitur ex defectu citationis.*

2 *Epiſcopus nullam habet juriſdictionem in Academiis publicis Pontificis, vel Regiâ auctoritate erectis, & num. ſeq. ubi limit.*

3 *Academia publica dicitur, quæ fuit erecta auctoritate Pontificis, vel Regis & ſupra num. 2.*

4 *Privilegium non extenditur ad materiam ab illo longè diverſam.*

5 *Verbum* omnimoda, *excludit alterius perſonæ concurſum.*

6 *Obſervantia deſervit pro interpretatione ſtatutorum, ac habet vim tituli legitimè conſtituti.*

7 *Obſervantia parit præſcriptionem. Præſcriptio quadragenaria ſufficit in juriſdictionalibus num. 7. & 8.*

8 *Præſcriptio contra Epiſcopum ſufficit quadragenaria.*

9 *Prohibitio diſputandi de fide Lutheranorum comprehendit, & de materia iſtius prohibitionis, vide num. ſeq.*

11 *Inhibitio præſumitur poſterior ad effectum ſubſtinendi actum, quamvis eadem die fuerit præſentata.*

12 *Inhibitio non habentis juriſdictionem nihil operatur.*

Juriſdictionem in certo caſu non habens,

bens, inhibere quoad illum minimè potest. num. 12.

13 *Inhibitio non habentis jurisdictionem non potest impunè contemni.*

14 *Excommunicari non potest contraveniens inhibitioni emanatæ à carente jurisdictione.*

DUas protulit sententias Reverendissimus Episcopus Cracoviæ per appellationem ad hoc sacrum Tribunal devolutas, alteram contra Stanislaum Jurhovuski, in quâ ejus promotio, seu admissio ad respondendum. quæstionibus propositis pro obtinendo loco inter sacræ Theologiæ Doctores nulla declaratur, alteram excommunicationis contra Gabrielem Ochocki in Academia Cracovien. Medicinæ Professorem ob contraventionem inhibitionis ab eodem Episcopo emanatæ; quarum hodie particulari cognitione assumpta, utramque infirmandam esse ex capite nullitatis, & injustitiæ responsum fuit.

Nullitatis ob defectum tum citationis, quæ contra Stanislaum tunc Romæ 1
commorantem, sive ejus legitimum Procuratorem executa non probatur, ut necesse est. *Clem. Pastoralis de re Iudic. Clem. sæpè ubi gloss. verb. ad id. de verb. signific. Cavaler. decis.* 376. *numer* 1. Tum jurisdictionis, quia Episcopus in fundationibus Academicis, ac rebus ad Academiam publicam hoc est Pontificiâ, seu Regiâ 2
auctoritate erectam. *Cassan. in Catal. glor. mund. part.* 10. *consid.* 32. *Perez. lib.* 1. *Ordin. lib.* 1. *tit.* 10. *Barbos. de potestat. Episcop. alleg.* 56. *num.* 22. Qualis est insignis Academia Cracovienſis, spectantibus prorsus caret, nisi ex privilegio, consuetudine, vel alio jure eam sibi competere probet, ut post. *Goffred. tit. de Magistr. numero* 1. *notat. Card. Zabarell. in Clem. cùm sit num.* 8. *eod. titulo, & in cap. Verum num.* 3. *de foro competen. Imol. in d. Clem.* 2. *num.* 11. *Vtelin. in Clem.* 1. *num.* 59. *eod. titulo facit Barbos. in Collect. Concil. Trid. sess.* 25. *de reformat. cap.* 2. *num.* 4.

Neque competere potest Episcopo tanquam Academiæ Cancellario vigore statutorum, sive ordinationis Alberti Sedis Apostolicæ delegati, & confirmationis Urbani V. quia ibi tribuitur solum potestas Episcopo gratificandi in causis beneficialibus cum parte majori, vel duabus Rectoris, ac trium Decanorum, quando hi fuissent inter se discordes, aut examinandi Scholares ad Doctoratum in Civitate Cracoviæ promovendos, & quatenus idonei reperti fuerint, Doctoratus honorem illis concedendi, in quo casu nos non versamur, quia Stanislaus longè ante Doctoratus lauream in Almâ Urbe Romæ assecutus fuerat; sed igitur de illius admissione ad respondendum pro loco inter Doctores Academiæ, sic de re longè diversa, ad quam propterea privilegium hujusmodi 4
Episcopo concessum extendi non debet. *L. jus singulare, ff. de legibus. Alex.*

in

in L. Scriniarios num. 2. in fin. Cod. de milit. Testament. Calderin. in termini privile-
gii Doctorandi consil. 1. num. 2. vers. præterea de privil. Decian. cons. 51. num. 23. lib.
Buratt. dec. 19. num. 5.

Eò minùs, quia ex eisdem statutis, & ordinationibus, regimen, & omnimo-
da ordinatio Universitatis in omnibus, quæ fuerint expedienda, conceditur Rec-
tori cum tribus Decanis Facultatum Theologicæ, Juris Canonici, & Artium,
rum, ponderando verbum, omnimoda, quod excludit alterius personæ concur-
5 sum *gloss. in Clem. 1. verb. omnimodo de for. compet. Soccin. cons. 43. numer. 12.*
lib. 4. Rot. dec. 296. numer. 1. part. 1. divers. decis. 132. num. 6. coram. ben. mem.
Buratto & in Montis alti Beneficii 15. Decembris 1645. §. sed verò coram me.

Prout etiam declaravit observantia ex admissionibus ad respondendum spe-
tio bis centum ferè annorum pluries, ac pluries secutis de consensu solius Rec-
6 toris, ac Professorum, ipso quoque Episcopo sciente, quæ observantia nedum
inservit pro interpretatione, quatenus opus sit, statutorum, ac ordinationis, sed
ultrò vim habet tituli legitimè constituti. *L. hoc jure §. ductus aquæ, ubi gloss. Mo-*
ginal. ff. de aq. quotid. & æst. Mart. de jurisdict. tom. part. 2. cap. 43. num. 56. Barat.
7 *decis. 874. numero 7. dec. 938. num. 8.* & peperit præscriptionem, quæ in judi-
ctionalibus solo quadragenario cursu completur. *Matthæn. in leg. Hispan. tit. 1.*
tit. 10. L. 1. gloss. 19. num. 2. & 4. Guttier. practicar. quæst. lib. 3. quæst. 62. numer.
11. & lib. 4. quæst. 35. num. 15. Covar. in reg. possessor. 2. par. §. 4. num. 5. Arcud.
8 *de exequen. mand. par. 2. cap. 4. numer. 20. Castill. de Tert. Reg. C. 30. num. 14.*
& cap. 34. sub numero 5. Seraph. in terminis præscriptionis contra Episcopum decis.
712. num. 2.

Injustitiæ pariter vitio laborat sententiæ, quia actus responsionis, sive publi-
cæ disputationis ab Episcopo prohiberi non potuit Stanislao, nedum Clerico, sed
Sacerdoti in Collegiata Ecclesia Sancti Floriani Canonico, & peraliquos annos
ante in eadem Academia Theologiæ Professori, cùm prohibitio publicas, vel pri-
9 vatas disputationes de fide Catholicâ habendi, relata *in cap. 2. §. inhibemus de hæret.*
in 6. Laicos tantum comprehendat, ut notat ibidem *Barbos. numero 14. in fin. Az-*
zor. instit. moral. tom. 1. lib. 8. cap. 26. quæst. 1. Sanchez. in præcept. Decal. lib. 1. cap.
6. num. 6. nec trahatur ad disputationes materiales, quæ videlicet non fiunt ad fi-
10 dei veritatem persuadendam, sed inter Christi fideles, exercitii gratiâ, vel ingenii
acuminis ostentandi. *Navarr. in Manual. cap. 11. numerr. 27. vers. quinto peccat.*
Sanch. dicto lib. 2. cap. 6. num. 9. Castropal. oper. moral. tom. 1. tract. 4. disput. 2. punct.
4. num. 5. cum allegatis à modern. Viannensi in præcep. Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 8.
num. 1. & seq.

Non obstat inhibitio Episcopi, ne quispiam ad respondendum admitteretur,
11 quia non probatur præsentata Stanislao anteactum responsionis, ad quem susti-

nendum

endum præsumitur posterior, quamvis eâdem die præsentata fuisset. *Achill. dec. 37. de appellat. Seraph. decis. 1115. numero 1. Rot. in recent. decis. 487. numero 2. part. 2. decis. 467. num. 2. par. 3.* Cumque inhibitio sit evidenter nulla ex defectu jurisdictionis, quâ sicuti Episcopus caret in admittendo Doctores ad respondendum, caret consecutivè in inhibendo ne admittantur. *Surd. Consil. 424. numero 46. post Boer. cons. 85. numero 20. vers. ergò lib. 2. quem sequitur Lancellot. de attent. par. 2. cap. 20. numero 29.* potuit impunè contemni. *Surd. dicto consil. 424. numero 44. Grat. discept. 17. sub numero 3. Rot. in Romana pecuniaria coram Plato impress. apud Marchet. decommiss. par. 3. fol. 43. num. 1. & 2.* 12 13 14

Ideoque neque contra Gabrielem Ochocki ex capite contraventionis ejusdem inhibitionis ferri debuit excommunicationis sententia, ut respondit *Rot. inter recent. decis. 318. numero 1. part. 1. decis. 625. numero 4. part 4. & in aliis relatis à modern. Perus. de manut. observ. 103. numero 23. & nuperrimè in Barchinonen. jurisdictionis. 5. Iulii 1649. §. tum etiam coram me.*

Et ita decisum informante solum Stanislao, parte adversa citata per contradictas.

Ad QUÆST. XXX. Additio.

FAmiliares exemptorum ita demum exemptos esse, si perpetui sint, tenuit originaliter *Archidiac. in cap. 2. 11. quæst. 1. & in C. Ecclesiarum servos. 12. quæst. 2. & eum sequitur Abb. in cap. nullus, numero 6. & ibi Felin. numero 7. de foro compet.* & horum sententiam communem dicit *Capic. decis. 12. num. 2. in fine & Clarus in praxi crim. quæst. 35. vers. quæro nunquid*; Speciale tamen est in familia Episcopi. *per text. in cap fin. §. petit de offic. Archid.* Ubi quamvis Archidiaconus aliique Prælati inferiores de consuetudine obtinuissent, ut Diœcesani alicujus loci prius conveniantur coram ipsis, quàm coram Officiali Archiepiscopi, nihilominus familiares Episcopi excipiuntur. Item speciale est in casu, quo exemptus non posset commodè uti suo privilegio, nisi simul includeretur famulus, tunc enim comprehenditur etiam temporalis minister mercede conductus. *Felin. in d. cap. nullus, num. 2. de foro compet. Fagnan. ibidem num. 22. in fin. Menoch. de arbitrar. casu. 562. num. 11.*

De Familiaribus Papæ dubium esse non potest, præcipuè cùm ipsum Concil. Trident. etiam Familiaribus Cardinalium præservet suas exemptiones, præterquàm ratione beneficiorum, quæ alibi obtinent. *Cap. 11. sess. 24. de reformat.* necessaria tamen sunt duo adhuc, ut quis verus familiaris dicatur, videlicet ut actuali

actuali servitio Papæ vel Cardinalis insistat, & ut expensis illius vivat. DD. in cap. cùm nobis de verb. signific. in 6. & Concil. Trident. cap. 5. sess. 14. Quamvis ad effectum reservationis, & Regularium Cancellariæ sufficiat etiam honoraria familiaritas, ut latè dictum fuit in Rota decis. 174. à num. 7. & seq. part. 2. recent. vid. plenius Fagnan. in cap. ex part, num. 34. & seq. de privileg.

Exemptiones autem familiarium & ministerialium Principis ad terminos. l. ubiculatios C. de Præpos. sac. cubic. lib. 12. eleganter explicant duæ sequentes decisiones.

DECISIO L.

Marescallus Sacræ Religionis S. Joannis Hierosolymitani an possit præventivè cognoscere, & componere pacem inter familias Magni Magistri, & coram quo isti familiares debeant convenir.

R. P. D. PIROVANO.

Melevitana præeminentiarum.

Decisio 291. part. 5. recent.

Veneris 18. Maji 1629.

SUMMARIUM.

1 *Ad tribuni militum officium spectat audire militum querelas.*

2 *Actus componendi rixas inter milites & actus jurisdictionis.*

3 *Jure assistentiam qui habet pro se, dicitur habere intentionem fundatam.*

4 *Familiares Principis non conveniuntur coram Tribuno militum, sed coram Siniscalco, seu magistro domus, & num. 6.*

5 *Idem etiam determinatur de Deputatis sacro ministerio.*

7. Fami-

7 *Familia Prælatorum Superiorum conveniuntur coram Ordinario.*

8 *Testes in numero ratione, & deponentes verisimiliora prævalent aliis.*

9 *Exemptionum materia est strictè interpretanda, & ad litteram intelligenda.*

10 *Privilegium familiarium, de quo in* L. Cubicularios C. de Præpos. sac. Cub. lege 12. *debetur Superiori dominanti.*

11 *Magnus Magister Religionis S. Ioannis Hierosolymit. dicitur Superior, & Dux belli.*

12 *Dignitas Ecclesiastica, & secularis per eandem personam potest representari distinctè, & divisim una ab altera.*

13 *Titulus prænotat excellentiam,*

14 *Familia Magni Magistri S. Ioann. Hierosolymitan. quare debeat conveniri coram Ordinario.*

15 *Episcopus & Vicarius faciunt unum Tribunal, Consistorium & Auditorium.*

16 *Episcopus quæ potest in familiares suos, potest etiam Vicarius.*

17 *Exceptio certarum personarum firmat regulam inclusivam in reliquis, & num.* 18.

19 *Exceptio nihil operatur, circa existentes contra Regulam suam.*

REsoluto Maresciallum habere iurisdictionem præventivam, & Magnum Magistrum non posse avocare causas à Maresciallo præventas, quæsitum fuit, an eodem modo Maresciallus possit præventivè componere paces inter familiares Magni Magistri, & Dominis visum fuit non posse.

Nam quamvis Officium Maresciali idem sit, prout Tribuni militum ex stabilimento 7. de verb. signific. ad cujus Tribuni officium spectat audire mi- litum querelas, & rixas, easque sedare, & componere. *L. Officium* §. *officium* 1 *Tribunorum, ubi gloss. in verb. principiis. C. de re milit. lib.* 12. *Budeus in cap. quamvis eod. titulo. Vigerius lib.* 2. *de offic. Tribun. milit.* Idemque videatur firmatum ex stabilimentis Religionis. *tit.* 10. *de Ballivis cap.* 2. & *cap.* 7. & *tit.* 18. & 59. & comprobant testes dati *summario Maresciali numero* 6. & 7. Nec dubitari possit quoad actum componendi rixas inter milites, quin sit de iurisdictione, quia 2 hoc firmat *Felin. de treg. & pace in rub. numero* 10. Et quidem ordinaria, ut jam fuit dictum in decisionibus causæ, ita ut Maresciallus videatur etiam fundare intentionem suam super assistentiâ juris ex causa universalis jurisdictionis. *Capit.* 3 *decis.* 189. *num.* 7. *Roman. cons.* 123. *num.* 4. *Natt. consil.* 199. *num.* 10. *Surd. consil.* 180. *num.* 9.

Attamen hæc communis, & approbata conclusio solet declarari, ut non 4 comprehendat veros familiares Principis dominantis, habentes qualitates familiarium

liarium in Palatiis servientium, commensalitatis scilicet, & servitii per textum in *L. Cubicularios C. de Præpos. sacri Cubic. libro* 12. Cujus constitutionis verba hæc sunt : *Cubicularios tam sacri Cubiculi mei; quàm venerabilis Augustæ, quos utrosque certum est obsequiis occupatos, & Aulæ penetralibus inhærentes, diversa judicia obire non posse; ab observatione aliorum Tribunalium liberamus, ut in sublimitate solummodo tuæ judicio propositas adversus se excipiant actiones, & in illis, ab observatione aliorum Tribunalium*, consistit privativa jurisdictio, quoad alios Judices inferiores, & tribuitur Siniscalco, seu Magistro domus, cui legitur directa constitutio; idem determinatur de Deputatis sacro ministerio *in L. ult. C. de Cæsar. & Ministerian. eodem lib.* Et de adhærentibus familiaribus Imperatoribus, ne protrahantur ad alia judicia, sed subeant examen tantùm Magistri Officiorum, firmantur *in lib.* 2. *C. de Decanis eodem libro* 12. in Prælatis quoque Superioribus idem observatur, ut familiæ illorum ab Ordinario non conveniantur. *ultimodo Offic. Archid. l.* 2. *ubi omnes C. de Episcop. & Cleric. Capic. decis.* 12. *numero* 1. *Clar. in* §. *fin. quæst.* 35. *Menoch. de arbitr. Cas.* 562. *numero* 13. *Farinac. in præquæst.* 8. *numero* 46. *Crass. de effect. Clericor. effect.* 1. *numero* 128. Et demum accedit observantia in hunc modum concludenter probata per testes Magni Magistri in ejus summario datos, prævalentes testibus Marescialli in numero, ratione, & esu verisimiliori, quibus in concursu semper inhærendum est. *Rota decis.* 239. *num.* 2. 322. *num.* 6. 449. *num.* 8. *coram Papa Gregorio XV.*

Non obstat, quod jura prædicta loquantur de familiaribus Imperatoris vel Augustæ, qui sunt supremi Principes; Magnus verò Magister respectu temporalium sit Feudatarius Regni Siciliæ, respectu verò militum reputetur tanquam Abbas Superior Religionis Regularis Sancti Joannis per Sedem Apostolicam institutæ, juxta constitutionem Pauli V. cui aliqua non debetur de jure præeminentia, nec per consequens in hac exemptionis materiâ, tanquàm strictæ interpretationis & ad litteram intelligendæ, sit admittenda extensio.

Quia hîc non agitur de extensione, sed de comprehensione ex vi identitatis rationis; nam hujusmodi privilegia familiarium debentur Superiori dominanti, qui in ejus Palatio dici potest Imperator, sicut & ipse Magnus Magister dicitur Superior, & Dux belli, unde quâ ratione Tribunus militum exercitus Imperatoris non haberet jurisdictionem in Palatio inter Familiares Imperatoris; quia inferior est subjectus per dictam *L. Cubicularius*, ita Marescallus, qui idem est cum Tribuno, non debet jus dicere in Palatio Magni Magistri, qui est suus Dux & Superior. Neque dicatur quod iste Principatus sæcularis consideratus non possit respectu militum, sed tantummodo Superioritas Ecclesiastica sit attendenda, cùm

cùm utraque dignitas per eandem personam possit repræsentari distinctè, & divisim una ab alterâ, prout quando Episcopus habet Civitatem, vel Castrum sibi subjectum, *cap. finali, ne Cler. vel Monach. in 6. cap. Romana §. debet autem appellat. eodem lib. 6.* Quia in eo Superioritas sæcularis est magis considerandа respectivè ad Tribunum militum Exercitus, quia uti suo Duci exercitus servit, non autem uti Abbati Superiori, ex quo in milites non utitur jurisdictione Monachali, sed militari, & nihilominus, quia Magnus appellatur Magister, qui titulus præmo 13
tat Excellentiam. *Cassan. in Catal. glor mundi parte 9. consid. 4.* Ratione istius magnæ superioritatis etiam uti Ecclesiastico debetur privilegium, ut familia illius non conveniatur ab Ordinario. *cap. ultim. cum gloss. de offic. Archid. cum aliis* 14
supra adductis, quibus non advertatur, quod sicuti Vicarius cognoscit de Familiaribus Episcopi. *C. si Episcopus, ubi Archid. & Joann. Andr. de offic. Ordin. in 6. Boer. decis. 9. numero septimo. Marc. decis. 281. in fine parte prima.* Idem videatur posse Marescallus Officialis Magni Magistri, quia idem contingit pro- 15
pter unitatem Episcopi, & Vicarii, facientes unum Tribunal, Consistorium, & Auditorium. *C. Romana, ubi omnes de appell. in 6. C. non putamus, cum gloss. de consuetudine in 6. Covarruv. pract. quæst. cap. quarto. numero 4.* ut non mirum, si quæ potest Episcopus in Familiares suos, possit & Vicarius, sed non ita 16
de inferiori Ordinarii dici potest per dictum *caput ultimum de officio Archid.* à quorum jurisdictione semper eximmuntur familiares Superioris.

Demum non obstant stabilimenta Religionis. *titulo decimo de Bailivis capite secundo & septimo. titulo 18. cap. 59.* Per quæ ita Fratres Equites, prout & armorum servientes supponuntur obedientiæ Marescialli, exceptis Bailivis Conventualibus, & socius Magni Magistri, quorum appellatione non veniunt familia- 17
res servientes, & ideò per exceptionem certatum Personarum in reliquis sit firmanda regula inclusiva. *Covarr. var. resol. lib. 2. cap. 5. num. 4. Rot. decis. 239. num. 2. par. 1. divers.*

Quia exceptio prædicta est quidem apta includere personas cujuscunque generis, qui tamen possunt conveniri sub ordinariâ jurisdictione Marescialli, & 18
in hac parte Regulam confirmat in omnibus non exceptuatis; Cæterùm quod amplier Regulam, etiam quoad eos, qui non cadunt sub ordinariâ jurisdictione, prout non cadunt Familiares Principis, *per d. L. Cubicularios*, exceptio in hoc nihil operatur, tanquam de existentibus extra Regulam suam. *L. generali §. uxori ff. de usufr. leg. Dec. in libro primo, numero vigesimo secundo, ff. de regul. jur. Surd. decis. 124. numero undecimo, Rot. decisione 158. numero quinto coram Papa Gregor. XV.* Ex hoc enim sequeretur Correctio juris, & tollerentur casus per a-

 liam

liam legem excepti, quod non est admittendum, prout latè concludit, & firmat Everard. in loco ab exceptione ad regulam num. 5. & seq.

Et ita &c.

DECISIO LI.

Ejusdem argumenti cum præcedente, quæ in hac confirmatur.

R.P.D. PIROVANO.

Melevitana Præeminentiarum.

Decisio 324. par. 5. recent.

Lunæ 3. Decembris 1629.

SUMMARIUM.

1 *Iurisdictio Mareschalli Ordinis Hierololym. non se extendit ad familiares Magni Magistri habentes qualitatem familiarium in Palatio servientium, ut inter illos pacem possit componere, & numero 20.*

2 *Text.* in L. Cubicularios C. de Præp. Sac. Cubic. L. fin. C. de Castr. & Min. & L. 2. de Decan. lib. 12. *loquuntur solum in Cubicularijs Imperatoris, & Augustæ.*

3 *Familiares Principum inferiorum, non eximuntur à jurisdictione Ordinariorum, ratione solius Familiaritiæ Principis.*

4 *Familiares Principum pro pace componenda possunt convenire ab Ordinarijs locorum.*

5 *Forum in loco delicti Commissi, quis sortitur.*

6 *Exemptio personalis non suffragatur, quando committitur delictum sub jurisdictione alterius Principis.*

7 *Exemptio personalis, Familiarium Principis servanda est, ubi Princeps residet.*

8 *Index inferior, in loco, ubi Princeps domi-*

dominans habitat, nec habet, nec dicitur habere Territorium separatum, & num. 10.

Nec potest ius dicere in Officiales, vel familiares Principis illo inconsulto, vel non permittente, num. 8.

9 *Conveniendus est familiaris Principis coram suo Iudice, vel coram eo, cui hac facultas & Iurisdictio à Principe fuit concessa.*

11 *Privilegium concessum per Imperatorem suis Familiaribus, extendi non debet ad privilegia aliorum Principum inferiorum.*

12 *Privilegia sunt stricti juris, & restringenda ad sensum verborum.*

13 *Superior dominans, in suo Palatio potest dici Imperator.*

14 *Magnus Magister Religionis Hierosolymitana dicitur Superior, & Dux belli.*

15 *Melitæ Principatus iura non sunt absoluta, cum respectu dominii Magnus Magister recognoscat Regem Siciliæ.*

16 *Superior Religiosus ratione magnæ Superioritatis uti potest privilegio Ecclesiastico, ut familiares non conveniantur ab Ordinario.*

17 *Princeps Superiorem recognoscens respectu subditorum omnia potest, quæ possunt alii principes.*

18 *Familiares Principum tunc videntur exempti ab iurisdictione Ordinarii, quando deputantur alii Iudices.*

19 *Iudicibus censetur adempta iurisdictio per deputationem novorum Iudicum.*

DOmini perstiterunt in jam resolutis 18. Maji præteriti: quia jurisdictio Marescialli non se extendit ad familiares Magni Magistri habentes qualitatem Familiarium in Palatiis servientium, commensalitatis scilicet, & servitiis, ut inter illos pacem componere possit *leg. de Cubicular. C. de Præposit. sacr. Cubicul. L. ultima C. de Castr. & Ministr. l. 2. C. de Decan. lib. 12.* 1

Non obstat, quod jura prædicta loquantur in solis Cubiculariis Imperatoris, & Augustæ, qui inhærent penetralibus, & intimis secretis Supremi Principis, non autem in Familiaribus aliorum Principum inferiorum, qui non eximuntur à Jurisdictione Ordinariorum ratione solius Familiaritatis Principis. *Alvarot. de pace tenen. §. si Ministeriales numero primo, Præpos. numero secundo, Bald. in §. si quinque solidos eodem titulo, Isernia numero primo, Balzeran. numero primo, & seq.* Convenientes in hac parte, ut servitores scutiferi, seu Familiares Principum pro pace componenda possint conveniri ab Ordinariis locorum per rationes ejusdem textus. 2 3 4

Quia, etsi lex prædicta sit Imperialis nempe Federici, & de inferioribus

riotibus Principibus, & Dominis loquatur, & per consequens de
Familiaribus illorum, non autem Imperialis dignitatis, & dispositioni juris
5 conveniat, ut quis fortiatur forum in loco delicti commissi, *L. prima C. de ju-*
risdictione omn. Jud. cap. 1. de raptor. Farinac. quæst. crimin. 7. numero primo. Nec
exemptio personalis suffragatur, quando committitur delictum sub jurisdictio-
6 ne alterius Domini, *Felin. in cap. finali numero quinto, vers. item ponderat de fo-*
ro compet. Rot. decisione decima quinta, numero tertio, parte prima recent. Attamen
quando agitur de exercitio jurisdictionis Judicum, qui subordinatur ad repe-
randa, vel punienda delicta in loco, ubi Princeps residet; tunc servanda est
7 personalis exemptio familiarium ejusdem Principis: quia Judex inferior in loco
ubi Princeps dominans habitat, nec habet, nec dicitur habere Territorium
diversum, aut separatum, nec potest jus dicere in Officialem, aut familiarem
Principis illo inconsulto aut permittente. *Bart. in L. in Officiales. C. de off.*
8 *Rector Provinc. Guidò Papa. decis. 328. numero 1. Boer. decis. nona, numero 6.*
Sed præterea si familiaris Principis delinqueret in Territorio separato, ab Insti-
Melitæ, ubi Magnus Magister Residentiam tenet, ejusdem tamen dominii, &
Principis, nihilominus citatus non teneretur coram illo comparere; sed coram
9 suo Judice esset conveniendus, nempe Magistro Officiorum, vel Similiter
eo, vel coram eo, cui hæc facultas, & Jurisdictio à Principe fuerit concessa, *Ias.*
à penna in L. fin. circa finem C. de veteran. & ita Belzeran. in dicto §. si Mini-
steriales numero sexto. Limitat dispositionem illius textus; propterea cùm Ma-
10 resciallus Judex inferior, nec habeat Territorium diversum, aut separatum,
sitque ejusdem dominii jus dicens, & in loco, ubi Magnus Magister residet,
tenetur servare privilegium exemptionis familiaribus Domus ejusdem Principis,
nec inter eos ad componendas paces se intermittere potest.

Non obstat si Marescíallus dispositione dicti §. *si Ministeriales* juvari non
possit, adhuc tamen de tali exemptione non constat, ex quo privilegium con-
11 cessum per Imperatorem suis familiaribus ad privilegia aliorum Principum in-
feriorum extendi non debeat, tanquam stricti juris, & restringendum ad sen-
sum verborum. *Franc. in cap. volentes numero secundo de privileg. in 6. & in*
12 *cap per exemptionem numero quinto, eodem Titulo Ias. in L. 1. numero 4. ff. de con-*
stit. Princip.

Quia decisio causæ satisfacit huic objecto, nam quilibet Superiori do-
minans in ejus Palatio dici potest Imperator, sicuti & ipse Ma-
13 gnus Magister dicitur Superior & Dux Belli: Propterea conveniunt
14 eadem privilegia Familiaribus eorum, cui conveniunt jura impe-
randi

randi ratione identitatis rationis, ne distrahantur ab obsequio, & trahantur ad alia 15
judicia, nec vim facit, quod jura principatus Melitæ non sint absoluta, cum respectu
alicujus dominii magnus Magister recognoscat Regem Siciliæ, & respectu superioritatis
Ecclesiasticæ, sit tantummodo Abbas superior, quia si accipiatur tanquam superior
religiosus, non est novum, quod ratione istius magnæ superioritatis, etiam uti Ec- 16
clesiastico debeatur privilegium, ut familiæ non conveniantur ab ordinario, ut in
exemptis de Episcopo, & aliis in eadem decisione causæ adductis; si verò assuma-
tur tanquam Princeps recognoscens superiorem, sufficit, quod respectu subditorum 17
omnia possit, quæ possunt alii Principes, sicut potest Magnus Magister, prout de
Duce Mediolani, Parmæ, Ferrariæ, respectivè responderunt *Natta consil.661. nu.*
18. *Rimin. junior. consil.5. num.95. vol.1. Alciat. consil.9. tom.1. num.13. lib.3.*

Neque dicatur, quod tunc dignoscitur concessum privilegium ad eximendos 18
familiares à jurisdictione Ordinarii, quando deputantur alii Judices, ex quo tunc
per deputationem novorum Judicum censeatur adempta jurisdictio Ordinariorum. 19
Bart. in l. in sacris num. 2. C. de proxim. sacrorum scrinior. lib. 12. Menoch. præ-
sumpt. num. 18. lib. 2. unde cùm pro familiaribus Imperatoris, sive Magistro officio-
rum, Siniscalcho sit tributa hujusmodi jurisdictio, pro Magno Magistro autem nul-
lus habeat hanc jurisdictionem, inde dicebatur non esse ademptam ab Ordinario fa-
cultatem componendi pacem inter familiares Magni Magistri.

Quia Marescallo agenti pro certa jurisdictione, vel ad certum genus causarum 20
decidendum, sufficit obstare illi defectus jurisdictionis ex quo ad eum non pertinet
de Judice providere: sed vel jam est provisum per *L. cubicularios l. ultimam l. 2. supra*
allegatas, vel illi, penes quos omnimoda jurisdictio residet de Judice providebunt:

Et ita, &c.

Ad Quæstionem 31. *Additio.*

HOspitalia quædam sunt exempta jure communi, quædam jure speciali, sive
per privilegium. Communi quidem jure ab Episcopi subjectione libera sunt
illa, quæ privata auctoritate non accedente superioris Ecclesiastici consensu
& ordinatione ædificantur. *Innocent. Hostien. & alii DD. in cap. Ad hæc. de relig. domib.*
Bald. consil.319. lib.5. Castrens. consil.351. lib.1. Episcopus enim non fundat jus suum in lo-
cis profanis, quamvis piis, sed eorum plena dispositio penes fundatorem remanet
ut not. DD. in cap. inter dilectos de donat. mortuo tamen fundatore ad Episcopi curam
pertinet, ut pia ejusdem fundatoris voluntas executioni mandetur per text. *in Auth.*
de Eccles. stat. §. si quis autem pro redemptione; atque ad eundem spectabit executores ne-

gligentes compellere, ipsisque necdum exequrntibus exequi, *cap. tua nobis de statu.* adjecit autem Concil. Trident. *cap. 9. sess. 22. de reformat.* ut idem Episcopus quotannis rationem administrationis exigat, nisi secus in fundatione cautum fuerit, quod decretum locum habere etiam in hospitalibus privatis & prophanis notat *Barbos. ad d. c. 9. plenè Fagnan. in c. de Xenodochus, n. 10. & seq. & in c. ad hæc à n. 51. usque ad n. 60. de relig. domib.*

Quæ verò jure speciali ab Episcopo exempta esse prætenduntur, necesse habent id ipsum ostendere, vel ex statuto in limine fundationis, vel legitimâ præscriptione, vel privilegio Apostolico, *glossa in clem. quia contigit ver. de jure de relig. domib.* Regula enim est pro Episcopo, cui omnia loca pia suæ Diœcesis subjecta esse præsumuntur, *c. si quis Episcoporum 16. quæst. 5. c. constitutus de relig. domib. & simil.* exceptis hospitalibus, & aliis piis locis militarium aliorumque religiosorum ordinum, quæ ex juris communis dispositione visitari ab Ordinario non possunt, nec rationes administrationis eidem reddere tenentur. *D. clem. 1. quia contingit, premissa de relig. domib. Fagnan. in d. c. Adhæc num. 47. eod. tit.* ubi hoc limitatur in hospitalibus religionis B. Joannis Dei, de quibus idem *in c. tuarum num. 25. de privil.* Sed quoad hospitalia non regularia, quibus alioquin exemptio speciali jure competebat, concilium duplicem moderationem adhibuit, ut videlicet Episcopus tanquam Sedis Apostolicæ delegatus non obstante quovis privilegio, statuto aut consuetudine etiam immemorabili, visitare possit hospitalia, & quæcunque loca pia, etiamsi eorum cura ad Laicos pertineat, atque eadem loca exemptionis privilegio munita sint, ut apertè disponitur *in cap. 8. sess. 22. de reform.* ex qua quidem dispositione sacri concilii non intelligitur sublata Laicis administratio, & officialium deputatio, si quæ illis legitimâ consuetudine vel privilegio competere dignoscatur, quinimò nec jus simultaneæ visitationis, quod Laicis competere posse refert *Wemes. in const. per Concil. Trident. innovat. const. 16. n. 10. & ex eo Barbosa ad d. c. 8. sess. 22. num. 2.*

Si quæ autem hospitalia sub immediata Regum protectione existant, illa sine eorum licentia ab ordinariis visitari non possunt *d. cap. 8.* quod intellige, si simul exemptionis privilegio gaudeant, ac de hujusmodi regia protectione coram ipso Episcopo plena fides facta fuerit. *Latè Fagnan. in cap. de Xenodochiis num. 15. & seq. de relig. domib.*

Quid si in limine fundationis dictum fuerit Ordinarium visitare non posse, an nihilominus ex hoc concilii decreto id ei liceat? negativè respondit *Rota dec. 33. in princ. par. 2. recent.* & hoc per argumentum à majori colligit *Fagnan. in d. c. Ad hæc n. 44. de relig. domib.* non tamen ex eo solo, quod in limine fundationis jus visitandi fuerit alteri cuidam reservatum, censebitur idipsum Ordinario ademptum, sed reservatio illa intelligetur facta cumulativè cum Ordinario, ut post longam pro utraq;

parte

parte disputationem determinavit *Rota coram San.mem. Gregorio XV. dec.4.& dec.*
8.quæ sunt in recent.dec.30.& 33.par.2.

Altera moderatio, quam Concilium fecit circa hospitalia exempta, habetur *in c.9.ead.sess.22.de reform.* nempè ut administratores tam Ecclesiastici quàm Laici dictorum hospitalium singulis annis teneantur rationem administrationis suæ reddere Ordinario, non obstantibus quibuscunque privilegiis & consuetudinibus; quod decretum ita extenditur, ut quamvis statuto, consuetudine vel privilegio rationes reddendæ sint aliis personis ad id deputatis, debeat tamen unà cum his adhiberi Episcopus, non solùm in computibus revidendis, sed etiam in liberatione facienda. *Fagnan.in d.c. Ad hæc n.40.& 41.* & ab hac moderatione non excipitur nisi casus, quo in limine fundationis expressè cautum est, ne Episcopus in ratione administrationis se ingereret; undè apparet administratores locorum piorum Regiæ protectionis non esse liberos ab hujusmodi redditione rationum, quamvis ipsa loca à visitatione libera sint. *Barbosa ad d.c.9 sess.22. de reform.*

DECISIO LII.

Episcopus an possit visitare hospitale fundatum cum pacto, ut visitatio spectet ad Priorem illius, & quomodo visitandi jus censeatur concessum cumulativè, non autem privativè ad Episcopum.

R.P.D. Ludovisio, postea S.D.N. Gregorio XV.

Abulen. juris visitandi.

Est inter impressas Ludovisi decisio. 4.

Mercurii 28. Iunii 1600.

SUMMARIUM.

1 *Sententia lata absque citatione est nulla.*

2 *Actus qui dederunt causam liti, non tribuunt jus considerabile.*

3. *Prosectio loci pii alicui relicta non tribuit jurisdictionem.*
4. *Visitatio est actus jurisdictionis.*
5. *Jurisdictio censetur concessa commulativè non privativè quoad Ordinarios.*
6. *Fallit quando jurisdictio conceditur favore personæ in quam exerceri debet, & interest ejus non habere plures judices.*
7. *Hospitale habetur pro persona.*
8. *Visitatores plures habere non interest.*
9. *Ecclesia erecta cum hoc quod subsit Abbati, nihilominus est sub Episcopo.*
10. *Ecclesia statim ac est fundata, est in potestate Episcopi.*
11. *Hospitale erectum auctoritate Ordinarii dicitur Ecclesiasticum.*
12. *Episcopus in limine fundationis potest consentire, ut hospitale erigendum sit liberum à sua visitatione.*
13. *Episcopus quod visitationem à se abdicare non possit, intelligitur in Ecclesia jam constructa & num. 14.*
15. *Hospitale fundatum sine consensu Episcopi non est locus religiosus.*
16. *Visitatio non competit Episcopo visitando hospitali religioso, potest tamen competere ut Sedis Apostolicæ delegato ex forma Concilii Tridentini.*
17. *Visitator specialis an excludat Generalem.*
18. *In visitationis materia plurimum extenditur subjectio.*
19. *Visitationis materia est intricata.*
20. *Jurisdictio concessa ad petitionem & non motu proprio, censetur concessa privativè, non cumulativè.*

1 SEntentiam Provisoris Abulen. revocandam dixerunt Domini, non solum ex capite nullitatis, propter defectum citationis. *l. 1. §. item cum ex edicto ff. quæ sent. sine apell. rescind. l. de unoquoque ff. de re jud. l. nam ita Divus ff. de adopt.* sed etiam ex capite injustitiæ, quia in ea dicitur Episcopum esse in quasi possessione visitandi
2 Hospitale, de quo agitur, quæ tamen quasi possessio, non deducitur nisi ex actibus, qui dederunt causam liti, & jus aliquod considerabile non tribuunt, ut fuit dictum in *una Hispalen. jurispatronatus 16. Junii 1586. coram bonæ mem. Robusterio, & in alia Borgen. Jurisdictionis S. Joannis 4. Decemb. 1591. coram bon. mem. Orano.* Tum etiam, quia dicit visitationem spectare ad Episcopum tanquam ordinarium juxta declarationem Concilii, quæ tamen hoc non dicit, & Concilium concedit hanc facultatem Episcopis tanquam Sedis Apostolicæ delegatis.

Circa illud, quod etiam objiciebatur contra sententiam, videlicet quod ex fundatione spectet jus visitandi ad priorem, & propterea intret limitatio posita in decisione congregationis Concilii, nisi aliter sit in fundatione cautum; Domini non fuerunt concordes, si concessio facta Priori intelligeretur privativè, vel potius cumulativè, allegabantur præcipuè tradita *à Gabr. cons. 195. lib. 2.* in terminis visitationis Hospitalis facien. per Ordinarium, non obstante, quod in fundatione ejus cura alteri demandata videretur, qui tamen Gabr. loquitur, quando alicui esset concessa

sa protectio, & defensio, quæ (ut dicit, & probat ipse) non tribuit, nec eximit à jurisdictione, nil mirum si hujusmodi defensori non competit visitatio, quæ est jurisdictionis. *Innoc. in C. in singulis, num. 1. de statu Monach. Pavin. de visit. par. 1. quæst. 1. num. 8.* in casu autem nostro fuit inter alia commissa visitatio in specie: pro Episcopo tamen videtur facere communis Regula, quod jurisdictio censeatur concessa cumulativè, non privativè ad Judices ordinarios. *Bart. in l. 1. C. de offic. pref. Urb. Bald. in Unica §. ubi autem, num. 6. C. de Cad. tollen. Anchar. cons. 164. sub num. 5. vers. nec ex eo, quod populus, latè Roman. cons. 395. numer. 1. cum nonnullis seq. Paulus de Castro in l. testam. sub num. 6. C. de testam. Jas. qui communem dicit in l. quod in rerum §. si quis post numer. 8. ff. de leg. 1. Felin. in cap. pastoralis post num. 2. vers. Regulariter videtur de officio Ordinarii, Dec. consil. 3. num. 3. Ruin. qui de communi testatur consil. 7. numer. 5. lib. 4.* 3 4 5

posset tamen dici regulam limitari, quando jurisdictio conceditur favore personæ, in quam exerceri debet, & favor ipsius est non habere plures, qui eam exerceant, *Bald. in l. unica num. 7. C. de caduc. toll. Ang. consil. 375. ad finem vers. fallit 4. Aret. cons. 102. sub num. 1. Felin. in d. cap. pastoralis num. 2. in fine vers. limita. 5. Corn. cons. 3. sub num. 5. vers. 2. respondet lib. 2. Afflict. decis. 41. num. 2. in fine, & num. seq. Aym. cons. 411. num. 34. vers. septimo jura, Rimin. Jun. cons. 715. num. 9. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 18. sub num 16. vers. Nonus est casus.* 6

Hic autem concurrit favor hospitalis, quod pro persona habetur in hac materia. *Bald. in d. l. unica sub num. 7. Aret. consil. 83. num. 4. in fine & consil. 102. post num. 2.* 7 8

Interest autem hospitalis, ne vexetur à pluribus visitatoribus. *Ang. in l. si testamenta, vers. si favore personarum, C. de testam. sentit Bal. in Auth. habita sub num. 59. C. ne fil. pro patre*, maximè quia non solùm fuit concessa visitatio favore Hospitalis, sed etiam Prioris pro tempore, qui constituitur patronus ipsius hospitalis, *Angel. cons. 375. in loco supra citato. Gram. decis. 30. numer. 11. in fin. & num. seq. Aym. d. cons. 411. num. 34. Menoch. præsump. 18. numer. 23. & fuit dictum in una Burgen. jurisdict. S. Ioannis 20 Decembris 1596. coram bon. mem. Orano*: contra Priorem etiam facere videtur dictum. *Bart. in l. quoties §. fin. num. 1. ff. de administr. tut. quem refert, & sequitur Felin. in cap. cum venerabilis sub num. 33. vers. & ideo dixit Bart. de except.* quod si aliquis fundat Ecclesiam hoc pacto, quod subsit Abbati, quod nihilominus erit sub Episcopo. Non enim potest ædificans, aut fundans facere quod Episcopo non subsit, *Innoc. in cap. Lateranensi num. 5. de præb. Abb. in cap. cum dilectus nu. 4. de consuetud. & in c. 3. sub num. 13. de Eccl. ædif. & in d. c. cum venerabilis num. 33. & cons. 121. num. 2. facit cap. si quidam caus. 10 quæst. 1. Rota divers. decis. 10. de testam. in antiq.* si videtur posse dici prædicta procedere in fundatione Ecclesiæ & beneficii, quæ statim ac sunt constructa, sunt in potestate Episcopi. *cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. cap. cum Episcopus de offic. ordinarii in 6. cons. 121. sub num. 1. & in d. cap. cum venerabilis num. 32.* non forsan in hospitali; quia aut est cum auctoritate, & consensu Episcopi celectum, quo casu Ecclesiasticum dicitur. *Bal. in Auth. hoc jus provectum sub num. 11. C. de* 9 10 11

Cap. de sacros. Eccles. Paul. de Castr. in l. Orphanotrophius in princ. Cap. de Episc. & Cler. Card. in Clem. 11. in 10. quæst. de præbend. Abb. in cap. Ad hæc, numer. 1. de relig.

12 dom. & cùm intervenerit consensus Episcopi in fundatione sub tali forma facta, consensus Episcopi validat dictam ordinationem, non solùm in sui, sed etiam in successorum præjudicium. Abb. in dict. cap. tertio sub numer. 13. Felin. in dict. cap. cum venerabilis sub numer. trigesimo tertio. Barbat. cons. 33. colum. ante penult. vers. Et sic dicunt

13 Episcopus lib. 1. Rocc. de Curte de jurepatr. in verb. pro eo, quod sub numer. 26. & num. seq. Contra tamen facere videtur, quod tradit Feder. cons. 111. numer. 4. ubi Epi-

14 scopus aliquam Ecclesiam à se generaliter eximat, non potest à se abdicare visitationem, & correctionem; ad quod tamen responderi potest, illud posse procedere in Ecclesia jam constructa, & fundata, tunc agitur de amitten. jure quæsito, secus autem est in fundatione, quia agitur de jure quæren. & forsan aliter non fundasset testator nisi cum illa lege, ut bene Barbat. Abb. Roch. ubi supra, sed adhuc replicatur ex traditis per eundem Federic. cons. 247. qui extendit

15 etiam quando Episcopus id ageret in fundatione ipsius Ecclesiæ, & respondet contrariis: Aut hospitale hoc fuit sine Episcopi auctoritate fundatum, & tunc,

16 cùm non sit locus religiosus. Bald. & alii supra citati, Card. consil. 13. numer. tertio. Abb. cons. 3. numer. 2. par. 1. de jure communi non competit Episcopo visitatio. Abb. in cap. fin. in 1. notab. de Cens. Gabr. in prælleg. cons. 195. numer. 15. lib. 2. & licet ex fur-

ma sacri Concilii Tridentini possit Episcopus hujusmodi hospitalia, saltem ut dele-

17 gatus visitare, tamen Concilium tribuit illi hanc facultatem, dummodo non sit aliter in fundatione cautum: pro Priore autem facere videtur, quia ubi datur specialis visitator generalis, visitare non potest. Bal. in l. 1. numer. 2. ff. de offic. cons. sequitur Felin. in dict. cap. Pastoralis num. 2. in fin. & dicit idem Bal. in auth. habita num. 58. ne fil. pro patre. quod quando datur specialis visitator per Papam, derogatum est visitatori generali, qui tamen numer. 59. dicit hoc verum, quando est datus ad petitionem visitandorum, non quando motu proprio: ratio diversitatis est, ut explicat Corn. cons. 76. post numer. 8. lib. 1. quia quando datur ad postulationem, datur ad favorem ipsorum, quando datur motu proprio, potest alia subesse causa, & quod specialis visitator, quando datus est favore visitandi solus visitet, tradit Ang. in dict. l. Testamenta vers. si favore personarum. Cap. de testament. & facit, quod dicit Iacob. de Aren. in l. quod in rerum §. si quis, post numer. 1. quem sequitur Oldrad. Alber. numer. 2. Bald. numer. 1. cum post numer. 1. ff. de leg. 1. quòd Episcopus non potest visitare fratres Humiliatos de Mediolano, quibus per privilegium fuit indultum, ut per ministrum visitentur; idem tradit Corn. cons. 30. numer. 4. lib. 2. Ruin. in d. cons. 7. num. 6. Troil. de Malvet. de oblat. par. 2. dubit. 4. numer. 13. alias 44. & seq. Rim. Jun. cons. 715. numer. 10. Menoch. de præsumpt. 18. sub numer. 16. vers. Nonus est casus. Surd. cons. 56. numer. 53. vers. Et exemplum de visitatore: Contrarium tamen, quod visitator specialis à Papa

depu-

deputatus non faciat, quo minus Episcopus visitet, tradit *Anchar. in cap. si tibi, qui sub numer. 2 vers. quid ergo si Papa de rescript. in 6 sequitur Ias. in d. l. quod in rerum, § si quis post. sub num. 6. vers. breviter his non obstantibus, & decisionem Iacobi de Aren. dicit esse dubium Menoch. cons. 468. sub numer. 14. vers. Respondetur primo*, qui adducit multos dissentientes. Prima tamen opinio procul dubio est vera, & rationibus Jas. na Jac. de Aren. tamen ut animadvertit *Ruin. d. cons. 7 sub num. 6. idem Aret. cons. 102.* respondet *Menoch. ubi supra*, & quamvis *Aret. in d. §. si quis post*, dubitet de doctri- *sequitur doct. Ang.* quando favore personæ est datus visitator : faciunt pro ista opinione, quæ dicta sunt superius, quando jurisdictio est concessa favore certarum personarum : præsertim cùm in casu nostro, non in specie, sed in individuo concessa sit visitatio ad tradita *per Aret. in dict. consil. 102. post numer. 17. Aym. dict. cons. 411. numer. 33. vers. pro hoc magis in terminis* : quod maximè procedit in priore Patrono constituto propter Jus patronatus, quod habet in dicto hospitali ex dicta fundatione, ut per *Io. Bapt. Ferretium consil. 142. numer. 14.* & quia non est persona subdita Episcopo, talis enim subjectio in hac materia attenditur, *Bart. in l. fin. in fin. C. de reb.* 18 *milit. lib. 12. Brun. cons. 47. col. 2. vers. postremo predicta, Felin. in d. cap. Pastoralis sub numer. 2. vers. Considera bene, Corn. consil. 3. sub numer. 4. vers. Ad hanc intelligentiam maximè confert. lib. 2. Menoch. d. cons. 478. sub numer. 13. vers. imo idem dicit, ut docuit Bart. & fuit dictum in illa Burgen.* Multa alia possunt pro utraque parte adduci : ista enim materia, ut dicit *Ang. in d. l. testamenta*, intricata est, & casus iste continet magnam dubitationem, propterea de ea erit particulariter videndum.

* * *
* *

DE-

DECISIO LIII.

Visitandi jus censetur concessum cumulativè, non autem privativè quoad Episcopum.

R. P. D. Ludovisio, postea S. D. N. Gregorio XV. Abulen. juris visitandi.

Inter impressas Ludovisii decis. 8.

Veneris 10. *Novembris* 1600.

SUMMARIUM.

1. *Visitandi jus censetur cumulativè concessum cum Episcopo.*
2. *Visitator specialis facit cessare Generalem.*
3. *Procedit in Prælato regulari cui speciali jure censetur concessa jurisdictio.*
4. *Visitare non potest ordinarius, quando in fundatione fuit dictum, quod per certam personam & non per aliam fieri debeat visitatio.*

QUædam Francisca de Manzeda de Anno 1572. in suo testamento fundavit hospitale sancti Nicolai nuncupatum della Coppera Oppidi de Olmedo Abulen. Diœc. eo adjecto, ut ille, qui pro tempore fuerit Prior Monasterii S. Mariæ della Meidrada sit Patronus dicti hospitalis, ad hoc, ut ipse illud visitet, & provideat in eo, quicquid sibi placuerit expedire, pro ut latiùs in dicto testamento, cujus copia datur; quam auctoritatem confirmavit, & ampliavit in Codicillis concedendo illi liberam, & generalem potestatem, quam ipsa habet, & prout ipsa fecere posset, tam circa executionem omnium in testamento contentorum, quàm circa hospitalis administrationem; stante hujusmodi facultate Priori dicti Monasterii concessâ, & declaratione sacræ congregationis Concilii Tridentini cujus copia datur his verbis. *Congreg. Concil. censuit ex decreto Concil. cap. 8. sess. 22. Episcopum posse visitare, nisi aliter cautum sit in institutione*: fuit dubitatum, an Priori S. Mariæ competat jus visitan. dictum hospitale privativè, quoad Episcopum Abulen. & Domini Informante tantum Priore, quia proceditur per contradictas, fuerunt in unanimi voto contra informantem non esse per hujusmodi facultatem Priori in fundatione con-

voto contra informantem non esse per hujusmodi facultatem Priori in fundatione concessam, ademptam facultatem visitandi, tributam Episcopo ex dispositione *Concil. Trid. cap. 8. sess. 22.* quidquid sit de jure comm. & unus ex Dominis attulit a-liam declarationem Congreg. quæ ita demum excludit Episcopum, si in fundatione cautum sit, ut Episcopus non possit visitare; quod non fuit factum in casu isto, in quo de Episcopo nulla fit mentio, & licet sit concessa visitatio Priori, intelligi ta-men debet cumulativè, non privativè quoad Episcopum, contra quem debet esse expressa prohibitio, ut censuit Congregatio, & propterea, quæ dicuntur de speciali visitatore deputato, quod faciat cessare generalem *ex Doctr. Iacobi de Aret. in l. quod interdum §. si quis potest, ff. de leg. primo & seq.* ultra quod habet multos contradicto-res, & procedit in Prælato regulari, cui speciali jure censetur concessa jurisdictio pri-vativè. *Abb. in C. pastoralis sub num. 6. vers. sed in regularibus aliud puto, & ibi Felin. num. 4. de officio ordin.* Dixerunt Domini hæc, & alia, quæ de jure comm. allegantur non esse habenda in consideratione, cùm habeamus dispositionem Concilii, quam debemus attendere.

Ad Quæst. XXXII. *Additio.*

PRivilegium Eugenianæ constitutionis non solùm tribuitur Officialibus quo-rum nomine ¦ r mò & præcipuè veniunt Cardinales, & eorum familiares, & Prælati Romanæ curiæ, sed & omnibus curialibus, etsi Officiales non sint ut Advocati & Procuratores. *Rota coram Buratto, decis. 220. numer. 3.* imò etiam o-mnibus Clericis, qui occasione negotiorum suorum in Curiâ commorantur, dum-modo per aliquod tempus notabile in eadem resideant, quod hodie ex constit. Pauli V. intelligitur. *Fagnan. in C. licet, numer. 44. de foro compe. Ridolfin. in pract. par. 3. cap. 4. numer. 180.* & hi omnes Eugenianæ privilegio gaudentes, si in par-tibus conveniantur jus habent revocandi, & Auditor Cameræ facultatem habet in-hibendi in vim d. constitutionis etiam Judici de partibus, ut legitur in Facultatibus A. C. concessis à Paulo V. *constit. 28. §. nec non etiam, & constit. 71. §. præterea Au-ditor.* & decisio Ægidii hic per dictum Auctorem allegata intelligi debet juxta stylum antiquum, secundùm quem Auditor Cameræ non erat Auditor generalis Papæ, & ordinarius totius universi, sed tantum Judex Curialium, de quo stylo etiam in-telligitur. *Decisio 5. de offic. ordin. in antiq. Gravat. in addit. ad Vestr. lib. 2. cap. 4. num. 10. Ridolfin. par. 1. cap. 1. num. 13.*

Cessat autem hoc privilegium exemptionis primò, quando Curialis est actor, quia tunc tenetur sequi forum rei. *Rot. decis. 716. par. 4. divers.* ubi id extenditur, quamvis agat intentando remedium l. diffamari, nisi proipso staret possessio, *Rota in Mediolanen. bonorum 28. Martii 1594. coram Card. Millino apud Marchesan. Tom. 2. fol. 462.*

Secundò cessat, si Curialis conveniatur in partibus à pupillo, vidua, aliave personâ miserabili habente electionem fori vigore *l. un. C. quand. Imper. inter pupill. & vid.* nam Eugeniana hujusmodi privilegio in corpore juris clauso non derogavit. *Felin. in cap. sicut Romana num. 12. de rescript.*

Tertiò ex dispositione Concilii Trident. non habet locum Eugeniana in Curialibus habentibus beneficia in partibus, nam ratione beneficiorum coram Ordinariis rectè conveniuntur. *cap. 11. sess. 24. de reform.* & ideò etiam Parochi non residentes non obstante quavis exemptione, etiam vigore Eugenianæ constitutionis, ab ordinariis per censuras, & sequestrationem, aut subtractionem fructuum, aliaque jura remedia etiam usque ad privationem beneficiorum compelli possunt, *ex cod. Concil. cap. 1. sess. 23. in fine.*

Quartò si Curialis in partibus conventus ante litem contestatam de privilegio suo non opponat, postea illi opponendi facultas amplius non est, ut in Regnicola concluſum fuisse testatur *Marchesan. de commiss. par. 2. tit. de commiss. super Eugenian. numer. 20. & segq. Fagnan. in dict. cap. licet, numer. 52. de foro compet. Rudolf. par. 1. cap. 4. num. 176. & 177.*

Qualiter autem acquiratur & amittatur curialitas? explicatur in duabus sequentibus Decisionibus.

* * * *
* * *

DECISIO LIV.

Beneficia familiarium Papæ ut dicantur reservata, quid requiratur; & an Curialitas semel contracta censeatur continuata usque ad mortem.

R. P. D. Pirovano. Decis 429. par. 5. recent.

Romana Benificiatus S. Petri.

Veneris 8. Aprilis 1622.

SUMMARIUM.

1. *Arbitrium regulatur à jure.*
2. *Curiam, si quis sequatur, Curialis propterea est dicendus.*
3. *Beneficia Curialium, si vacant, etiamsi in curia existant, dicuntur vacare apud Sedem & num. 4.*
5. *Beneficiorum collatio vacantium apud Sedem, spectat ad Papam.*
6. *Curialium beneficia, ut dicantur reservata Papæ, duo requiruntur, primò quod sit contracta vera Curialitas, Secundò, quod eadem qualitas in Curiali continuaverit usque ad mortem, num. 6.*
7. *Curialitas, si semel fuerit contracta, nisi probetur mutata, præsumitur continuata usque ad mortem.*
8. *Qualitas semel inhærens persona, præsumitur semper durare.*
9. *Curialitatis defectus, & mutatio benè probatur per assecutionem beneficii requirentis residentiam, per quod dicitur curialem contraxisse domicilium in urbe.*
10. *Habitationis accidentalis animum dicitur quis deposuisse, dum deficit causa accidentaliter commorandi in urbe, ex vera & naturali superveniente occasione domicilii contracti.*
11. *Domiciliarius urbis si quis est effectus, an ex hoc desinat esse curialis.*
12. *Curialis, si contraxerit domicilium in urbe, simul etiam stare potest, quod permaneat Curialis, & sequendi Curiam animum retineat.*
13. *Domicilium acquisitum cum domicilio originis, est compatibile.*
14. *Per domicilium contractum intrat compatibilitas nedum in retinenda curialitate, sed etiam ad eam acquirendam.*

15. Fa-

15. *Familiaritas Cardinalis remanet, etiam si familiaris haberet Ecclesiam parochialem extra Curiam.*
16. *Habitatio non omnis in Curia facit curialem, sed illa, quæ remanet qualificata ab aliquo exercitio inducente curialitatem.*
17. *Curialitatem, si quis contraxerit, si postea aliquis asserat, eum non amplius esse curialem, tenetur probare eam fuisse dimissam per eum, vel verbo, vel facto contrario.*
18. *Beneficia familiarium Papæ sunt reservata.*
19. *Familiaris familiaris mei, an sit meus familiaris.*
20. *Auditor est familiaris Papæ.*
21. *Familiaris familiaris Principis, est etiam familiaris ipsi Principi, & ratione excellentiæ Principis, & protectionis illius, sub qua, & dominus, & familiares sui conservantur.*
22. *Beneficia familiarium familiaris Papæ, cadunt sub regula reservationis beneficiorum familiarium Papæ.*
23. *Papa circa ea, quæ sunt juris, nonnorat.*
24. *Papa, si in collatione beneficii, opponat clausulam dummodo eius dispositio ad nos hac vice pertineat &c. quid importet.*
25. *Contrarietas in eadem scriptura, non admittatur, sumenda est omnis interpretatio ad eam evitandam.*

IN casu proposito concurrunt duæ gratiæ ad favorem D. Prosperi de Molatis, prima ad collationem beneficii, de quo agitur, uti de reservato, ad cujus impugnationem non erat necessaria aperitio oris pro D. Petro Paulo Patriarcha, dummodo contineret clausulam, per quam esset sublata facultas illā impugnandi. Secunda vero respiciebat facultatem capiendi possessionē ejusdem beneficii amotis quibuscunque, ac etiam non verificatis præmissis narratis, pro obtinenda dicta gratia, & in hac ex appositā clausula *sublata*, unde pro ea removenda instante Patriarcha emanavit scriptum super aperitione oris, & reductione brevis ad viam juris arbitrio Rotæ, & dato dubio: An intret arbitrium ad effectum prædictum, Domini voluerunt gubernare reservatione, partibusque super ea informantibus.

Censuerunt non intrare arbitrium, quia constat de reservatione beneficii, de quo agitur, & ea suppositā deficit jus conferendi in aliis collatoribus, & consequenter ejusdem Patriarchæ, à quo arbitrium debet regulari, *Ces. de Grass. decis. 8. num. 2. de sent. & re jud.*

1 Vacavit enim per obitum Bernardini Toni, dum ille esset exter, & famulando
2 in servitiis Auditoris Rotæ, Curiam sequeretur, & Curialis propterea diceretur.
Mandos. ad reg. 5. in prima par. numer. 18. cujus beneficia etiam in Curia existentia di-
3 cuntur vacare apud Sedem, *Cap. præsenti, §. sane de præb. in 6. ubi gloss. Monach. Archid. Franc. Gemin. idem notant & Ægid. & Simon de quibus in voto bon. mem. Card. Lancell.*

tunc

tunc Rotæ Auditoris, & Reverendiss. Decani idem confirmant, quorum dicta prius Rota sequuta fuerat in Romana beneficiatus S. Petri 10. Januarii 1593. coram bon. mem. Cardin. Blanchetto, & in alia simili Clericatus S. Petri 27. Novembris 1602. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio, quæ est inter impress. in 4. par. divers. 616. § Et cum hujusmodi beneficiorum collatio ex vacatione apud Sedem, de qua is cap. 2. de præben. in 6. spectet ad S.D.N. meritò visum fuit constare de reservatione.

Non obstat, quod ad effectum reservationis prædictæ duo debeant probari, 6 nempè vera curialitas contracta per Bernardinum. Secundò, quod eadem qualitas in eo continuaverit usque ad mortem, & prout dicebatur hæc qualitas desiderari per extravag. ad regimen. & regul. 5. Cancell. & idem disponatur in d. § sane, quem in hunc sensum intelligunt ibidem Archid. in fin. & Anchar. in 5. notab. & Mandos. in regul. 5. in 3. quæst. in fine.

Quia ubi semel acquisita curialitas non impugnatur, eadem usque ad mor- 7 tem continuata censetur, nisi probetur mutata, Bart. qui loquitur de domicilio accidentali acquisito per habitationem, & incolatum in l. assumptio §. ulti. ff. ad municip. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 42. numer. 12. & præsumpt. 25. num. 3. ubi loquitur de qualitate semel inhærente personæ, quæ præsumitur semper durare. 8

Non obstat, quod mutatio, & desertio curialitatis benè probetur per assecu- 9 tionem hujus beneficii ab eodem Bernardino requirentis residentiam, per quod dicitur contraxisse domicilium in Urbe, Felin. in cap. dilectus n. 2. num. 4. de rescript. dec. 113. par. 2. in recent. & indè deposuisse animum accidentalis habitationis, dum deficit causa accidentaliter commorandi in Urbe ex vera, & naturali superveniente occasione domicilii contracti.

Quia adhuc consequentia non est necessaria, si dicatur, Bernardinus effectus 11 est domicilatius Urbis, ergò desinit esse curialis, quia simul esse potest, quod quis contraxerit domicilium in Vrbe, & nihilominus permaneat curialis, & sequendi cu- 12 riam animum retineat, prout compatibile est domicilium acquisitum, cum domicilio 13 originis, Menoch. ead. præsumpt. 42. l. 6. quinimò eadem compatibilitas intrat, nedum in retinenda curialitate, sed ad illam acquirendam post contractum domicilium, ut 14 dictum fuit de familiaritate Cardinalis, etiam quod ille haberet Parochialem Ecclesiam extra curiam, in Papien. præpositura 10. Novembris 1610. coram Episcopo Attrebaten. 15

Neque dicatur, quod hæc duo admitti possunt, scilicet, ut Bernardinus ab initio fuerit curialis, & quod curialitas non sit incompatibilis cum beneficio requirente residentiam, sed nihilominus durat tertia difficultas, quod beneficiatus continuaverit usque ad mortem in eodem officio, quod dedit causam curialitati, cum non om- 16 nis habitatio in curia faciat curialam, sed illa, quæ remanet qualificata ab aliquo exercitio

ercitio inducente curialitatem, ut in eadem *dec. 616. n. 2. par. 4. divers.* fuit dictum.

Quia hoc est, quod supra firmatum fuit, Patriarcham habere regulam contra
17 se, super continuatione curialitatis, quam tenetur probare fuisse dimissam per Bernardinum, vel verbo, vel facto contrario, vel per cessationem causæ accidentalis, quæ relevet, ut indè reservatio excludatur, de quibus adhuc visum fuit non constare, ut ex-
18 tertim Breve arguatur, quod sit fundatum in falsa causa reservationis.

Placebat etiam Dominis alterum caput reservationis deductum ex familiaritate Papæ, dum Breve emanavit motu proprio, & narrativa continet, quod Bernardinus exter & unius ex causarum Palatii Apostolici Auditoribus continuus commensalis atque curialis existens, præfatum Beneficium obtinuit, & hodie, seu nuperrimè apud Sedem præfatam diem clauserit extremum, vacaverit, & vacet, nullusque de-
20 lo prærer nos, hac vice disponere potuerit, sive possit, reservatione, & decreto obstan-
21 tibus supradictis. Nam etsi quæstio sit apud scribentes, an familiaris familiaris noster sit meus familiaris, ut indè dicatur familiaris Papæ, ille qui est familiaris Auditoris causarum Palatii Apostolici, qui indubitanter est familiaris Papæ ex constitutione Pauli III. quæ est tertia in ordine Bullarii, attamen cum multi sequuti fuerint partem affirmativam ratione excellentiæ Principis, & protectionis illius, sub qua-
22 rum Dominus & familiares sui conservantur, ut *Salycet. in l. 2. n. 5. C. de Episc. & Cleric.* censeus, propterea illorum beneficia comprehendi sub regula reservatoria beneficiorum familiarium Papæ, & alii allegati *per Menoch. de arbitr. cas.* 201. *n.* 120. indè dicendum est saltem ad evitandum obiectum falsitatis causæ ex eo, quod Papa affirmativè nar-
23 ravit reservationem, & super ea disposuerit, voluisse declarare quæstionem juris indubitata facti suppositione, quod Bernardinus esset familiaris Auditoris Rotæ sequendo rationes *Anchar. in cons.* 193. *n.* 1. *& seq.*

Neque obstat clausula, dummodo ejus dispositio ad nos hac vice pertineat, cui
24 solet ostendere Papam noluisse de beneficio providere, nisi reservatum probetur eadem *dec. 616. n. 2. part. 4. divers.* admittitur.

Quia prius in eodem Brevi affirmativè loquutus fuit Papa, quoad vacationem præsentis beneficii, propter familiaritatem, & curialitatem, & addit ibi, nullusque
25 illo præter nos hac vice disponere potuerit, sive possit, undè; ne in eadem scriptura admittatur contrarietas, sumenda est omnis interpretatio, ad eam evitandam, *text. in l. decios, de fide instr. Bart. in l. fin. §. idem quæsivit ff. de cond. indeb. Aretin. cons.* 9. *n.* 1. qui loquitur in Bullis Papæ. *Pereg. cons.* 14. *n.* 7. *vol.* 3. atque ita, quo ad vacandi modos sub clausula restrictiva, *sive præmisso*, contentos, operetur suos effectus, & quo ad familiaritatem pura remaneat declaratio.

Et ita &c.

DECI-

DECISIO LV.

Animi depositio circa curialitatem jam acceptam, deferendam, ex quibus probetur.

R.P.D. Pirovano. Decis. 9. par. 5. recent.

Romana Beneficiatus S. Petri.

Lunæ 33. Martii 1626.

SUMMARIUM.

1 *Reservationis fundamentum de qua in c. præsenti §. sanè de præben. in 6. est curialitas de tempore obitus.*

2 *Text. in cap. præsenti §. sanè de præben. in 6. duo copulativè requirit, scilicet, quod quis antea sit curialis, & quod de tempore obitus habitaret in curia occasione curiæ.*

3 *Curialitatis solius ratione quis non potest dici effectus domicilarius Urbis.*

4 *Civis alicujus loci quis efficitur per assecutionem beneficii.*

5 *Curialitas, ut assequatur, requritur & animus, & factum qualificatum per aliquod exercitium.*

7 *Curialitatis continuatio pendet ab animo.*

8 *Possessio, ut acquiratur, requiritur animus & factum.*

9 *Possessio quandò dimittitur, sufficit animus absque alio facto.*

10 *Curialitas si semel fuerit acquisita, præsumitur continuata usque ad obitum, nisi mutata probetur.*

11 *Curialitatis dispositio probari debet per actus differentes.*

12 *Curialibus plura privilegia concessa sunt.*

13 *Renuntiatio non præsumitur per actus indifferentes.*

14 *Renunciatum non præsumitur juri proprio per actus non inferentes ad renunciationem.*

15 *Possessor semel præsumitur usque ad obitum continuasse possessionem.*

16 *Possessor non præsumitur continuasse possessionem usque ad obitum, quandò contrariæ præsumptiones concurrunt.*

17 *Probatio, ubi requiritur plena, & concludens, non sufficit præsumptio.*

Fuit

TErtio loco causâ propositâ, placuit Dominis, mutando sententiam recedendi decisis sub die 20. Novembris 1624.

Visum enim fuit omnibus junctis, & rursum ponderatis probati Bernardinum Tonum, per cujus obitum vacavit beneficium, de quo agitur, desisse esse curialem de tempore sui obitus, & per consequens deficere hujus reservationis fundamentum desumptum *ex cap. præsenti §. sanè de præben. in 6.* duo copulativè requirente, quod anteà esset curialis, & quod de tempore obitus habitaret occasione curiæ, ut expresè ponderant *Anchar. Archidiac. Monach. Butr. in dicto §. sanè & Rot. dec. 616. n. 1. par. 4. diversi.* Nam verum est, nec controvertitur Bernardinum assecutionem beneficii contraxisse curialitatem; exindè autem obtinuisse beneficium residentiale in Vrbe; undè cum ratione solius curialitatis non diceretur factus domicilatius Vrbis. *Paris. consil. 53. num. 89. lib. 3.* & post assequutum beneficium obligans ad residentiam acquisierit domicilium, & effectus fuerit civis Romanus. *Sed consil. 301. num. 7. Rot. decis. 731. num. 15. par. 1. diversi.* benè potest præsumi habitatio ista subsequens, continuata magis ex præambula causa acquisiti domicilii, quàm ex curialitate domicilio carente, quæ præsumptio eò vehementius stringit ex subsequutis post obtentum beneficium, quod contigit de anno 1602. quia idem Bernardinus recepit se ad habitandum in via ascensus ad Sanctum Honuphrium, ut dicunt testes dati, nempè secundus, tertius, & quartus, quæ est Regio à negotiis curialium multum distans, & proxima residentiæ sui beneficii, cui se totum dedisse profitebatur, ut deponunt alii testes dati *Summario Petri Pauli num. 2.* quibus accedunt aliæ testium depositiones *eodem num. 2.* super detestatione negotiorum curialium ab eodem Bernardino factâ, & ab eisdem aversione, & protestationibus de non se ingerendo in negotiis curialibus, & signanter primus juxta quartum respondit ab eodem Bernardino audivisse, quod si à Paulo V. vocatus fuisset, ei nonnisi servisset etiam cum mercede scut. 10. pro quolibet die, & hoc, quia illi displicebant negotia curialia; & secundus super tertio & quarto, quod aliud non curabat, quàm servire suo beneficio, nec alia negotia gerere; quia in totum se alienaverat à curia; quartus super tertio, quod volebat tantummodo inservire suo beneficio, nec ad alia se applicare, & textus super tertio referens eundem Bernardinum dicentem, se contentum esse sui status, nec aliud curare præter servitium suæ Ecclesiæ, & quod totaliter se alienaverat à curia, quæ detestationes, aversiones & protestationes subsecutæ ad domicilii acquisitionem per assecutionem prædicti beneficii residentialis, visæ fuerunt sufficientes ad probationem animi circa curialitatem jam inductâ pro qua assequenda, etsi requiratur, & animus, & factum qualificatum per aliquod exercitium, *ut in d. §. sanè & declarat Rota decis. 616. num. 2. par. 4. diversi.* ad illius remen dimissionem sufficit animus, à quo pendet curialitatis continuatio. *Mandos. super reg. 5. par. 4. num. 7. & 8. Mant. decis. 313. & 323.* & prout dicitur de possessione,

quæ in

quæ in acquisitione illius requirit animum, & factum; in dimissione autem sufficit animus. *L. 3. §. in amittenda. ff. de acquir. possess. Rota coram PP. Gregorio XV. dec. 307. num. 9.* 9

Non obstat consequentia semel acquisitæ curialitatis, ut eadem continuata censeatur usque ad obitum, nisi mutata probetur. *Mandos. super eadem reg. 5. quæst. 4. numer. 6. vers. ad illud. Sarnen. in simili de familiaritate super reg. de Impetr. benefic. per obitum famil. quæst. 13. versicul. prædicta tamen & de civilitate Bartho. in l. assumptio §. ultimo, ff. de municip. Menoch. præsumpt. 25. num. 3. & præsumpt. 42. num. 12. lib. 6.* quia iam ex prædictis Domini existimant probari mutatam esse voluntatem essendi curialem. 10

Non obstat, quod hæc animi depositio circa curialitatem deferendam non probetur per actus differentes, prout necessarium esset; undè dicebatur in decisione, quæ revidetur, domicilium acquisitum per assecutionem beneficii residentialis non esse qualitatem repugnantem curialitati; similiter detestationes, aversiones, protestationes non radicare statum ipsius Bernardini curialem, sed versari circa exercitium negotiorum curialium, à quibus se alienaverat Bernardinus acquiescendo fortunæ suæ, quæ omnia se compatiuntur cum retentione curialitatis jam impressæ, & pro qua competunt multa privilegia, nempè exemptionis à spoliis, juris prælationis in collationibus beneficiorum, & 12 privilegiis Eugenianæ, de quibus per *Gonzal. ad reg. 8. Gloss. 4. numer. 15.* quibus non præsumitur Bernardinus voluisse renunciare per actus indifferentes, & necessariò non inferentes ad renuntiationem, prout debent esse ad 13 concludendam proprii juris renuntiationem. *Calderin. consil. 5. in fin. de præben. Decian. consil. 52. numer. 23. lib. 1. Rota decis. 471. numer. 5. par. 1. recent.* 14 11

Quia ultra, quod actus prædicti videntur sufficere ad probationem desertæ curialitatis, fuit etiam responsum sufficere, quod præsumptivè urgeant contra statum curialitatis, ut indè tollatur altera præsumptio continuationis ejusdem status usque ad obitum Bernardini, ut dicitur de possessore, qui præsumitur usque ad obitum continuasse in possessione, nisi contrarium probetur. *Alsiat. tract. de præsumpt. reg. 2. præs. 21. numer. 1. Rota decis. 4. de probat. in novis & decis. 106. numer. 3. par. 2. recent.* & si contrariæ præsumptiones concurrant, cessat illa præsumpta continuatio, ut declarat idem *Alciat. d. præsumpt. 21. numer. 12. & 13. & latius prosequitur Menoch. præsumpt. 64. numer. 65. lib. 4.* quæ maximè procedunt, ubi agitur de probanda reservatione; ut hic, ubi non sufficit præ- 15 16

cit præsumptiva probatio, sed requiritur plena, & concludens. *Ægid. decis. 62. Gomez. ad regul. per obitum familiarium quæst. 13. versic. nec obstat. Rota decis. 53. per. 2. divers.*

Demum non obstant testes per Molariam inducti ad probandum, quod Bernardinus operam dabat aliquibus negotiis & litibus, & quod obsequeretur quibusdam Cardinalibus: quia quoad lites & negotia, iidem testes dicunt, quod per absentiam dictum Cardinalium cessabant; quòd verò ad obsequium Cardinalium testes non concludunt tale fuisse, ut indè inferri possit ad qualitatem curiali inhærentem.

Et ita &c.

Ad Quæstionem 36. *Additio.*

EXemptus ædificans Ecclesiam in loco non exempto, an acquirat exemptionem? ista quæstio potissimum occurrit in erectione novorum Monasteriorum & conventuum, ad quàm legitimè faciendam tam jure antiquo, quam novo, Ordinarii licentia & consensus exigitur, & aliter exstructa loca privilegio ordinum non gaudent, ut est textus *in cap. cum olim il. 2. de privileg. & probatur in cap. quidam 18. quæst. 2.* & hodie dispositum est in Concil. Trident. *cap. 3. in fine sess. 25. de regularib.* an autem sola Ordinarii licentia sufficiat, non convenit inter Doctores; aliis affirmantibus sufficere apud *Emanuel. Roderic. quæst. regul. tom. 2. quæst. 90. art 3.* aliis ulterius licentiam Sedis Apostolicæ requirentibus; *ut per Barbos. de offic. Episc. par. 2. alleg. 26. num. 4.*

Breviter facio tres conclusiones. Prima. Erectio novorum conventuum in Italia & insulis adjacentibus hodie fieri non potest sine licentia Sedis Apostolicæ ex Bulla San. mem. Innocentii X. *quæ incipit: Instauranda edita 22. Octob. 1652. Fagnan. in cap. non amplius num. 71. versf. quartum denique de Institut.*

Secunda. Extra Italiam & insulas adjacentes salva est Ordinariis facultate erigendi Monasteria & Conventus eisdem tributa à Concilio Tridentino, dummodo servetur forma constitutionis Clementis VIII. editæ 23. Julii anno 1604. nempè ut talis erigendi licentia concedatur vocatis & auditis aliorum in eodem loco existentium conventuum superioribus, aliisque interesse habentibus, & constito ex cognitione causæ, quod conventus noviter erigendus sine aliorum detrimento commodè sustentari possit. *Fagnan. in d. cap. non amplius n. 62. & 65.*

Tertia. Tam intra, quàm extra Italiam novi Conventus erigi non debent, nisi in illis saltem duodecim Religiosi commodè habitare & sustentari va-

leant

leant ex constitutione Gregorii XV. cui postea Urbanus VIII. adjecit sub die 12. Junii 1625. ut conventus posthac erigendi cum minori numero, eo ipso Ordinarii visitatio correctioni, atque omnimodæ jurisdictioni subjecti esse intelligantur *idem Fagnan. in cap. Grave. num. 53. & num. 78. de offic. ordin. vid. Rot. decis. 54. n. 9. & seq. par. 13. recent.*

Ast in casu converso, num Ecclesia in solo spectante ad exemptos ædificata gaudeat eodem jure exemptionis? controversum est. Alii enim affirmant regulam generalem, quod ædificium solo cedat, habere locum etiam in Ecclesia, quæ est opinio *Baldi cons. 311. n. 4. lib. 3.* alii econtra in hoc casu solum dicunt cedere Ecclesiæ. *Arg. l. is qui intulit & ibi glos. ff. de relig. & sumpt. fun. prout tenuit Calderin. cons. 421. a-bis 5. de relig. domib.* & hanc posteriorem opinionem uti de jure veriorem aliquando secuta est *Rota decis. 309. numer. 6. par. 4. recent. & coram Merlino decis. 31. numer. 16. & 17.*

Id tamen nonnunquam speciali Sedis Apostolicæ privilegio conceditur, ut Ecclesiæ & loca pia in terris ac fundis ad exemptos spectantibus erecta sub eorundem jurisdictione plenâque dispositione existant, prout sacrosanctæ Basilicæ Lateranensi concessum fuit à Bonifacio IX. de cujus indulti interpretatione actum fuit in Rota *in causa Catacen. Ecclesiæ sub die 23. Junii 1642. & 10. Junii 1643. coram R.P.D. Bichio. & in Beneventana Ecclesiæ 20. Februarii 1668. coram Eminentissimo Taia.*

DE-

DECISIO LVI.

Dominium & superioritas ex quibus probetur. Et de juribus Episcopi quoad Ecclesias exemptas.

R. P. D. Bichio.

Cathacen. Ecclesiæ.

Inter impof. fas Bichio decis. 10.

Lunæ 23. Iunii 1642.

SUMMARIUM.

1 *Dominium ad quemcunque effectum probatur ex enunciativis antiquis donationum, & recognitionum.*

2 *Eoque magis junctis adminiculis.*

3 *Pro domini adminiculo deservit plurabitas instrumentorum.*

4 *Ad dominium probandum valdè conducunt præstationes annuæ in recognitionem dominii.*

5 *Dominium probatur ex insignibus positis super portam.*

6 *Maximè in antiquis, in quibus dominium etiam per indicia, & conjecturas probatur.*

7 *Episcopus visitando non potest jura capituli præjudicare non constat de illius scientia.*

8 *Confraternitas est quid separatum ab Ecclesia, & ab una ad aliam non refertur.*

9 *Episcopus potest visitare etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatus dispositione S. Concilii Tridentini.* Sess. 7. cap. 8. & sess. 21. cap. 8. de reformat.

CEnsuit Rota Ecclesiam sub invocatione S. Jo. Baptistæ disciplinatorum civitatis Cathacensis spectare ad Capitulum Lateranense.

Illud

Illud enim enim vigore privilegiorum à Summis Pontificibus obtentorum, dedit potestatem Joanni Soldato dictam Ecclesiam construendi de Anno 1532. cujus potestatis vigore Soldatus de eodem anno Ecclesiam costruxit in solo sibi ad id concesso à communitate Cathacensi, eandemque Ecclesiam donavit Capitulo, quod donationem acceptavit, ac omnia privilegia communicavit Ecclesiæ donatæ, & confraternitati in ea erectæ, à qua tamen voluit sibi singulis annis pro recognitione dominii præstari libram ceræ laboratæ, prout hæc omnia habentur in publicis documentis monitorii A.C. dictæ concessionis factæ à Capitulo de anno 1532. quorum cùm sint plura, & excedant centum Annos, etiam enunciativæ sufficiunt ad probationem dominii ad quemcunque effectum tam ex parte donantis, quàm Capituli donatarii. *Bald. in l. cum aliquis, numer. 4. & ibid. Jason. numer. 4. C. de jure deliber. Felin. in cap. cum causam, numer. 4. vers. tamen instrumenta, de probat. Dec. cons. 146. numer. 14. Socin. cons 187. numer. 5. lib. 2. Menoch. cons. 409. num. 9. & 10. Cassad. decis. 3. num. 3. de procurat. Afflict. decis. 204. lib. 2. in Corr. Rota in recent. decis. 91. numer. 2. par. 1. dec. 223. numer. 4. par. 2. decis. 81. numer. 12. par. 5. & in Papien. bonorum 28. Aprilis 1595. coram bon. mem. Card. Millino & in Romana devolutionis 28. Maii 1625. coram bon mem. Pirovano.* 1

Eò magis junctis adminiculis. *Ripa in l. aliquam rem, numer. 39. ff. de acquir. poss. Dec. d. cons. 146. num. 14. Paris. cons. 104. num. 82. & seq. lib. 1. Cas. de Graff. decis. 10. num. 7. de causa poss. & propriet. Caval. decis. 269. num. 3.* 2

Quæ hic non desunt, nam Capitulum primam concessionem à se ut supra factam confirmavit & renovavit de Anno 1576. item Anno 1610. & 1620. ut patet ex publicis instrumentis *Summar. numer. 4.* & pluralitatem instrumentorum pro adminiculo dominii adducit. *Socin. d. cons. 187. numer. 16. lib. 2. Macrobr. cons. 52. num. 10. Rot. decis. 193. num. 2. par. 2. recent. decis. 81. num. 15. par. 5.* 3

Item dantur præstationes annuæ ceræ Capitulo in recognitionem dominii ut supra promissa per Annos quinquaginta. *Summar. numer. 5.* quæ valdè conducunt ad probandum Dominium. *Roman. cons. 127. numer. primo, Alexand. cons. 8. numer. 2. lib. 7. Menoch cons. 409. numer. 12. Valasc. de jure emphyteut. quæst. 9. numer. 17. in fine. Seraphin. decis. 869. num. 3. Rota decis. 290. numer. 4. par. 1. recent. & decis. 79. num. 4. par. 5.* 4

Apparet etiam quod non semel officiales confraternitatis fuerunt electi de mandato Capituli Lateranensis, & insuper quod supra portam magnam Ecclesiæ, nec non in lapide fontis Baptismalis, ac aliis in locis adhuc insigna Capituli, quæ dominii argumentum præbent. *Afflict. decis. 23. num. 4. Rota decis. 374. numer. 7. par. 2. recent. decis. 279. numer. 2. par. 4. decis. 234. numer. 8. & seqq par. 7.* maximè in antiquis, in quibus dominium etiam per indicia & conjecturas probatur. *Socin. cons. 205. num. 3. lib. 2. Decius consil. 146. num. 12. Paris. cons. 104. num. 102. lib. 1. Caputaq. decis. 238. & 175. lib.* 5 6

275. lib. 2. in manuscript. Rota decis. 193. num. 2. par. 2. decis. 81. n. 13. par. 3. recent.

7 Non obstat quod Episcopus aliquando Ecclesiam visitaverit, nam non constat de scientia Capituli, cujus juribus non potuit alioquin præjudicium inferri. Mantic. de 40. num. 9. Rota decis. 560. num. 1. & 655. num. 3. par. 3. rec. decis. 197. n. 8. post Molen. de manuten. nec visitationes loquuntur de Ecclesia, sed de confraternitate, quæ est

8 quid separatum ab Ecclesia, ita ut ab una ad aliam non possit inferri: Petr. de Ubald. canon. port. Episcop. num. 9. & 22. Rota coram bon. mem. Coccino. decis. 772. numer. 2. &

9 hodie non agitur de jure visitandi, quod ultrò potuit competere Episcopo auctoritate sibi delegata à Sede Apostolica ex dispositione Sacri Concilii Tridentini, sess. 7. cap. 8. & sess. 21. cap. 8. de reformat.

Et ita decisum Capitulo tantum informante, altera tamen parte sæpè citata.

DECISIO LVII.

In fundo donato, si Ecclesia à donatario construatur, ad ipsum spectat, & potest Ecclesia constructa in alium transferri, non attento quod idem fundus fuerit alteri donatus, quia semper præferendus est primus donatarius, cui traditus fundus antea fuit, & traditio ex quibus probetur.

Interim-pressa sub Bichii decis. 333.

R. P. D. Bichio.

Cathacen. Ecclesiæ.

Mercurii 10. Iunii 1643.

SUMMARIUM.

1. *Renovationes successivis temporibus facta primam concessionem per necesse sup[pl.]*

2. *Instrumenta ad invicem adminiculantur, & fomentum recipiunt.*

3 Jun-

3 *Juncta maximè antiquitate temporis ultra centum annos.*
4 *Observantia dat robur scripturis etiam informibus.*
5 *Donatio transfert rei donatæ dominium in donatarium.*
6 *Dominus fundi, in quo fuit constructa Ecclesia, est etiam ipsius Ecclesiæ Dominus.*
7 *Ecclesiam construens sit illius Dominus.*
8 *Disputatio, sive beneplacitum Apostolicum ex cursu longissimi temporis cum observantia præsumitur.*
9 *Conjecturæ ad probandum dominium insimul jungi debent.*
10 *Recognitiones, seu solutiones factæ intelliguntur in vim præcedentis tituli.*
11 *Res aliena concedi, aut donari scienti à sciente non potest.*
12 *Acceptatio est actus reiterabilis, & in favorabilibus ex sola scientia donationis præsumitur.*
13 *De jure tertii allegari, nec excipi potest.*
14 *Præsertim quando ipsa pars non dat de dissensu.*
15 *Consensus resultat ex longa taciturnitate.*
16 *Donatio secunda in præjudicium primi donatarii nihil operari potest, cui ex priori donatione dominium fuerat quæsitum.*
17 *Donatarius primus semper præfertur secundo, sires donata cum effectu fuit tradita.*
18 *Traditio rei donatæ probatur eo ipso, quod donatarius de re donata disposuit.*
19 *Res inter alios acta, tertio præjudicare non potest.*
20 *Effectuatio in parte præsumitur etiam in reliquis.*
21 *Ecclesia præsumitur constructa à Domino fundi, maximè si illam construere tenebatur.*
22 *Extraneus præferri non potest in constructione Ecclesiæ, invito Domino fundi.*
23 *Actus separati, & nihil habentes commune cum re, de qua agitur, non probant.*
24 *Actus æquivoci, & clandestini nihil operantur sine scientia, & patientia ejus, de cujus præjudicio agitur.*
25 *Breve obtentum non facta mentione juris, tanquam subreptitium non suffragatur.*
26 *Privilegium simpliciter loquens de Ecclesiis comprehendit Ecclesias postea ædificatas.*
27 *Lex semper loquitur ibid.*

COmitas Cathacensis dedit situm ad construendam Ecclesiam Jo. Soldato, cui deinde Capitulum Lateran. concessit facultatem construendi & erigendi Ecclesiam sub invocatione S. Jo. Bapt. prout vigore talis facultatis Soldatus construxit, & constructam donavit unà cum fundo eidem Capitulo, ut constat ex publicis instrumentis relatis in monitorio A.C. sub die 31. Octob. 1532. transumpto ex proprio originali, cujus fides nec non dd. Instrumentorum, & aliorum ad eorũ observantiam productorũ corroboratur, quia fuerunt extracta ex publico Archivio, & pleraq; recog-

recognita, & concordat tum instrumentum ex adverso productum Anni 1538. & 39. in quo communitas ac ordinarius fatentur d. concessionem situs aliàs factam Soldato à communitate, tum aliud monitorium de Anno 1577. & renovationes facta-
1 fivis temporibus factæ à Capitulo, quæ primam concessionem perneceſſe supponunt. *Mant. de tacit. lib. 21. tit. 6. num. 9.* nam instrumenta ad invicem admini-
2 cula-tur, ac fomentum recipiunt, *Aym. conſ. 231. numer. 12. Marc. Brun. conſil. 52. num. 12.*
3 *cum aliis allegat. per Modern. Carpen. controverſ. Foren. cap. 6. num. 41. Rot. decis. 191. n. 5. par. 1. recent.* juncta maximè antiquitate temporis ultra centum Annos, *Menoch.*
4 *conſil. 21. num. 33. Rot. deciſ. 42. num. 5. par. 5. recent.* & obſervantia, quæ dat robur ſcripturis etiam informibus, *Rot. deciſ. 482. num. 1. & 2. par. 1. deciſ 18. num. 1. par. 1. recent. deciſ. 757. num. 5. coram bon mem. Buratto.*

Hinc ſub die 23. Junii 1642. deciſum fuit Eccleſiam prædictam ſpectare
5 Capitulum Lateranenſe titulo donationis ei, ut ſupra factæ à Soldato, quem Do-minum fuiſſe conſtat ex præcedenti donatione ſitus reportata à communitate, dona-
6 tio enim transfert rei donatæ dominium in donatarium, *l. ſi quis argentum, princ. Cod. donat. l. prima. Cod. de revoc. donat. Pont. conſ. 32. num. 3. lib. 2. Ciriac. controv. 645. num.* 40. qui etiam Eccleſiæ Dominus erat, tum propter dominium fundi, in quo ſit
7 conſtructa, *l. adeò, §. cum in ſolo, ff. acq. rer. dom. §. ex diverſo, inſtit. de rer. diviſ. Mantic. de tacit. lib. 21. tit. 1 ſub num. 14.* tum quia ipſe conſtruxit *§. cum in ſuo ſolo, inſt. de rer. diviſ.* & potuit conſtruendo Dominus fieri, ac donando Dominum facere
8 Capitulum, quamvis ipſe profeſſus eſſet in religione prædicatorum ſtante bene-placito, ac diſpenſatione Apoſtolicâ, quæ ex longiſſimi temporis curſu cum obſervan-tia præſumitur, *Gabr. conſ. 82. numer. 30. lib. 2. Seraph. deciſ. 1042. numer. 2. addendo alia mem. Gregorii XV. deciſ. 343. num. 4 & 5. Rot. deciſ. 381. num. 15. par. 5. recent.*

Conſtruxiſſe autem, ac donaſſe Capitulo probatur ex prædictis inſtrumentis, ac monitorio accedentibus conjecturis ponderatis in alia deciſione, quam hodie po-
9 poſito dubio ſuper eiſdem Domini confirmarunt, jungendo præſertim omnes con-jecturas ſimul, ut debet, *Surd. conſil. 1. num. 53. & 54. Menoch. conſil. 687. num. 18. lit.*
10 *deciſ. 409. num. 20. part. 5. recent.* & ponderando, quod recognitiones confraterni-tis erga Capitulum non poſſunt referri ad titulum ſimplicis protectionis, quia re-runt promiſſæ explicitè ratione dominii in inſtrumento conceſſionis, à quo tanquam à ſua cauſa declarantur, *l. 3. §. verum, ff. manum. Surd. conſil. 202. num. 17. & deciſ. 70. num. 9. Oſac. deciſ. 167. num. 25. & ſeq. Rot. deciſ. 91. num. 5. part. 1. recent.*

Nec obſtant, quæ ex adverſo oppoſita fuerunt, quod enim monitorium Anni 1632. ſit erroneum, eo quia ſupponit præceſſiſſe acceptationem Capituli, quod ta-mè poſt 20. dies acceptaſſe apparet ex publico inſtrumento, tollitur facili negotio, cum tale inſtrumentum contineat formaliter acceptationem, ſed conceſſionem, quam poſtea Capitulum fecit Soldato, & Confraternitati, dictaque conceſſio magis pro-

bat

bat, quod antea Capitulum donationem Soldati acceptaverat, cùm acquisitio præce- 11
dat prioritate temporis alienationem, & res aliena concedi, aut donari scienti à sci-
ente non possit. *Castr. per illum text. in l. ædibus, §. ult. ff. de donat. Mant. de tacit. lib. 13.* 12
tit. 23. num. 12. 19. & acceptatio sit actus reiterabilis, atque in favorabilibus ex sola
scientia donationis præsumatur, *Rolan. consil. 19. num. 34. lib. 1. Bursatt. consil. 304. nu.*
55. Riminal. consil. 108. num. 13. Menoch. consil. 371. num. 19. Surd. decis. 111. num. 13.

Quod verò Soldatus donaverit Capitulo sub conditione, quatenus commu- 13
nitas Cathacensis consentiret, nec tamen de ejus consensu constet, allegari non
potest ab Episcopo, cui non licet excipere de jure tertii. *Ruin. consil. 2. num. 2. in fin. lib. 1.*
Ceph. cons. 3. n. 122. Rol. cons. 57. n. 10. l. 3. Surd. cons. 351. n. 42. Grat. discept. 511. n. 6. eo mi-
nus, quia communitas ipsa non dat de dissensu. *Bart. in l. 2. num. 1. Socc. ibidem num.* 14
8. ff. de excep. rei judic. Rimin. Sen. consil. 599. num. 8. vers. replicatur, Thes. decis. 4. num. 3.
Rot. decis. 12. num. 4. part. 1. divers. decis. 265. num. 3. par. 1. recent. ac tacendo per longum
tempus dicitur consensisse, *Alex. cons. 79. num. 4. & 5. lib. 1. Socc. consil. 15. num. 54.* 15
lib. 1. Crac. controvers. 111. num. 9.

Non obstat, quod postmodum de Anno 1538. communitas eundem situm
antea donatum Soldato concesserit Confraternitati, & Confraternitas de Anno 1539.
obtinuerit ab ordinario Canonicam institutionem Ecclesiæ, & Confraternitatis,
subjiciendo se jurisdictioni Ordinarii, quia neutrum fieri potuit in præjudicium Sol- 16
dati, & Capituli ab eo causam habentis, cui ex priori concessione dominium quæ-
situm fuerat, *Cassan. consil. 53. num. 55. ex text. in l. id quod nostrum, ff. de reg. jur. Bald.*
in l. constante, in ult. not. ab. Cod. de donat. Cancer. var. resol. lib. 1. cap. 8. sub num. 180. Surd.
decis. 29. num. 7. Et semper præferendus est primus donatarius, cui situs traditus fuit, 17
l. quoties, Cod. rei vindic. Alex. consil. 14. num. 8. lib. 1. Gabr. de empt. & vend. concl. 2. nu. 8. 18
traditusque probatur, quia de eo disposuit favore Capituli, ibique Ecclesiam con-
struxit, ut per *Coccin. decisione 31. num. 5. Buratt. decis. 217. num. 2.*

Et quatenus ex dd. instrumentis Anni 1538. & 39. infertur ad effectuationem
priorum concessionum, respondetur pariter, quod illatio hujusmodi nititur instru-
mentis, quæ tanquam res inter alios acta non nocent Capitulo, *l. sæpe ff. de re jud. l.* 19
si unius, §. ante omnia, ff. de pact. & ubique notant DD. Surd. decis. 209. numer. 9.
Rot. in terminis Ecclesiæ, decis. 208. num. 8. par. 1. recent. quo minus, quia ex deductis in
prima decisione probatur effectuatio, nec ipse ordinarius negat, quin Ecclesia sit
sub protectione Capituli; protectio autem hujusmodi fundetur necesse est originali-
ter in instrumentis celebratis cum Soldato de Anno 1532. quæ dum apparent effectua-
ta in parte, præsumitur, habuisse effectum in reliquis ibi contentis. *Garz. de benef.* 20
par. 12. cap. 2. num. 294. Adden. ad San. mem. Greg. XV. decis. 557. num. 9. Rot. decis. 569.
in fin. par. 4. divers. & Ecclesia, quam fuisse constructam non negatur, præsumitur
constructa à Soldato, quia erat Dominus fundi, & vigore primi contractus construe- 21

re tenebatur. *Abb. consil. 54. sub num. 2. vers. nunc etiam, par. 1. ex text. in l. 2. Cod. alim.*
22 *pupill. præstan. Rot. in Lunen. Sazanen. Capellaniæ 9. Iunii 1600. coram bon. mem. Cod. Sacrato*, nec alius in construendo ei invito præferri potuit. *Cambert. de jure parr. lib. 3. art. 5. quæst. 7. sub num. 6. & 7. in fin.*

23 Non obstant actus obedientiales confraternitatis erga Episcopum, quia nil habet commune cum Ecclesia, de cujus dominio hodie strictè agitur, & est quid separatum à confraternitate, *Pet. de Ubald. de Canon. Episcop. num. 9. & 22. Cocc. decis. 472. n. 2.*
24 & alii actus, qui ex adverso allegantur pro Episcopo, æquivoci saltem sunt, vel clandestini inscio Capitulo, cujus consensus, aut scientia, & patientia requirebatur, ut
25 præjudicarent, *l. quoties, § servitutum, ff. de servit. Bald. in l. 2. numer. 22. & seqq. C. de servit. & aq. Ruin. consil. 163. num. 6. lib. 5. ultra allegat. in prima decis. § fin.* prout clandestinum & subreptitium est Breve obtentum à san. mem. Paulo V. de Anno 1614. quo non fuit narratum Papæ jus Capituli Lateranensis, ut debuit, & alioquin non potest allegari in ejus præjudicium *l. 2. § quis à Principe. ff. ne quid in loc. pub. Gemin. in quamvis, num. 3. de præscript. in 6. Buratt. decis. 576. num. 5.*

Ad visitationes fuit speciliter responsum in prima decisione, & ulterius animadversum, quod unica tantum datur visitatio ante Concilium Trident. nec hodie
26 quæstio de jure visitandi, sed de dominio Ecclesiæ ita ut intret privilegium Capitulo Lateranensi concessum à san. mem. Bonifacio VIII. quod quia generaliter dis-
27 nit de Ecclesia, comprehendit etiam Ecclesias postea ædificatas, nam lex semper loquitur. *l. Arriani, Cod. de hæred. Franc. in cap. unico, nu. 1. & ibi Gemin. nu. 8. de exemp. Prælat. in 6. Castr. consil. 235. sub num. 1 post med. vers. restat respondere, lib. 1. & in terminis privilegii est text. in cap. quia circa de privileg. & notat gloss. penult. in cap. ex parte de decim. Rota in Cracovien. juris legendi. 19. Iunii 1626. coram bon. mem. Coccino & in 1629. coram D. Cardin. Ubaldo, impress. par. 5. recent. decis. 265. num. 40. & duobus sequentibus.* quidquid dixerit *Calder. cons. 12. de privilegiis*, qui non loquitur de privilegio Bonifacii VIII. & circa finem contrarium admittit, quando privilegium loquitur indefinitè.

Et ita decisum utraque &c.

* * * *
* * *

DE-

DECISIO LVIII.

Ecclesia Lateranensis habet indultum, quod in locis sibi subjectis quilibet possit erigere loca pia, eaque sic erecta existant sub jurisdictione Capituli & Archipresbyteri.

Inter recent. decis 185. par. 15.

R. P. D. Taia.

Beneventana Ecclesiæ.

Lunæ 20. Februarii 1668.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus habet jurisdictionem ordinariam in tota sua Diœcesi.*

2 *In Lateranensis Ecclesiæ locis subjectis quilibet loca pia erigere potest, eaque sic erecta existunt sub dispositione Capituli, & Archipresbyteri ejusdem Ecclesiæ Lateranensis.*

3 *Privilegium Summi Pontificis disponens de Ecclesiis non solum comprehendit Ecclesias tempore privilegii erectas, sed etiam postea ædificatas & numer. sequenti.*
Lex semper loquitur num. 3.

4 *Privilegium indefinitè loquens, indefinitè est intelligendum.*

4 *Privilegia Lateranensis Ecclesiæ de erigendis locis piis, quomodo fuerint à Sixto V. modificata, & qualiter dicta modificatio intelligitur, & num. sequenti.*

6 *Episcopus qualem habeat auctoritatem vigore Concilii in locis piis erectis in fundo Ecclesiæ Lateranen. subjecto & num. seqq. ac per totam.*

7 *Privilegium erigendi Ecclesiam, an ordinarii licentiam exposcat.*
Ecclesia ex privilegio erecta, quomodo subsit jurisdictioni ordinarii, n. 7.

8 *Visitationes Ecclesiarum factæ ab Episcopo in locis exemptis, intelliguntur jure delegato Sedis Apostolicæ.*

9 *Concilium Trident. sess. 24. cap. 9. de refor-*

reformat. *una cum pluribus suis resolutionibus sacræ Congregationis traditur, & declaratur, numer. 6. 7. 8. & 9.*

10 *Donatio fundi in favorem Ecclesiæ exemptæ fieri ne possit in præjudicium mensæ Episcopalis.*

11. *In donatione proprii fundi facta ad favorem Ecclesiæ, quæ fraus potest considerari, & quomodo ea excludatur, & num. seqq.*

12 *Donator si voluit, potest uni Eccles. donationem acquiri, quàm alteri quare hoc facere non permittatur. Liceat ne mihi facere, quod velim, an oculus alienus nequam est. & scandalizatur. num. 12.*

13 *Simulatio non præsumitur, sed semper excluditur juncta præsertim observantia, vel consuetudine in contrarium.*

NUllum jus ordinarium competere D. Archiepiscopo, sed tantum delegatum in Ecclesia, & hospitali Terracusii Domini responderunt.

1 Quia sicut indubitatum fuit ex facto, Terracusium est diœcesis Beneventanæ, & jure communi Episcopum in tota sua Diœcesi jurisdictionem ordinariam habere. *cap. 7. de offic. ordin. in 6. abundè Rot. decis. 153. nu. 12. par. 11. recentior.*

2 Ita indubitatum fuit jure speciali S. memoriæ Bonifacium IX. qui Archipresbyteratum sacrosanctæ Lateranensis Ecclesiæ obtinuerat, statuisse ut quilibet in hoc ad Ecclesiam Lateranensem spectantibus loca pia erigere posset, illaque sic erecta in dispositione Capituli, & Archipresbyteri extarent, quod indultum, & si fuerit revocatum per sanctæ memoriæ Pium IV. tamen sanctæ memoriæ Sixtus V. illud innovavit, *ut in ejus Constitutione 19.*

Et hoc privilegium, quia generaliter disponit de Ecclesiis, comprehendit non solum illas tempore privilegii erectas, sed etiam aliàs postea ædificatas, nam lex semper

3 loquitur quidquid dixerit *Calderin. consil. 12. de privil.* qui non loquitur de privilegio

4 Bonifacii IX. & circa finem contrarium admittit, quando privilegium loquitur indefinitè *ait Rota decis. 217. num. 25. à vers. quod quia part. 9. recent.* & certius, doctrinæ loquitur ipse Sixtus V. post ipsum Bonifacium IX. de potestate erigendi, ac de erectis respectivè subjiciendis ac subjectis dispositioni Capituli, & Archipresbyteri, ut fuit

5 Nec obstare visa est modificatio Sixti V. ut accederet licentia ordinariorum & loca erigenda cùm personis subessent iisdem ordinariis, &c. ad dictã Constitutionem.

Quia necessariò visum est intelligi de subjectione jure delegato, & juxta ordina-

6 tionem S. Concil. Trid. *cap. 9. de reform. sess 24.* ut ipsius Concilii meminit dicta Constitutio Sixti V. §. *3. nos motu in fine*, nam si verè ordinarii licentia esset requirenda pro erigendis Ecclesiis, & erectæ remanerent tali jure subjectæ, non solum supra scriptum,

7 sed omne privilegium repugnanter excluderent, & ita semper intellexit *Rot. maximè in 4. decis. in Cathacens. Eccl. decis. 115. & decis. 217. & 310. & 313. par. recent.* & ad suprascriptã confirmationẽ adducebantur plures S. Congregat. Concilii declarationes *in Firmana 31. Junii 1627. & Nucerina Pagan. 16. Junii. 1635. & in Camerinen. 21. Feb.*

1645. non

licere Episcopis & Archiepiscopis visitare dictas Ecclesias in fundo Lateranensi erectas, nisi tanquam Sedis Apostolicæ delegatis.

Undè præter alias responsiones Domini interpretantur propositas à Domino Archiepiscopo visitationes solas ab anno 1565. post Bullam sanctæ memoriæ Pii Quarti promulgatam anno 1564. super confirmatione dicti Concilii seu quatenus fuisse authoritate delegatâ à Sede Apostolica ex dispositione præcedentis Sac. Concilii, ut *in dicta decis.115.num.7.& 8. dec.217.num.25.à versiculo ad visitationem, & decis.313.numer.12. à versiculo, nec visitationes.* 9 10

Minus valuit oppositio fraudis, & simulatæ donationis fundi, & donatoris volentis fraudare mensam Archiepiscopalem *ex Oldrado cons.257.n.41. versic.fraus insuper cum similibus.*

Quia ex facto videtur excludi omnis suspicio simulatæ donationis, cum quidam Magister Nicolaus de Castro Terracusiii Beneventanæ Diœcesis donaverit purè liberè anno 1450. Venerabili Ecclesiæ Lateranensi Capitulo, Canonicis, & Conventui ejusdem fundum, &c. & posteà anno 1451. idem Capitulum, & Conventus concesserit licentiam aliis personis, nempè communitati, & hominibus Terracusii, nec non Nicolao, ut ipsi homines, & Nicolaus fundare, & ædificare possent Ecclesiam seu hospitale sub invocatione Sanctæ Mariæ Annunciatæ, quibus maximè congruit longæva observantia singulorum, & nihilominus rem penitus examinando, quæ simulatio potuit intercedere, ubi donatio realis, & adhuc à sæculis viget, qualis verè fraus potest objici donatori, qui etiamsi consulto donavisset in fabricam Ecclesiæ, voluisset, ut potius Ecclesia constituenda subesset Ecclesiæ Lateranensi per loci antecedentem donationem, quam Ecclesiæ Beneventanæ per simplicem fabricationem, aut non licet mihi, quod volo facere, an oculus tuus nequam est, dixisset etiam hic cum illo apud Sanctum Matthæum cap. 20. & repugnat communis sententia de simulatione in dubio non præsumenda, & de ejus exclusione ab observantia tunc proxima, & ex consuetudine generali, quâ omnes similes Ecclesiæ sunt in solo Lateranensi, ita factæ per similes donationes, ut dicebatur. 11 12 13

Et ita utraque &c.

Ad Quæst. 38. Additio.

Circa id, quod quæritur, an exemptio ad futura extendatur, proposita à D. Auctore distinctio inter concessionem particularem, & universalem seu indefinitam, approbata fuit per Rotam, quæ aliàs judicavit indulta particularia exemptionum à solutione decimarum non extendi ad bona & prædia postmodum acquisita; uti extat decisum *in Calaguritana decimarum 7. Februarii 1659. coram Eminentissimo Cerro, quæ est dec. 24. n. 1. par. 13. recent.* & indultum exemptionis beneficii intelligendum esse, de beneficio jam erecto, non autem de erigendo, dictum fuit *in Cæsaraugustana Cameraria 26. Novembris 1632. §. non obstat coram Pirovano, quæ est dec. 157. n. 4. par. 6. recent.*

Econtra privilegia universalia & indefinita extendi etiam ad futura, & in specie privilegium exemptionis loquens de Ecclesiis comprehendere postea ædificatas resolutum est *in causa Cathacen. Ecclesiæ 10. Junii 1643. § fin. coram Bichio quæ est supra in hoc tomo dec. 57. & in Beneventana Ecclesiæ 20. Februarii 1668. coram Eminentissimo Taia, quæ est decisio proximè præcedens.* Privilegium enim generale est ad instar legis quæ semper loquitur. *L. Ariani C. de hæret. Franc. in c. un num. 1. & Geminian. n. 8. de excessib. prælat. in 6.* adeò ut quamvis concessio facta sit Ecclesiis, vel Monasteriis hactenus ædificatis, tamen si est generalis, porrigat effectum suum ad postea ædificatas, intelligendo dictionem illam, *hactenus*, de omni tempore quo casus evenerit. *Rom. dec. 81. n. 28. par. 5. recent.* quæ conclusio potissimum locum habebit, ubi privilegium favorem publicum concernunt, prout in puncto privilegiorum Patrum Societatis Jesu de aperiendis collegiis & publicis gymnasiis decisum fuit *in Causa Cracovien. non legendi 30. Martii 1629. coram Eminentissimo Ubaldo & 13. Decembris ejusdem anni coram Reverendissimo Terracinen.*

DECI-

DECISIO LIX.

Sententia ex quibus probetur valida & justa. Legendi facultas idoneo non est interdicenda. Remissoria ad effectum probandi immemorabilem quando denegetur.

R.P.D. Ghislerio.

Cracovien. juris legendi.

Decisio 325. par. 5. recent.

Lunæ 13. Decembris 1629.

SUMMARIUM.

1 *Per citationem ad dicendum contra commissionem, firmatur jurisdictio judicis.*

2 *Sententia dicitur valida, si fuerit lata servatis terminis substantialibus, & illis reiteratis.*

3 *Sententia ex revolutione actorum probatur, an sit valida.*

4 *De justitia sententiæ non potest dubitari, si ea probetur ex pluribus decisionibus in causa factis.*

5 *Docere quemquam, qui sit ideoneus, petitâ licentiâ, nemo interdicere debet.*

6 *Concil. Trident. invitat Principes, ut plura statuant loca, in quibus inventus doceri possit.*

7 *Gymnasia septem extiterunt in sola Athenarum civitate.*

8 *Julianus Imperator Apostata, cum vellet radicitus evellere Religionem Christianam, prohibuit ne Christiani Grammaticam, nec Rhetoricam docerent, & S. Augustin. hoc recenset inter alias Ecclesiæ Dei persecutiones num. 9*

10 *Contra quam rem acerrimè contra Julianum invehitur S. Gregor. Nazianz. orat. prima in Julian. ubi hoc ejus factum appellat scelus, & tyrannidem.*

11 *Julianus Apostata, licet curavérit, ne Christiani docerent Grammaticam & Rhetoricam, tamen eisdem non interdixit lectiones Theologicas.*

12 *Privilegium concessum collegiis, extenditur etiam ad collegia futura.*

13 *Privilegia non comprehendunt, post illorum concussionem acquisita.*

14 *Gymnasii publica Universitas de jure communi non potest aperiri sine licentia Principis.*

15 *Papa*

15 *Papa concedendo aliquid contra jus commune, eo ipso censetur tollere omnia impedimenta.*

16 *Papa habet omnia jura in scrinio pectoris.*

17 *Derogatoria generalis habet vim specialis expressionis, etiam juris prohibendi.*

18 *Jus prohibendi, ne gymnasium publicum possit aperiri præscriptione immemorabili, potest acquiri.*

19 *Ad discendum multum valet amor Magistri, & acceptus modus docendi.*

20 *Text.* in cap. 1. & in cap. quanto de Magist. *quandò non procedant.*

21 *Remissoria denegatur, quandò materiæ articulatæ sunt imaginatæ, ad hoc ut fiant articuli relevantes, quam quod verè res ita se habeat & n. 29.*

22 *Remissoria denegatur, quandò articuli sunt concepti, ad effectum evitandi decisiones in causa factas.*

23 *Remissoria non conceditur, quandò res articulata est inverisimilis.*

24 *Scholas regere, quicunque idonei sunt & prohibentes, officiis & dignitatibus spoliantur, & etiam excommunicantur.*

25 *Pœna privationis officii, & dignitum, ac excommunicationis omnibus non imponuntur, nisi propter crimina.*

26 *Papa non censetur velle contra privilegium, quod continet materiam criminosam, punibilem, improbam, & irrationabilem.*

27 *Papa non præsumitur velle sibi, & successoribus suis ligare manus contra juris regulas.*

28 *Remissoria non denegatur, quando datur fumus.*

30 *Papa concedendo alicui privilegium aliquod, per hoc non censetur sibi velle ligare manus.*

31 *Remissoria dari non potest stante probabilitate tituli, & improbitate.*

PEr binas sententias Rotales fuit pronunciatum, Rectori, Patribus, & Præceptoribus seu Professoribus Societatis Jesu, licuisse, & licere in collegio Cracovien. ultra humaniores litteras publicè, ac liberè legere, etiam liberales artes, Theologiam, & alias facultates quibusvis ad dictum collegium accedentibus juxta formam privilegiorum Apostolicorum eidem Societati concessorum; ac Universitati studii generalis ejusdem civitatis non licuisse, neque licere impedire, necnec latenus molestare eosdem Rectorem, Patres, & Præceptores in tali facultate liberè ac publicè legendi. Verum quia Universitas ad impugnandas supradictas sententias instabat pro remissoria, dubitavi, an dictæ sententiæ essent confirmandæ, & Domini consuerunt *remissoriam non esse concedendam, sed sententias tanquam validas & justas esse confirmandas.*

De validitate non dubitatur, cum per citationem ad dicend. contra commissionem fuerit firmata jurisdictio judicis. *Ægid. decis. 38. & Cassad. decis. 7. de apell.*

consta-

constat de mandatis Procuratoris utriusque partis, fuerunt servati termini substan- 2
tiales, & reiterati; quibus servatis, sententia dicitur valida. *Caputaq. decis. 260. par. 2.*
eaque ex revolutione actorum bene probatur, ut fuit dictum in *Anconitana separa-* 3
tionis thori 9. Januarii 1609. coram Card. Lancellotto Rot. in recent. decis. 545. num. 1. &
178. num. 1. par. 2.

Nec de justitiâ potest dubitari, cum ea probetur ex tot decisionibus factis in hac 4
causâ, in quibus respondetur singulis objectis pro universitate Cracovien. deduc-
tis. Nam Patres Societatis JESU fundant suam intentionem tam de jure com-
muni, quàm ex privilegiis Apostolicis. De jure communi per Text. *in cap. 1. §. pro* 5
licentia de Magistr. ubi: Nec docere quemquam qui sit idoneus petita licentia interdicat.
Et in cap. quanto eod. titulo ibi: districtè præcipientes, ut quicunque viri idonei, & litera-
tum velnerint legere studia litterarum, sine molestia, & exactione qualibet scholas regere per-
mittantur. Et ad ipsum videtur expressisse sacrum Concil. Trident. *sess. 5. cap. 1. &* 6
sess. 23. cap. 18. de reform. ubi sacrum Concilium invitat principes ut plura statuant
loca, in quibus juventus doceri possit. Et *Cassan. in Catalogo glor. mundi 5. par. con-* 7
sid. 21. refert quod in solâ Athenarum civitate septem extiterunt gymnasia. Quini-
mo *Ægid. Roman. lib. 3. par. 2. cap. 8.* sic scripsit: *Curare Rex debet, ut in regno suo vi-*
geant studia litterarum, ut ibi sint multi sapientes, & industrii ex Theologis, Jurisperitis,
Medicis, & aliis doctis viris. Hinc legimus, quod cum Julianus Imperator Apósta- 8
ta vellet radicitus Christi legem destruere, illud primum curavit, ne Christiani Gram-
maticam, & Rhetoricam docerent, ut infert, hanc legem Juliani improbans, etsi
Etnicus *Ammianus Marcellinus lib. 22. & 25. histor.* idque *S. Augustinus lib. 18. de*
Civit. Dei, cap. 52. inter persecutiones Ecclesiæ Dei recenset, & ob hanc quoque rem 9
acerrimè in Julianum invehitur *S. Gregor. Nazianz. or. 1. in Julian.* ubi hoc ejus fa- 10
ctum appellat scelus, & tyrannidem: quamvis ille Theologicas lectiones Christia-
nis Magistris non interdixerit. Et ex privilegiis Apostolicis Pauli Tertii, Julii Tertii, 11
Pii Quarti, & aliorum summorum Pontificum, & in specie sanctæ mem. Pii Quin-
ti sub dat. Romæ 10. Martii 1571. in cujus dispositione habetur. *Decernimus & de-*
claramus, quod præceptores hujusmodi Societatis, tam litterarum humaniorum quàm li-
beralium artium, Theologiæ, vel cujusvis earum facultatum in suis Collegiis, etiam in lo-
cis, ubi universitates extiterunt, suas lectiones etiam publicas legere liberè ac licitè possint, &
tale privilegium, tanquam concessum Collegiis & societati, extenditur ad Collegia 12
futura. *Alexand. con. 78. num. 7. & 10. & 13. lib. 2. Natt. consil. 160. num. 23. & seqq.* &
propterea non applicatur, quod sit intelligendum de Collegiis tunc ædificatis, ex quo 13
privilegia non comprehendant bona post illorum concessionem acquisitam, *Clem.*
acquisita de rescript. ubi Vitalin. num. 33. & seqq.

Neque facit quod de jure communi sine licentiâ principis, non possit aperiri
publica universitas Gymnasii, cum istud Jus sit de reservatis Principis. *Vitalin. in* 14
Clement.

Clement. 1. numer. 25. de Magistr. quia præter privilegia Regum Poloniæ, quæ
Patres Societatis Jesu pro fundatione sui Collegii adducunt, indulta quoque plu-
rium Romanorum Pontificum, & speciatim sanc. memor. Pii Quinti tollunt dif-
25 ficultatem, cum in eis concedatur facultas ista in omni Universitate, & eo ipso
quod à Papa conceditur aliquid etiam contra Jus commune, omnia impedimen-
26 ta censentur sublata, cum habeat omnia Jura in scrinio pectoris: & cum in præ-
dicto indulto Pii V. adsit amplissima derogatio, quibuscunque privilegiis, con-
suetudinibus, statutis, indultis & litteris Apostolicis, quibuscunq; Universitatibus &
Collegiis concessis sub quibusvis derogatoriarum derogatoriis, cum clausulâ, quo-
27 *rum tenores &c.* non potest Universitas Cracovien. allegare aliquod jus speciale
quod non fuerit sublatum, ista namque generalis derogatoria, habet vim speciali
expressionis etiam juris prohibendi, *l. si duo in fin. ff. de admin. tutor. Gonzal. super reg.*
8. *Glos.* 9. §. 56. *Caputaq. decis.* 296. *num.* 2. *par.* 2. *Rot. decis.* 11. & *Addenda*
4. de præben. in nov.

28 Nec obstat quod præscriptione immemorabili possit acquiri jus prohibendi
ne possit aperiri publicum Gymnasium, quia procedit, ut non possit fieri sine li-
centiâ superioris, *ut in cap. 1. & cap. quanto de Magistr.* qui Textus generaliter de-
29 ponunt, & sunt fundati in eo, quod ad discendum multum valet Amor magistri, &
acceptus modus legendi, quia aliquis cum uno proficit, qui cum altero non profice-
ret, ut post. *Hostien. tradit. Joan. Andr. in d. cap. quanto de Magistr. in fin.* & prop-
20 terea non applicatur, quod dispositio supradictorum textuum sit restricta ad casum,
quando in illis locis non est sufficienter provisum de magistris, sed unus tantum
Magister regit scholam.

Sed cardo difficultatis in eo versatur; An sit concedenda remissoria, quæ
Universitas probare prætendit, se esse in possessione prohibendi ab immemorabili
tempore, ne alii legant: Et Domini inhærendo resolutionibus aliàs factis, cum
non esse dandam resolverunt, ea ratione, quia cum Patres Societatis Jesu habeant
sua privilegia clara, ut possint ubique legere, non sunt admittendi articuli super
eo, quod Universitas Cracovien. ab immemorabili tempore est in possessione pro-
21 hibendi, ne alii legant, quia immemorabilis videtur potius imaginata, ne
fiant articuli relevantes, quàm quod verè ita res se habeat, & ideò remissionem esse de-
neganda, ut fuit resolutum *in causa Hispalen. de Eccza. 16. Novembris 1579. coram*
sanct. mem. Clement. VIII. sanct. mem. Gregor. XV. decis. 211. num. 5. quod au-
tem immemorabilis fuerit articulata, ut articuli appareant relevantes, satis appa-
ret, quia ad nullum alium effectum articulatur dicta immemorabilis, nisi ad evitan-
22 das decisiones, quæ canonizant prædicta privilegia, & propterea dicta immemo-
rabilis videtur materia imaginata: dixit *Rota in Mediolanen. Bonorum 9. Maji*
1597. coram bon. mem. Card. Pamphilio, & in Ulixbonen. Iuris confirendi. 7. Fe-
bruarii

Januarii 1607. coram bon. mem. Card. Lancelloto, Adden. ad dictam decis. 211. sanct. mem. Greg. XV. in littera C.

Secundò, dicta remissoria non videtur concedenda, quia immemorabilis articulata est in verisimilis, quâ inverisimilitudine stante rejiciuntur articuli, & ea denegatur. cap. quia verisimile, ubi Imol. numero 1. de præsumpt. speculat. in prohat. §. nunc dicendum numer. 1. Tiraquel. in l. si unquam in præfat. num. 58. in fin. C. de revoc. donat. Rota decis. 23. de testib. in antiq. & decis. 99. numer. 1. par. 4. divers. san. mem. Greg. XV. decis. 414. num. 3. & sunt resolutum in causa Toletana pensionis 10. Maji 1595. coram Reverendiss. Pacen. 2

Inverisimilitudo autem ex eo deducitur, quia quicunque idonei possent regere scholas, & transgressores officiis, & dignitatibus spoliantur, & etiam excommunicantur, ut in allegato cap. quanto de Magistris, & cum hujusmodi pœnæ à Canonibus non imponantur, nisi propter crimina. Silvestr. in verb. excommunicatio. 11. primo num. 7. inverisimile est quod summus Pontifex voluisset concedere privilegium, quod de sui naturâ continet materiam criminosam, punibilem, improbam, & irrationabilem, pro ut dicit Text. in eodem c. quanto, & quod in materiâ tam exorbitanti voluisset sibi, & successoribus suis legare manus contra omnes regulas. cap. dudum, & cap. quantum, ll. secundo de præben. in 6. Alphonsus Sotus in reg. 24. num. 23. Aym. consil. 126. num. 24. vers. itaque si Papa, Cephal. consil. 155. numer. 14. & consil. 168. num. 8. 24 25 26 27

Non obstat, quod hæ conclusiones limitentur, quando datur fumus in contrarium, ut de prima dicit decis. 414. sanct. mem. Gregor. XV. numer. 4. & de secunda Imol. loc. cit. quia hic nullus datur fumus. Nam testes in cuius examinati, qui deponunt de certa prohibitione, non deponunt de prohibitione facta personis habentibus talia privilegia Apostolica, qualia habent Patres Societatis JESU; ultra quod ista prohibitio est satis moderna, unde ex illa nullo modo potest argui ad immemorabilem, ita ut ex illa possit colligi præsumptio, quod materia non sit imaginaria, & quod articuli non contineant inverisimilia. 28

Neque posset suffragari immemorabilis prætensa ab Universitate, nisi haberet privilegium Apostolicum concedens, ut nemo sine licentia Rectoris Universitatis possit legere in illa Universitate, etiamsi haberet licentiam à Papa, quod esset absurdum, imò monstruosum, & detraheret authoritati Apostolicæ. 29

Non enim est credendum, quod Papa dederit tale privilegium, per quod sibi manus ligaverit, & sua licentia sit manca, & inutilis, & quod plus posset licentia Universitatis, quam licentia Papæ, & propterea stante hac improbabilitate, & improbitate tituli, Remissoria non potest dari pro probanda immemorabili Put. decis. 457. lib. 2. per tot. 30

Ex quibus cum privilegia Apostolica sint clara ex decisionibus in hac cond factis, Domini utraque parte auditâ dixerunt, sententias Rotales confirmandas ese & remissoriam denegandam.

Ad Quæstionem 39. *Additio.*

COnservatores à solo Pontifice creari posse ultra hic allegatos probat *Mascard. tract. de judic. Conservat. cap. 4. per tot.* non tamen requiritur expressa constitutio seu concessio, sed sufficit privilegiorum generalis communicatio, cujus vigore etiam privilegium eligendi Conservatorem acquiri dixit *Rota decis. 49. n. 11. par. 7. recent.*

Circa facultatem autem Conservatorum distinguendum est inter Conservatores simplices datos ad formam juris antiqui, qui non nisi de notoriis & manifestis injuriis cognoscunt ad terminos *cap. 1. & cap. fin. de offic. deleg. in 6.* & inter Judices Conservatores, qui vigore specialis indulti etiam in causis judicialem indaginem requirentibus procedunt, prout distinxit *Rota decis. 616. par. 2. recent.* cujus Conservatorum judicum facultates non esse in universum sublatas à Concilio Tridentino, neque per constitutionem Gregorii XV. ibidem resolutum est, uti & *in decis. 184. numero 22. part. 11.* circa cujus Gregorianæ constitutionis interpretationem *vid. Fagnan. in cap. si clericus numero 39. & seq. de foro compet. & Rot. decis. 285. par. 13.*

DECI-

DECISIO LX.

Conservatores an habeant jurisdictionem judicialem, & ex quibus illis talis jurisdictio concessa censeatur, & an Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 20. tollat conservatorias regularium.

R.P.D. UBALDO.

Oscen. Jurisdictionis.

Est in recentioribus decisio 616. par. 1.

Veneris 12. Decembris 1614.

SUMMARIUM.

1 *Conservatores jurisdictionem non habent, nisi pro manifestis injuriis & molestiis illatis iis, quibus dati sunt Conservatores, nec possunt exercere judicialem indaginem.*

2 *Fallit si ex litteris Apostolicis major illis potestas attribuatur.*

3 *Conservatoribus per quæ verba censeatur concessa jurisdictio judicialis.*

4 *Clausula,* Contradictores &c. *importat jurisdictionem judicialem.*

5 *Conservatoria regularium non sunt sublata per Concilium Tridentinum.*

FUit dictum Judices Conservatores Monasterii S. Joannis de prima Oscen. 1
diœcesis habere jurisdictionem judicialem in causis ad dictum Monasterium, & ejus Abbatem & Monachos spectantibus, licet enim regulariter Conservatores jurisdictionem non habeant, nisi pro manifestis injuriis, & molestiis in eos illatis, quibus dati sunt Conservatores, nec possint exercere judicialem indaginem juxta Textum in *cap. 1. & c. fin. §. ut autem, de offic. deleg. in 6.*

Tamen id procedit in nudis Conservatoribus, secus autem in iis, quibus retento 2
eodem conservatorum nomine, major à summo Pontifice potestas attributa est, ut quia Judices à Papâ appellantur, vel habeant facultatem in privilegio expressam cognoscendi de injuriis, & aliis causis, etiam si requirant judicialem indaginem, ita ut tota vis

vis ſter in litteris Apoſtolicis, quarum forma eſt ſervanda. *cap. cum dilecta de ſſ. diligenter ff. mand.* & tradit in noſtris terminis *Joan. in d. cap. 1 ſub num. 6. verſ. fin. de offic. deleg. in 6* & *idem in addit. ad ſpecul. in tit. de judic. deleg. §. fin. ſub num. 11. verbo Conſervatoribus, Hoſt.* & *poſt eum Gemin. in d. cap. 1 ſub. num. 13. verſic. veſſum dum Guid. Papæ deciſ. 18. num. 3. Franc. Marc. deciſ. Delphin. 349. numer. 5. lib. 1. plus Corn. conſ. 15. per tot. lib. 3.* & formam hujuſmodi conſervatoriæ ſatis ſimilem præſen ti, de qua agitur ponit *prob. ad Joan. Monac. in d. c. 1. num. 3. de offic. deleg. in 6.*

3 Quod autem in caſu, de quo agitur, Conſervatores præd. Ti Monaſterii ha beant juriſdictionem judicialem, facile deprehenditur ex lectura ampliſſimi privile gii felic. record. Eugenii IV. ſub dat. Romæ ſeptimo idus Maji 1444. nam ibi primis *in verſic. diſcretioni veſtræ*, non ſimpliciter appellantur Conſervatores, ſed conſervatores Judices, ut conſiderat in puncto *Corn. d. conſil. 15. num. 6. lib. 2.* præterea illis datur ampliſſima facultas non ſolum defendendi Monaſterium à quibuſcunque moleſtiis, gravaminibus & injuriis ei illatis, vel inferendis, ſed cum fuerint ab Abbate, & conventu vel eorum procuratoribus requiſiti, perſonis quibuslibet ſuper reſtitutione caſtrorum, villarum, terrarum, & aliorum locorum, jur idictionum, jurium, & bonorum ad Monaſterium ſpectantium, juſtitiam adminiſtrent, cum clauſulis illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, per quæ verba judicialis Juriſdictio cenſetur conceſſa *d. cap. 1. & fin. à contrario de offic. deleg. in 6.* adeò ut propter hanc formam, quæ venit in ſtylum curiæ, parum inſerviat diſpoſitio illorum jurium, ut tradit *Joan. Andr. in dict. cap. fin. ſub num. 3. & ibi Dominic. in §. Conſervatores ſub n. 4. verſic. in diſtincte, Navar. in Manual. cap. 27. num. 125. verſic. neque Conſervator.*

4 Accedit alia clauſula: *Contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo*, per quam dicitur conceſſa facultas judicialiter procedendi *Joan. Andr. in d. cap. 1. num. 9. verſic. ſi ergo & ibi Hoſt. num. 14. & Dominic. num. 13. de offic. deleg. in 6.* & rurſus adeſt derogatio expreſſa conſtitutionis Bonifacii VIII. quâ diſponitur, quod Conſervatores de aliis, quam de manifeſtis injuriis, & violentiis, & aliis, quæ judicialem requirunt indaginem, pœnis in eos, qui ſecus agerent, & inde procurantes, ſe nullatenus intromittant, quæ ſunt expreſsè diſpoſita *in d. c. 1. & cap. fin. de offic. deleg. in 6.*

Nec viſum eſt obſtare Concilium Tridentinum *ſeſſ. 7. cap. 14. & ſeſſ 14. cap. 1. de reformat.* quia in dict. *ſeſſ. 7. cap. 14.* loquitur de regularibus extra Monaſterium degentibus, & in cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum, *ſeſſ. autem 14. cap. 5.* expreſsè reſervat regularia loca & univerſitates, imò quod tales conſervatoriæ regularium non ſint ſublatæ per ſacrum Concilium *ſeſſ. 24. cap. 20. de reform.* cenſuit ſacra Congregatio Concilii interpretum *in una Mediolanen.* etiam quod cauſæ graves ſint, & plenariam cognitionem requirant.

Et ita fuit decitum, Abbate cum Monaſterio ſolum informante.

DECI-

DECISIO LXI.

Expenditur facultas Conservatorum, præsertim Religionis Jesuitarum, illarumque auctoritas declaratur.

R.P.D. ALBERGATO.

Turritana Conservatoriæ.

Veneris 15. *Junii* 1668.

SUMMARIUM.

1 *Conservatorum auctoritas se extendit tantum ad manifestas injurias & violentias.*

2 *Facultas Conservatorum Societatis Jesu extenditur etiam ad causas judiciales.*

3 *Jesuita in causis passivis convenire debent coram Conservatoribus.*

4 *Secus in causis activis.*

5 *Concessio eligendi Conservatorem intelligitur ad terminos cap.1.& ult.de offic.deleg.lib.6.*

6 *Patres Societatis Jesu juxta Gregorianam constitutionem in causis tantummodo in quibus sunt rei, possunt sibi Conservatores eligere.*

7 *Regulares quicunque possunt sibi hodie Conservatores eligere in causis in quibus ipsi sunt rei.*

Constitutio Gregoriana super auctoritate Conservatorum declaratur.

9 *Causæ Viduarum an comprehendantur in facultatibus Conservatorum.*

10 *Pontifices non censentur derogasse Conciliis generalibus & præsertim Tridentino, nisi facta speciali mentione.*

11 *Concilium Lugdunense non comprehendit regulares, & qualiter.*

12 *Sac. Concil. Trident. cap. 4 sess. 7. de reform. in quibus casibus procedat.*

13 *Præscriptio quadragenaria quatenus præjudicet Religiosis, qui per dictum tempus nunquam elegerunt Conservatores.*

14 *In facultativis attenditur præscriptio quadragenaria, quoties concurrit factum contrarium.*

15 *In facultativis nunquam præscribitur, nisi concurrat prohibitio & acquiescentia.*

16 *Pra-*

16 *Præscriptio etiam immemorabilis non attenditur ubi quis habet privilegium faciendi & quoties non fecerit, quoad ipsum jus commune servetur.*

17 *Centenaria præscriptio requiritur adversus regulares.*

Privilegium concessum Religiosis stante communicatione privilegiorum, non amittitur per non usum etiam longissimum. eod. num. 17.

18 *Decreta Sac. Congregationis Concilii admittunt jus eligendi & mittendi conservatores, dum ab illorum sententiis etiam non manifestæ nova appellationes admittunt.*

AD reprimendos Conservatorum abusus eorumque minus legitimam auctoritatem, quâ se in causis quibuscunquè etiam judicialem indaginem requirentibus ingerebant, sanxerunt Innocentius & Bonifacius Pontifices eorum jus
1 ac potestatem se extendere tantummodo ad causas manifestæ injuriæ ac violentiæ defendendas, in aliis verò nequaquam se intromittere posse sub pœna nullitatis, & suspensionis ab officio, & prout in eorum decretalibus, *cap. 1. & ulti. de offic. deleg. in 6.*

Sed Pius V. & Gregorius XIII. specialibus favoribus Societatem Jesu pro-
2 sequi volentes, eidem concesserunt in quibuslibet causis tam civilibus, quam criminalibus ac mixtis etiam in eis, in quibus ipsi Actores vel Rei forent, sibi Conservatores assumere posse, qui quidem in requirentibus judicialem indaginem sumendo de plano, & sine figurâ judicii procederent; in aliis vero, prout earum qualitas exegisset, ut ex amplo privilegio Pii V. extenso in forma *rationi congruit* per eumdem Gregorium XIII. in prima ab eo edita Constitutione *in Bullario Tom. 3. folio 273.*

Subortis verò nonnullis absurdis & inconvenientibus circa hujusmodi conservatorum electiones Gregorius XV. eas revocavit, nullasque ac invalidas reddidit, etiamsi vigore quarumcunque litterarum, & quorumlibet privilegiorum emanassent, statuendo in futurum, ut Conservatores eligi ac nominari non possent, nisi qualitates in dicta Constitutione Bonifacii VIII. descriptas haberent, idque fieri infra duos menses à Regularibus existentibus in Italia; extra Italiam verò infra alios eo tempore elapso quamdiu Conservatores non elegerint, coram ordinario conveniantur. Inter cætera diffiniendo ac specialiter ordinando prædictos Regulares, cæterasque personas ab eo nominatas conveniri quidem, ac trahi debere coram ipsis conservatoribus, sed alios convenire ac trahere non posse, ita ut in causis in quibus Rei extiterint, ut sunt verba *Constitut. 9. in ordine in Bullario Tom. 3. fol. 288.*

Igitur occasione litis motæ de anno 1664. coram Domino Archiepiscopo Turritano per quamdam Viduam de Ansald super immissione domus à Collegio

Societa-

Societatis Jesu Illius civitatis possesso, elegerunt Patres in eorum conservatorem Archiepresbyterum Cathedralis, qui statim inhibendo Archiepiscopo ne judicium prosequeretur, causam dedit, ut eo non desistente, Patribusque ab ulteriori processu appellantibus, ego in vim commissionis inhibuerim, dederimque dubium, an & in quibus causis competat Patribus jus eligendi conservatorem, à Dominis modo inscripto resolutum.

Prima pars dubii, an scilicet Patribus competat hoc jus eligendi, non fuit in controversiam deducta, & clarè patet ex d. constitutione Gregorii XV. §. 6. Secundæ verò resolutio colligitur ex §. 9. ejusdem constitutionis, ubi causæ activæ distinguuntur à passivis, ut in his Patres valeant, imò debeant conveniri coram eorum Conservatoribus; in iis verò, in quibus videlicet sunt Actores, nequaquam alios convenire aut trahere possint, adimens proinde in hoc casu Conservatoribus omnimodam facultatem ac jurisdictionem, ut ibi litteraliter advertitur, & in simili advertit *Rota coram Ubaldo decis. 239. num. 2. Lezana in summ. Tom. 2. cap. 10. num. 24. Barbosa de offic. & potest. Episc. alleg. 106. num. 52. Peyrin. ad Constit. 5. Gregorii XV. Tom. 2. num 48. Fagnan. in cap. Tuarum num. 23. de privileg.* 3 4

Non obstat quod in hac constitutione fuerint revocatæ omnes conservatoriæ, & redactum jus ad terminos suprà memoratæ Decretalis Bonifacii VIII. dumque propterea in hac Bullâ Gregorii XV. non exprimitur in quibus causis Conservatores procedere possint, id intelligi debeat in causis manifestæ injuriæ & violentiæ, non autem judicialē indaginem requirentibus juxtà ejusdem decretalis præscriptum, *Abb. cons. 100. n. 3. par. 1. Ricc. decis. Neapol. 258. per tot. præcipuè nu. 8. par. 2. & decis. 191. nu. 4. & 5. par. 3. Monet. de conservat. cap. 7. num. 84. & seqq.* 5

Quia visum fuit hanc Gregorianam constitutionem se referre ad Bonifaciana tantummodo circa personas eligendas ut in §. 1. ibi: *Decrevit ut judices conservatores eligi, nominari, aut deputari non possint, nisi habeant qualitates requisitas & descriptas in constitutione Bonifacii VIII. &c. ita ut vel dignitate ecclesiastica præditi, vel personatum obtinentes, vel Ecclesiarum cathedralium Canonici existant.* de cæteo modificasse in hoc Pianum privilegium, ut ubi primum Patres in omnibus causis, etiam in quibus Actores existerent, poterant sibi Conservatores eligere, & adire, nunc in causis solum ubi sunt rei, id facere possint, ut in specie tradit *Peyrin. ad d. constit. 2. Gregor. Tom. 2. §. 6. num. 50.* ubi quod hodie regulares in omnibus causis, in quibus rei existunt, etiamsi non agatur de manifestis injuriis, possunt ac debent convenire coram eorum Conservatoribus; imò secundum eum restrictio constitutionis ad Reos tantum, procedit respectu aliarum causarum, non autem ubi agitur de manifestis injuriis, in quibus videtur regulares eos adire posse etiamsi Actores sint, quasi causa ad injuriam provocasi ac violentiam passi propius dicatur passiva, quàm 6 7

 act-

8 activa, & dum in eadem Gregoriana derogatur contrariis quæ adversantur, illius suo robore manentibus, clarum fit, omnes causas sive civiles, sive criminales, sive mixtas dummodo passivas intactas remanere, utpote in nihilo d. Constitutioni adversantes, ut bene explicat *Fagnan. in d. cap. Tuarum. numero 23. de privileg.*

9 Minus obstat, quod constitutio in omnem casum non comprehendat causas Viduarum cognoscendas coram ordinariis, non autem coram Conservatoribus ut præscriptum Concilii Lugdunen. *in cap. Volentes de privil. in 6.* confirmati ac specialiter innovati à Tridentino *in cap. 14. sess. 7. de reform. & notavit Barbosa de Ins-*
10 *cop. alleg. 106. num. 43.* Quorum Conciliorum dispositionibus non censeantur comprehensi memorati Pontifices derogasse, nisi speciali facta mentione, *ad cap. ex parte Capell. Monach. Gonzal. ad regul. 8. Gloss. 58. numer. 103. & pluries firmavit Rota, signanter coram Cavalerio decis. 101. numer. 2. & coram Durano decis. 58. numero 31.*

11 Quia responsum fuit quoad d. Concilium Lugdunen. jam Sacram Congregationem declarasse non comprehendere Regulares, ut testatur *Carpal. de exam. regul. cap. 17. dub. 269.* quò verò ad Tridentinum ipsius dispositionem procedere
12 tantum in causis miserabilium personarum vertentibus cum Monachis seu Regularibus extra chaustra degentibus, ut ad litteram loquitur *Text. & advertit idem Barbosa loco suprà allegato & clarius in Collectan. ad Concil. sub numer. 2. post Narbon. lib. 1. recompil. tit. 4. l. 59. Gloss. 1. numer. 230.* qui pariter resolutionem Sacræ Congregationis refert *Novar. in lucerna regul. verb. causa num. 3. & 4. altosque ibi allegatos. & respondit etiam Rodrig. quæst. regul. Tom. 1. quæst. 65. art. 13. vers. ut supradictis.*

Denique non obstat quod Patres nunquam usi fuerint hujusmodi privilegio, præsertim in civitate Turritanâ, imò contrarium servatum fuerit, dum in omnibus
13 causis etiam manifestæ injuriæ semper processum fuit coram ordinario, ut liquet datis per d. Dominum Archiepiscopum *in Summario num. 1.* quo stante intrat quadragenaria præscriptio. *Natta cons. 636. num. 97. Mastrill. decis. 56. num. 1. Rotæ decis. 139. num. 12. par. 2. divers.* non obstante quod versemur in facultativis, dum ultimo
14 usum concurrit etiam factum contrarium, *eadem Rota coram Eminentissimo Otthobono decis. 175. num. 8. & 9. & decis. 229. num. 3. & in recent. decis. 285. num. 21. & seq. par. 9.* ubi etiam distinguitur jus facultativum absolutum, à jure facultativo alterius præjudicium tangente, quale dicitur jus de quo agitur, veluti lædens jus ordinarii, ut quidquid sit in primo casu, in secundo per non usum amittatur, *ut ibi sub num. 23.*

Namque placuit duplex responsio, prima, quod in hujusmodi actibus facul-
15 tivis nunquam præscribitur, nisi cum non usu concurrat prohibitio cum subsecutâ

acquie-

acquiescentia *juxta Gloss. celebrem in l. Qui luminibus de servit. rustic. præd. Rota decis.* 330. *num.* 2. *& 3. par.* 2 *& coram Merlino decis.* 106. *num.* 8. *& seqq. & nuper fuit dictum in Novarien. Parochialium* 13. *currentis mensis.* §. *vel dicta observantia, coram me.* attentis maximè verbis supra relatis ibi: *quamdiu Conservatores non elegerint, coram ordinario conveniantur*, quæ videntur omnem præscriptionem suspendere ac conditionalem reddere Ordinariorum jurisdictionem, quo casu nec etiam applicantur termini præscriptionis immemorabilis *Cyriac. controvers.* 667. *num.* 27. *Rota in recent. decis.* 410. *num.* 29. *par.* 9. *& censuit Sacra Congregatio Concilii sub die* 18. *Septembris* 1627. 16

Secunda, quod adversus regulares requiratur Centenaria, & quod stante mutâ communicatione privilegiorum inter religiones, privilegium concessum ordini per non usum etiam longi temporis non amittatur, ut latè firmavit *Rota in Januen. privilegii coram Royas decis.* 327. *num.* 8. *confirmata in recent. decis.* 337. *numer.* 22. *par.* 10. *& apud Pasqual. quæst. canonic.* 339. *num.* 22. 30. *& 45. cent.* 4. 17

Decreta vero Sacræ Congregationis Concilii nuper emanata in causa Algaren. jurisdictionis, quæ pariter à D. Archiepiscopo objiciebantur, potius videntur supponere jus eligendi Conservatores, dum ab eorum sententiis tam in causis manifestæ injustiæ, quam in aliis appellationem admittunt: 18

Et ita utraque parte informante &c.

Ad Quæst. 50. *Additio.*

Quoad quæstionem, an lex usu non recepta liget, opinio negativa, quam tenet D. Auctor hoc loco *num.* 8. *& seqq.* etsi probabiliter à pluribus defendatur, contraria tamen affirmativa verior & communior videtur, nempè legem sufficienter promulgatam obligare sine populi acceptatione, quæ ad ejus substantiam non requiritur. *Ita Hostien. in c. Treugas nu.* 7. *de treug. & pace. Cardin. in proœm. Clement. verbo Universitati in* 2. *quæst. Silvest. verb. Lex quæst.* 6. *& post alios Suarez de legib. lib.* 3. *cap.* 19. *Layman. in Theol. mor. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 3. *num.* 1. *plenè Fagnan. in d. cap. Treugas à num.* 48. & istam opinionem probavit *Rota coram Caval. decis.* 77. *nu.* 3. *& seqq. & in recent. decis.* 356. *num.* 7. *& 8. par.* 1. *& decis.* 260. *num.* 15. *par.* 17. in quibus etiam habes, qualiter contra constitutiones Ecclesiasticas introduci possit contrarius usus.

Proximè ad materiam nostram quæritur, an privilegia exemptionum, quæ hodie conceduntur à Papa, semper intelligi debeant secundum terminos Concilii Tridentini, nisi in illis specificè eidem fuerit derogatum? affirmativam sequitur Auctor

Auctor hic *numer.* 33. Cæterum contrariam negativam tenet *Fagnan. in cap. ex parte numer. 25. & 26. de privileg.* ubi resolvit privilegium exemptionis à Sixto V. concessum Referendariis Apostolicis non restringi ad terminos Concilii, ut solleet tantum exempti sint ab ordinariis procedentibus jure ordinario, sed etiam ab ordinariis procedentibus jure delegato. Specialitatis ratio inter Concilium Tridentinum & alia Concilia generalia ea est, quod in hoc expresè legitur præservata authoritas Papæ, in aliis tacitè tantum. Concordat *Rota decis. 179. numer. 6. par. recent. & decis. 259. num. 9. par. 7.*

DECISIO LXII.

Constitutiones Papæ promulgatæ, an tollantur per non usum aut contrarium usum, & qualiter contra illas currat præscriptio.

R.P.D. CAVALERIO.

Inter impessas Cavalerii decisio 77

Romana Concordiæ.

Veneris 13. Novembris 1609.

SUMMARIUM.

1 *Dictio nisi præcedente negativa affirmat in exceptis.*
2 *Effectuatio requiritur ad hoc, ut jura & constitutiones ligent & probent.*
3 *Constitutio Papæ promulgata non tollitur per non usum vel contrarium usum, nisi data scientia & tolerantia Papæ.*
4 *Observantia non est de forma substantiali constitutionum Papæ.*
5 *Præscriptio contra constitutiones principis non inducitur, nisi sit rationabilis, & spatio 40. annorum.*
6 *Consuetudo in præjudicium tertii non inducitur, nisi parte citata secundum eam fuerit obtentum in judicio.*
7 *Præscriptio non inducitur stante mala fide.*

Dubium

DUbium erat, An in alienationibus rerum immobilium, & jurium Basilicæ S. Petri, nec non in locationibus casalium ultra novennium, vel domorum ultra tertiam generationem, Beneficiati vocari debeant, ita ut habeant vocem consentiendi vel dissentiendi ? Et Rota ad favorem Beneficiatorum respondit affirmativè. Quia quidquid sit de jure communi, in hoc casu non erat ad illud recurrendum, cum adessent provisiones particulares summorum Pontificum; Nam quoad alienationes rerum immobilium & jurium in constitutione Nicolai III. fel. mem. quæ datur in libello impresso num. 25. adsunt verba clara, quæ sunt ista. *Hujusmodi verò Beneficiati cum ad tractatus Capituli non admittantur, nec vocem in Capitulo habeant, nec aliquam potestatem de juribus, bonis, seu quibuscunque negotiis ad ipsam Basilicam pertinentibus disponendi, nisi ubi de alienatione rerum immobilium, vel jurium d. Basilicæ ageretur, tunc enim assentiendi & dissentiendi hujusmodi tractatibus vocem habeant.*

Quo verò ad reliqua adest Motus proprius fel. record. Pauli III. in quo sunt hæc verba ampliativa : *Hoc nihilominus nostro decreto ad præsens declarantes, quod cum ex antiquâ constitutione sancitum sit, Beneficiatos non habere vocem aliquam nec potestatem in Capitulo, nisi ubi de alienatione bonorum immobilium, vel jurium ageretur, eam exceptionem intelligendam esse, etiam ubi tractaretur de locatione casalium ultra novennium, vel domorum ultra tertiam generationem, etiamsi hactenus prædicta ultra illud tempus sine Beneficiatorum interventu locari consueverint.*

In quibus verbis constitutionis Nicolai repetitis in hoc Motu proprio Pauli III. Domini præcipuè considerabant dictionem illam : *Nisi*, quæ ubi præcedit negativa, includit & affirmat in exceptis. *Geminian. cons. 15. numer. 18. vers. super quinto Bartol. cons. 46. numer. 1. lib. 2. Jason. in l. actione num. 3. C. de transact. Alexand. cons. 83. num. 3 lib. 1.* 1

Nec dixerunt obstare quod pro parte Canonicorum excipiebatur, videlicet prædictas constitutiones non fuisse usu receptas, dum ipsi ostendebant plures alienationes factas à Canonicis sine interventu Beneficiatorum, unde jura pro parte Beneficiatorum non videbantur facere fidem, tanquam effectu carentia. *cap. cum dilectus, de fide instrument. Abb. cons. 5. num. 3. lib. 2. Natta cons. 574. numer. 14. & cons. seq. num. 9. Bartol. cons. 144. num. 1. lib. 1. Gozadin. consil. 23. num. 9. Cephal. consil. 96. numer. 15. & seq. lib. 1. Roland. cons. 32. num. 8. lib. 4.* 2

Quia respondebatur quod de effectuatione & usu Bullæ Nicolai III. constat ex confirmatione in Motu proprio Pauli III. & nihilominus eo ipso, quod sunt promulgatæ Constitutiones Papæ dicuntur effectuatæ, nec potest contra illas induci non usus neque contrarius usus, nisi data scientia ejusdem Papæ. *Abb. in cap. ult. num. 4. vers. unde ibi. de Treug. & pace. Felin. in cap. 1. num. 6. vers. Lex nova. eod. tit.* ubi assignat rationem, quia scilicet Princeps tolerando & sciendo videtur acquiescere, 3

& teſtatur de communi *Covar. var. reſolut. lib. 2. cap. 16. numer. 6. verſ. Quod*
4 *ſunt. Put. deciſ. 1. in fine lib. 1.* uſus enim & obſervantia non requiritur in conſtitu-
tione Papæ de formâ ſubſtantiali, ſed accidentali. *Felin. in d. cap. 1. num. 13. col. penult.*
verſ. bene facit.

Et propterea Domini non putaverunt intrare præſcriptionem allegatam, quia
5 ad eam inducendam eſſet neceſſaria conſuetudo rationabilis præſcripta ſpatio 40.
annorum juxta terminos *cap. ult. ubi gloſſa in verb. legitimè de conſuetud. Rot. deciſ.*
num. 5. eod. tit. in novis. Abb. in d. cap. num. 4. verſ. ego ſic diſtinguerem de tregua, & pace.
talis autem præſcriptio formata hic non adeſt, quia non conſtat de aliquâ ſcientiâ
Papæ, ut dictum eſt; nec poteſt dici, quod Papa ſciverit, ex eo, quod in quadam
alienatione facta à ſolis Canonicis Paulus III. derogavit defectui conſenſus Bene-
ficiatorum, quia ex eo non arguitur ſcientia Papæ, imò potius colligitur, quod Papa
in aliis ſimilibus alienationibus putavit intervenire conſenſum Beneficiatorum, et
vulgati regulâ, quod exceptio in uno caſu firmat regulam in caſibus non exceptis.
6 Sed etiam, quod Papa ſciviſſet, non poteſt talis ſcientia, ad effectum inducen-
di contrarium uſum, ſuffragari, ſtante clauſulâ in eodem Motu proprio Pau-
li, etiamſi hactenus prædicta ſine ipſorum Beneficiatorum conſenſu locari con-
ſueverint.

Minus conſtat de aliquâ contradictione Beneficiatorum, nam neceſſe erat
probare ad inducendam præſcriptionem, quod in talibus alienationibus Benefi-
ciati voluerint intervenire, & fuerint rejecti, *Ripa in cap. cum Eccleſia Sutrina, nu-*
mero 68. de cau. poſſ. & prop. &c, cum uſus conſtitutionis regulariter ſemper præ-
ſumatur, *Gozad. conſ. 16. numer. 16. Caputaq. deciſ. 220. par. 2.* oportet pro-
bare contrarium uſum obtentum in contradictorio judicio. *Gabr. conſ. 84. nu-*
mero 60. vol. 1.

Neque etiam viſa fuit probata ſcientia Beneficiatorum in alienationibus alle-
gatis, quia licet in iis aliqui ex ipſis fuerint adhibiti teſtes, non infertur ex hoc, quod
alii ſciverint: Nec tales, qui ſciverunt, potuerunt aliis, aut ſucceſſoribus præjudicare.
Ultra quod neque conſtat, tales, qui ſciverunt, habuiſſe notitiam privilegiorum, &
conſtitutionum præfatarum.

Viſa etiam fuit relevans commiſſio cauſæ obtenta tempore Julii III. à Bene-
ficiatis contra Canonicos ſuper hac admiſſione ad alienationes, & aliis, de quibus
hodie controvertitur, ex quâ non ſolum excluditur prætenſa Beneficiatorum patien-
tia, ſed oſtenditur clara, & aperta contradictio.

Tandem cum conſtitutio Nicolai III. ſit facta de communi conſenſu, & un-
7 animi voluntate Archipresbyteri, & Capituli, ut in ea dicitur *num. 98.* & aſſerve-
tur in Archivio Capituli non putavit Rota, quod Capitulum poſſet allegare præ-
ſcriptionem, ſtante malâ fide, *reg. poſſeſſor. de regul. jur. in 6. Aym. conſ. 146. per tot. Ca-*
putaq. deciſ. 24. num. 1. & 2. & deciſ. 362. lib. 2.

Et

Et ex his Domini resolverunt contra Capitulum & Canonicos. Verum, quia opponebatur d. Motum proprium Pauli III. fel. mem. non esse in forma probanti, dictum fuit, quod super hoc particulariter videretur.

DECISIO LXIII.

Constitutiones Apostolicæ, & præsertim Clementis VII. & aliorum Antecessorum de extendendis consensibus in libris Cameræ infra 15. dies à die missæ, nunquid per non usum aut contrarium usum sublata dicantur, accedente præsertim tacito consensu Papæ.

REVERENDISS. P.D. DAMASCENO.

Conchen. Beneficii.

Decisio 356. par 1. recent.

Lunæ 14. Novembris 1611.

SUMMARIUM.

1 *Constitutiones Clementis VII. & aliorum Pontificum de extendendis consensibus in libris Camera infra 15. dies à die missæ, non sunt in usu, num. primò & sequentibus.*

3 *Constitutionis non usus debet probari in specie, & concludenter, quod super non usu fuerit aliàs judicatum.*

4 *Stylus difformis an, & quando sit attendendus, ut consuetudinem inducat.*

6 *Constitutio, non est novum, quod servetur in aliquâ parte, & in alia parte in desuetudinem abeat.*

7 *Constitutio Apostolica, & illius validitas per non usum, vel per contrarium usum minimè tollitur, declaratur num. 8.*

8 *Cancellaria Apostolica dicitur organum Papæ.*

Scien-

Scientia Papæ, imò & consensus infertur & præsumitur ex scientiâ suorum officialium, & præsertim Cancellariæ Apostolicæ.

9 *Error communis excusat à pœna.*

10 *Pœna est amittere Jus suum.*

11 *Jus dicitur quæsitum per solam scientiam Papæ & etiam non expressis verbis.*

12 *Litterarum Apostolicarum expeditio & extensio consensus non fit ad substantiam gratiæ, sed ad probationem.*

1 DUbitavi, an constitutiones felicis recordationis Clementis VII. & aliorum Antecessorum de extendendis consensibus in libris Cameræ infra 15. dies à die Missæ obstarent Gregorio, qui illas non observavit, & quia Gregorius sui defensione faciebat totum fundamentum in non usu prædictarum constitutionum, difficultas fuit restricta ad duo. Primum an probaretur dictus non usus, secundum an probatus relevaret.

2 Quoad primum fuit dictum, constare de non usu, ex pluribus consensibus spatio septuaginta annorum præstitis post quindecim dies à die missæ, quorum copia fuit data pro parte Gregorii, nec non etiam ex testibus curialibus, & præsertim pro ejus parte examinatis, & ex fide septem Notariorum Cameræ, hoc idem instantium, & ulterius ex *decis. Oradni in causa Barchinonen. Canonicatus* 10. Octobris 1594. 24. *Maji* 1568. hoc idem per testes usque tunc examinatos affirmantibus.

3 Quibus non obstare visum fuit, quod multi consensus fuerint etiam præsentati intra quindecim dies, unde infertur istum usum tanquam difformem non suffragari ex allegatis, quia fuit responsum constitutiones habere duas partes; primam quod consensus debeant extendi infra quindecim dies, alteram quod illis non obtensis resignatio sit nulla, & beneficium moriente resignante vacet per obitum: prima pars admittitur variè observata, secunda verò nequaquam, cum non probetur, quod aliquando ob non extensum consensum intra quindecim dies fuerit annullata resignatio, ita in proposito respondet *Dec. cons.* 11. *numer.* 12. *vers. & consulendum est.*

4 Ulterius fuit dictum, quod quando diversitas reperitur in actibus, qui secundum patiuntur cum consuetudine, talis diversitas non impedit consuetudinem sive de consuetudinem, quia qui potest extendere post quindecim dies, multò magis intra quindecim dies, unde extensio facta intra quindecim non attribuitur observantiæ constitutionis, sed facultati facientis, ita *Dec. post Bart. dicto cons.* 11. *num.* 12. *vers.* 3. & *Alexan. cons.* 108. *num.* 15. *volum.* 2. *Anchar. cons.* 339. *numer.* 7. *in fin. vers. ad secundam Crav. consil.* 197. *num.* 12. *vers. opt. facit Roland. consil.* 53. *num.* 3. *vol.* 2. *Rota in causa Parmen. status* 14. *Martii* 1580. *coram Robusterio relata inter diver. impress. decis.* 294. *numer.* 6. *par.* 2.

Non

Non etiam obstare visum fuit, quod in plurib⁹ decisionibus fuerit habita 5
ratio istarum constitutionum nempe apud *Verall. in manu script. 225. lib. 1. Veronen.*
Sancti Zenonis coram Aldobrandino, qui postea fuit Clemens Papa VIII. de qua
inter divers. impress. decis. 215. part. prima, & in alia Veronen. pensionis 27. Iunii
1590. *coram Illustriss. Plato*, quia in prædictis decisionibus minimè fuit actum
de non usu prædictarum Constitutionum. Nam decisio Verall. firmat tantum
constitutionem Clem. esse extravagantem, non autem simplicem regulam Cancel-
lariæ. decis. Clem. Papæ VIII. dictam Constitutionem præsupponendo disputat
de intellectu, & ante disputationem super usu causa fuit concordata, ut fuit reper-
tum in illius annotationibus; decisio coram Illustriss. Plato fuit facta una parte
informante, & sic nemine opponente de non usu, & examinati Testes, Rota cen-
suit pro non usu, & in dicta Barchionen. Oradini.

Similiter fuit dictum non obstare, quod Constitutiones adhuc observentur 6
quoad multa, nempe in descriptione consensuum in libris Cameræ, adnotatione
missæ, super supplicatione, & similibus; quia fuit responsum non esse novum,
quod Constitutio servetur quo ad aliqua, & quoad alia abeat in desuetudi-
nem. *Ruin. cons. 55. in fin. lib. 5. Corn. consil. 20. num. 2. versic. nec etiam obstat*
lib. 3. Gabr. consil. 78. num. 9. lib. 2. Aragon. decis. 1.

Circa secundam, Domini habebant pro indubitato, quod non usus sive con- 7
trarius usus populorum sine consensu Papæ nihil potest operari contra validitatem
Constitutionum Apostolicarum, ex latè deductis *in Romana concordiæ S. Petri die*
13. Novembris 1609. 11. *Ianuarii. & 12. Februarii* 1610. *coram Reverendissimo Ca-*
valerio.

Difficultas erat in hoc casu, quod iste non usus fuit observatus in ipsamet 8
Cancellaria Apostolicâ, quæ dicitur organum Papæ. *Cassad. decis. 2. num. 7. su-*
per reg. de unio. Cas. de Grass. decis. 1. num. 8. de probat. Unde inferebatur non so-
lum ad scientiam ipsius Papæ, quæ regulariter infertur ex scientiâ ejus Officialium.
Bart. in L. si Publicanus, §. in omnibus num. 1. ff. de public. & vectig. Cravet. de an-
tiq. temp. par. 4. §. absolutis. nu. 23. Boer. Dec. 264. n. 19. Abb. cons. 64. num. 51 cum
aliis per Surd. cons. 429. Verum etiam ad consensum qui colligitur tam ex eo, quod
quidquid gessit Cancellaria, videtur gestum ab ipsomet Papa, cujus ipsa est Orga-
num *ex alleg. supra*, & sic ipsemet videtur fuisse, qui legem abrogavit, non subditi;
dicitur enim factum Papæ, etiamsi ipse gesserit cum alio. *Feder. consil. 117. num. 2.*
Vitalin. in Clem. 1. num. 26. de probat. Gabr. conclus. 2. num. 12. eod. tit. Rota in causa
Salamantina jurisdictionis. 17. Maji 1577. *coram bon. mem. Cardinali Seraphino re-*
lata inter divers. impress. decis. 171. num. 2. par. 1. & in causa Oxonien. beneficii
24. Octobr. proximi coram me, quàm etiam ex altero, nempe quia iste non usus, sive
contrarius usus fuit in Curia Romana infra parietes sacri Palatii. Unde summi

Pontifices ob nullam aliam cauſam videntur tacuiſſe, quàm quia contenti fuerint prædictas Conſtitutiones in deſuetudinem abire. Et per prædictam rationem, quod non uſus, ſive contrarius uſus fuerit obſervatus in Cancellaria Apoſtolica, quæ est Organum Papæ, & dictæ Conſtitutiones fuerint abrogatæ concuſit Rota in deciſ. Oradini ſupra allegatis.

9 Cæterùm, quatenus prædicta poſſent pati difficultatem, circa abrogationem dictarum Conſtitutionũ, conſiderabant Domini, quod Gregorius non intendit ſtinere, quod dictæ Conſtitutiones amplius non ligent, imò offert ſe paratum illo futurum ſemper obſervare, ſed dicit, ſe excuſandum à pœna dictarum Conſtitutionum, propter juſtam cauſam, quàm ex prædictis habuit, credendi, quod non eſſent amplius in uſu, ſiquidem communis error excuſat à pœna. *Bartol. in L. quis §. apud Labeonem. ff. de Ædil. edic. cum cumulat. per Roland. conſil. 96. num. 6. pluribus ſequentib. lib. 2. Surd. conſil. 327. num. 51.*

10 Et pœna videtur eſſe, quod quis per non extenſionem conſenſus in certo tempore amittat jus ſibi delatum ex gratia Apoſtolica, quem conſenſum reſignanti, ſi dubitatum eſt, tunc temporis adfuiſſe, pœna enim eſt amittere jus quæſitum. *C. de puellis verb. nullatenus 36. quæſt. 2. & in cap. fin. verb. ex vi. & Abb. num. in fin. de jur. Patron. Rom. conſ. 236. in princ. Pariſ. conſil. 5. num. 193. vol. 4. Surdeciſ. 7. num. 13. & 232. num. 9. ad fin.*

11 Et jus dicitur quæſitum per ſolam ſignaturam Papæ. *Put. deciſ. 94. num. par. 2. Caputaq. deciſ. 301. par. 3. fuit dictum in cauſa Barchinonen. Prioratus. 5. Maii 1547. coram Mohedano relata inter diverſ. impreſſ. deciſ. 7. lib. 1. part. 3. in Fuden. beneficii. 9. Maji 1578. coram Illuſtriſſ. Blanchetto, quæ eſt 418. num. 3. par. 1. diverſ. & Cuſentina Penſionis 13. Januarii 1596. coram bon. mem. Litta, in Pampilonen. Iochialis. 21. Aprilis 1610. coram Domino Attrebaten.*

12 Etenim litterarum expeditio, & extenſio conſenſus non fit ad ſubſtantiam gratiæ, ſed ad probationem. *Gemin. conſilio. 106. num. 6. verſ. in contrarium hanc deciſ. 87. n. 3. de reſcript. in antiq. Mohed. deciſ. 9. ut lit. penden. Verall. deciſ. 267. n. 2.*

DECI-

DECISIO LXIV.

Prohibet Constitutio S. memoriæ Pii V. resignationes in favorem Consanguineorum resignantium, cumque de illius usu vel non usu in Germania disputaretur, pro observantia deciditur.

R. P. D. BOURLEMONT.

Monasterien. Canonicatuum.

Decisio 160. par. 17. recens.

Lunæ 15. Februarii 1672.

SUMMARIUM.

1 *Decreta facta à Metropolitano afficiunt Ecclesiam illi subditam, & suffraganeam.*

2 *Doctores plures Germanici scripserunt super Constitut. Ja. mem. B. Pii V. de non admittendis resignationibus favore Consanguineorum resignantium.*

3 *Rota Romana invalidavit resignationes ad favorem Consanguineorum resignantium, quæ factæ sint non servatâ Bullâ sa. mem. B. Pii Quinti.*

4 *Attestationes personarum in dignitate constitutarum, quæ etiam fuerint verisimiles, attenduntur, & num. seqq.*

5 *Verisimilitudo in materia probationis multum attenditur.*

6 *Observantia Constitutionis Papalis in Ecclesia probatur, si Capitulum denegavit tradere possessionem contra formam ejusdem Constitutionis.*

7 *Confessio emissa in supplicatione plenè probat contra confitentes.*

8 *Confessio probat contra supplicantem, etiamsi in supplicatione adsit clausula aut asseritur.*

9 *Confessio facta in actu nullo, & invalido, adhuc præjudicat confitenti.*

10 *Consuetudo contraria statuto, cujus observantia fuit jurata, non attenditur.*

11 *Testes ratione affectionis non sunt integræ fidei, & omni exceptione majores.*

Attestationes Capituli, in quo adsunt fratres, & consanguinei interesse habentis, attendi non debent, nu. 11.

12 Capituli attestationes, ubi interesse est commune omnibus uti singulis, non recipiuntur.

13 Attestatio individualis Capituli super aliquo facto non fuisset omissa, si factum verum in substantia fuisset.

14 Fides extrajudiciales procuratæ lite pendente, & sine citatione partis non attenduntur.

15 Usus contrarius, vel non usus, quatenus obstet Constitutioni Pontificis, & num. sequenti. Papa habet immediatam potestatem à Deo absque dependentiâ & consensu populi, num. 5.

16 Clausula sublata, & Decretum irritans, enervant, & frangunt vires non usus, & contrarii usus. amplia, ut num sequenti.

17. Ignorantes ligantur Constitutionibus munitis cum clausulâ sublata & decreto irritanti, & num. 32.

18. Usus contrarius, ut præjudicet Constitutioni Papali probari debet scientia eiusdem Papæ.

19 Constitutio Pontificis ut dicatur in desuetudinem abusse, requiritur quod habuerit contradictionem, quæ fuerit in judicio approbata.

20 Constitutio Pontificis edita favore alicujus particularis facilius tollitur per non usum, quam si emanaverit per viam legis.

21 Constitutio Papalis edita per viam legis universalis, nunquam præscribitur sine expressa scientia, & consensu Pontificis.

22 Scientia præsumpta etiam de plurimis seculis, non sufficit ad præscribendam Constitutionem Pontificis.

23 Constitutio Pontificis non præscribitur ex solâ residentiâ Nuntii Apostolici in Religionibus, in quibus illa præscribuntur præscripta.
Scientia Papæ non resultat à scientia Nuntii Apostolici.

24 Scientia Papæ resultat ex decisionibus rotalibus emanatis ad formam eorum Constitutionum, uti ex professionibus in Datariâ factis.

25 Differentia inter constitutionem servatam captam, & nunquam servatam quoad effectum præscribendi, à Rota rejicitur.

26 Constitutio Papalis quod non legitime à subditis recepta, est opinio reprobata communiter.

27 Contraria opinio non est recepta in Rota.

28 Constitutio san. mem. B. Pii V. de non admittendis resignationibus in favorem consanguineorum resignantium, an procedat in beneficiis de jurepatronatus.

29 Turnarius habens jus conferendi beneficia, dicitur habere exercitium juris residentis penes Capitulum.

30 Error justus procedens per non usum, vel contrarium usum Constitutionis Pontificiæ, quatenus suffragetur

31 Error justus causari non potest, ubi est observantia in contrarium.

32 Decretum irritans inducit nullitatem, actus etiam contra ignorantes.

33 Ætas 22. annorum requiritur in obtinendis Canonicatibus in Cathedralibus.

34 Fal-

34 *Fallit de consuetudine Germaniæ.*
35 *Canonici Turnarii facultates satis probantur, si illius Collationes fuerint admissæ à Capitulo.*
36 *Resignation si non fuerit publicata, habet legitimam excusationem ex impedimento litis omnem culpam excludente.*

VIribus non subsistente provisione factâ à Turnario Cathedralis Monasteriensis de duobus Canonicatibus in ejus manibus de licentia Capituli liberè resignantis in personis fratris, & Nepotis resignantium uti prohibitâ in Bullâ san. mem. Beati Pii Papæ Quinti. 58. §. 5. de illis provideri obtinuerunt à sanct. mem. Clemente IX. Christophorus & Hermannus *summario resumpto num. 1. 2. 3. 4. 5. & 7.* Unde inter ipsos, & provisos à Turnario lite in partibus agitatâ, & ad Rotam delatâ dubitari contigit; an & quibus Canonicatus essent adjudicandi; sed dilata resolutione in 15. Maji 1671. fuit restricta difficultas ad observantiam dictæ Bullæ, quâ hodie probatâ responderunt Domini Canonicatus adjudicandos esse DD. Christophoro & Hermanno provisis Apostolicis.

Etenim justificationem litterarum eorundem non revocarunt Domini in dubium, sed tantum dictæ Bullæ observantiam in hac Diœcesi, de qua tamen constare dixerunt non solùm ex libro directionis Ecclesiasticæ disciplinæ Metropolitanæ Colonien. edito à Nuntio Apostolico anno 1697. in quo Prælatis mandatur, quod ante confirmationem spondeant non resignaturos, nec permutaturos dignitates, nisi secundùm dictam Pii Quinti Constitutionem sub *lib. primo de Prælat. nu. 9. hodierno Summario Christophori, & Hermanni num. primo littera A. & sub lib. de Beneficiis Ecclesiasticis.* Præcipitur quibuscunque beneficiatis, ut in Collationibus, resignationibus, Cessionibus, & permutationibus nihil agant adversus dictam Constitutionem Pianam, & alteram de Confidentiis in eodem libro impressas, ut ad omnium notitiam pervenirent. *dicto summ. num. 1. littera B.* Verum etiam ex decretis Synodalibus Archi-Episcopi Colonien. Ordinantibus Collationes fieri de beneficiis Ecclesiasticis resignatis juxta dispositionem dictæ Bullæ Pianæ: quibus Directorio & decretis à Metropolitano editis affici Ecclesiam Monasteriensem illi subditam, & suffraganeam tradit *Barbos. de jur. Eccle. universali lib. primo cap. 7. nu.* 1
13. & seqq. 79. & 98.

Conveniunt cum his decretis Doctores Germanici, qui super hac Bullâ scripserunt, nempe *Paris. de resign. lib. 5. quæst. 6. num. 230. vers. non omittam. Branden. ad consuet. German. quæst. 12. num. 18. ibidemque Nicolar. dub 9. sub §. 6. & §. 8. Chockier de permut. Benef. cap. 16. num. 2. par. 3. ad reg. 43. aliàs 44. sub num. 68. §. his æquavers. de catero,* & quod magis est, hoc sacrum Tribunal in contingentia casuum interet Colonienses, canonizavit novas provisiones, & respectivè invalidavit resignationes, ex quo primæ provisiones erant factæ contra formam illius Bullæ, ut *coram* 2 3

coram Pania decis. 1551. sub num. 2. decis. 1576. num. 3. par. 3. & in Leodien. Archidiac. conatus prima Iulii 1652. §. modus siquidem coram Eminentissimo Cerro.

Hinc visæ sunt Domini sadmodum verisimiles attestationes trium Prothonotariorum, & duorum Notariorum continentes, quod ipsi firmiter credunt Bullam Pianam esse in viridi, & indubitatâ observantiâ in tota Germania, prout est in Dioc
4 cesi Leodien. *d. summario n. 5.* quibus utpote in dignitate constitutis est deferendum, cùm non præsumatur, quod si aliter res se haberet, ita testati fuissent, ut in termino observantiæ *Rota in Melitana Commendæ 12. Ian. 1671. §. talem insuper coram Reverendissimo Domino meo Albergato Decano*, attentatâ maximè ex firmitatis verisimilitudine eorum attestationis, quæ in materia probatoria multum ponderatur. *Rude*
5 *cis. 263. num. 6. par. 7. recent.*

Tolli denique visa omnis difficultas ex facto, tam Capituli Monasteriensis, quàm provisorum à Turnario; Capitulum enim denegando eis possessionem bo-
6 rum Canonicatuum ob non servatam constitutionem Pianam. *eorum summario assumpto num. 4.* Satis clarè innuit in hac Diœcesi ejus observantiam vigere: Provisi verò à Turnario in eodem posterioribus litteris à Sanctissimo obtentis super illis Canonicatibus, adhuc ut asseruerunt vacantibus ob defectum ætatis Christophori, & Hermanni, confessi sunt provisionem Turnarii, uti factam contra formam
7 Bullæ Beati Pii V. fuisse nullam, & inutilem, *dicto eorum summario num. 8.* quorum confessio in precibus contra eosdem supplicantes plenissimè probat *Burat. dec. 100. num. 18. decis. 473. num. 6. decis. 681. num. 6. Bich. decis. 378. num. 5. & recent. decis. 186. num. 7. decis. 394. num. 10 par. 9. & in Conchen. Beneficii 2. Dombris 1671. §. si quidem & §. quod autem in fine coram R. P. D. meo Rondinino.*

Quamvis confessio munita fuerit Clausulâ, *ut asseritur*, quia ea non obstat
8 in præjudicium confitentis probat *Barbos. clausul. 188. num. 5.* & posteriores literæ in quibus continentur, detegantur nullæ, & inutiles non subsistente fundamento defectus ætatis Christophori, & Hermanni prius Provisorum, ut infra, quinimo confessio etiam in actu nullo & inutili, valida est ac nocet confitenti. *Cravet. cons. 3. vers. tertio principali. Merlin. decis. 316. num. 25. vers. præterea. Bich. dec. 296. num. 3. & in recent. decis. 117. num. 2. vers. nam placuit, & decis 271. num. 4. in fine par. 1. & decis.*
9 *179. num. 18. par. 4. tom. 2. & dec. 91. num. 14. & 15. par. 12.*

Nec observantia sic probata tolli potuit per non usum, seu contrarium usum, de quo testata sunt Capitula Germaniæ per enumerationem provisionum effectum sortitarum in personis consanguineorum & Affinium resignantium & Collatorum. *Hodierno summario provisorum à Turnario num. 1. & 2.* quia ex his Capitulis Colo-
nienſe habet contra suam attestationem prædictas relationes Rotales, Synodum, & Directorium Ecclesiasticæ disciplinæ, ob cujus juratam observantiam, nec consuetudo

suetudo usui Bullæ contraria inchoari potuit, nec inchoata prosequi, quia interrupta fuisset à successivis approbationibus hujus Bullæ in Directorio ordinatis, ut dixit *Rota in Avenionen. munerum* 20. *Novembris* 1671. §. *fin. coram. R. P. D. meo Rondinino.* De Capitulo verò Hildesimen. & Minden. sunt Canonici hi provisi à Turnario, & frater alterius eorum ultra Canonicatum habet ibi dignitatem Decanatus, sicuti Capitulum Osnabrugense habet Decanum alterum fratrem eorundem, adeò ut ratione affectionis attestationes hujusmodi non sint integræ fidei, nec omni exceptione majores, *ut in Pampelonen. primitiarum* 16. *Novembris* 1671. §. *ferè omnes & in S. Angelin vado fructuum dotis.* 20. *ejusdem Mensis & anni.* §. *non obstat coram me.* 10 11

Potissimum, quia interesse omnibus est commune, ut scilicet seclusâ Bullæ observantiâ resignare valeant eorum Consanguineis & Affinibus absque necessitate deundi S. Sedem pro dispensatione, quo casu etsi de Capitulo, non dicuntur testes idonei. *Barbosa de Canon. & dignit. cap.* 31. *numero* 13. Et quod maximum est, nulla fuit exhibita attestatio hujus Capituli Monasterien sis, quæ tanquam specialis individuans assertum non usum, seu contrarium usum verisimiliter non fuisset prætermissa, & denique hæ omnes fides sunt extrajudiciales, & lite pendente procuratæ sine partis citatione, quæ non probant. *Rota decis.* 323. *num.* 4. *par.* 2. *decis.* 32. *num.* 15. *par.* 7. *recent.* 12 13 14

Esto etiam quod ex eis resultare potuisset, non usus seu contrarius usus, non nocuisset huic Constitutioni Summi Pontificis, qui cùm habeat immediatam potestatem à Deo absque dependentiâ à consensu populi, ut primùm Constitutionem hanc edidit & publicavit, ea censetur effectum sortita ubique, cùm statim liget & obliget absque alia subditorum acceptatione, qui non possunt de illius non usu, seu contrario usu excipere, ut ex decisionibus *Cavaleri* 77. *num.* 3. *& seqq. decis.* 85. *num.* 2. *& decis.* 111. *per tot.* resolutum fuit *coram Medino in Majoricen. indultorum* 10. *Aprilis* 1639. §. *irrelevantia impressa apud Dian. resol. Moral. par.* 6. *fol.* 235. *confirmata inter impressas ejusem decis.* 81. *num.* 4. *& in Papien. Bonorum* 16. *Januarii* 1598. §. *nec placuit. & §. non obstat impressa apud Maceraten. variar. resolut. lib.* 1. *in fine resolut.* 98. *in recent. decis.* 630. *num.* 6. *par.* 4. *recent. & decis.* 259. *num.* 2. *par.* 12. *& coram Celso decis.* 200. *num.* 5. Ad quod unum intendit B. Pius V. muniendo Constitutionem hanc clausulâ *sublata*, & decreto irritanti, quæ enervant & frangunt vires non usus, seu usus contrarii. *Gratian. cap.* 559. *num.* 35. *Rota decis.* 610. *num.* 8. *decis.* 722. *num.* 4. *& 5. par.* 4. *tom.* 3. *& decis.* 259. *num.* 2. *vers. stante præsertim. par.* 10. *recent. Buratt. decis.* 704. *num.* 10. *& in d. Majoricen. Indultorum ubi supra.* §. *& multò minùs coram Merlino & d. decis.* 814. *num.* 6. *Cels. d. decis.* 200. *num.* 6. etiam contra ignorantes. *ut in d. Papien. Bonorum. ubi supra* §. *præsertim.* 15 16 17

Potissimum, quia contrarius iste usus non probatur, quod innotuerit Pontifici

18 tificiad hoc, ut ejus accedente positivo consensu Papalis Constitutio in desuetudi-
nem abire potuisset. *Chockier ad regul. 43. alias 44. numero 69. Rot. decis. 561.*
numero septimo, part. prima decis. 610. num. 7. decis. 572. num. 18. par. 4. tom. 3. recent.
Caval. decis. 77. numero 3. decis. 85. numero secundo, & decis. 91. num. 6. & seq.
Royas decis. 71. numero octavo, & in d. Majoricen. Indultorum §. irrelevantium nec-
ne vers. & sic contrarius usus, & coram Coccino decis. 1290. num. 2. Nec minùs quam
habuerit contradictorem, fueritque in contradictorio judicio approbatus, ut ne-
19 cessarium existimat *Rota coram Royas decis. 71. numero decimo, & in d. Papien. Bono-*
rum apud Maceraten. §. fin. in fine & coram Cavalerio dec. 77. numero 6. Maxime
quia edita non fuit ad favorem alicujus particularis, ut erat in casu decisionis. *Vallisoletana praeeminentiarum 23. Maji 1608. coram Lancellot. ex adverso adducta, ubi*
20 per viam legis universalis pro salubri totius Ecclesiæ Catholicæ statu ad impedien-
dos simoniacos, & vitiosos ingressus in beneficiis, sicuti habetur in ejus proœmio
quo maximè casu non usus, seu contrarius usus in præjudicium Ecclesiarum, de
21 contra mentem Pontificis nunquam præscribitur sine illius scientiâ, & consen-
certo, & explicito ut dixit *Rota coram Cavaler. decis. 91. num. 3. vers. verum hoc*
obstantibus cum seqq. Undenon suffragatur scientia præsumpta ex lapsu unius seni
li & ultra; quia aliàs in hoc sacro Tribunali admissa non fuit ex cursu 250. annorum
22 & ultra, judicantes Domini fore necessariam scientiam certam, positivam, & ex-
pressam, nec tacitam, & præsumptam sufficere *coram Caval. d. dec. 91. num. 8. &*
9. & multò minùs suffragatur ad istum effectum residentia Nuntii Apostolici
23 partibus Germaniæ, quia ex illius scientia, nec minus probata non infertur necessaria
ad scientiam Papæ, maximè in his præjudicialibus. *Royas dec. 71. num.* 10.
Quinimò desumebant potius Domini in Pontificibus scientiam observantiæ
24 tam ex *decisionibus suprarelatis in §. conveniunt*, quàm ex provisionibus factis à Do-
tariâ, quotiescunque in Collationibus, & resignationibus eidem innotuit hanc
Bullæ observantia, ex cujus Ministrorum scientiâ rectè inferri ad scientiam Pon-
ficis dixit *Rota decis. 356. num. 8. parte prima recent. & in d. Majoricen. Indulton.*
apud Dianam §. Irrelevantia in fine vers. quæ scientia, unde non placuit Domat
distinctio *coram Puteo decis. 1. lib. 1. & coram Lancellott. in dicta Vallisoletana pa-*
25 *minentiarum*, quod si Constitutio Pontificis est incæpta servari, ut in futurum
obliget necessaria sit præscriptio quadragenaria, aut non est incæpta servari, Pa-
pa ignoravit, quod sufficiant aliqui actus cum lapsu decennii; aut Pontifex scie-
26 vit, & soli actus satis sint, quia Doctores, quibus innititur, sequuntur opinionem il-
lam, quod Constitutio Papalis non liget, nisi à subditis sit recepta, communiter à
Theologis Canonistis, & decisionibus Rotalibus reprobatam, ut testatur *Merlin.*
dicta decisione 814. numero quinto. Ultra quod decisio illa Putei non est rotalis, sed
27 ejusdem adnotatio in causa extra Rotam sibi commissa cum duobus Advocatis
adjun-

adjunctis, ut ipse notatum reliquit marginaliter in principio, quâ de rein fine te-
statur Rotam sequi opinionem superius firmatam: ad assertum non usum, seu con-
trarium usum in Hispaniis, & Galliâ, responderunt Domini, quod quidquid sit in
dictis Regnis, sufficere ad præsentem controversiam, quod ex firmatis non pro-
betur præcisè in hac Diœcesi Monasterienſi super quâ restricta est disputatio.

Nec hujus Constitutionis vis effugi potuit asserendo illam non comprehende-
re controversos Canonicatus, non de libera Collatione Turnarii, qui solum præsen- 28
tat, ut Capitulum instituit, qui Doctores ad hoc adducti, & præsertim *Garz. de*
beneficiis par. 11. cap. 3. num. 268. loquuntur de beneficiis de jure patronatus, in qui-
bus urget viva & specialis ratio, ne laici à fundatione Ecclesiarum retrahantur, quæ
non militat in Turnario, qui tanquam unus de capitulo habet exercitium juris con- 29
ferendi in Capitulo residentis, ut dictum fuit *in alia Monasterien. Canonicatus* 20.
Novembris 1654. §. *licet enim & 22. Maji* 1656. §. *non obstat cum seqq. coram Emi-*
nentissimo Cerro.

Multoque minùs ad sustinendas provisiones Turnarii suffragari potuit as- 30
sertus justus error procedens ex non usu, seu contrario usu juxta dispositionem *text.*
in L. Barbarius 3. ff. de off. Prætor. quia ex firmatis supra constat de observantia non
usus, seu contrarii usus exclusiva; unde non potuit justus error produci, & ad
summum ignorantia hujus observantiæ excusare potuisset à pœna Censurarum, *L.* 31
3. §. quod ad causam vers. si quis ignorans ff. ad S. C. Syllan. Lotter de re benefic. lib. 2.
quæst. 51. num. 64. Secus à nullitate Collationis afficiente in vim decreti irritantis 32
etiam ignorantes *Paris. de resig. lib. 5. quæst. ult. num. 230. & dixit Rota in d. Papien.*
Bonorum. 16. Januarii 1598. impressa apud Macraten. var. resol. lib. primo post resol.
98. §. *præsertim.*

Reliqua circa defectum ætatis Christophori, & Hermanni, facultates Tur-
narii, & Bullam Gregorii XIII. de Publicanis dixerunt Domini esse extra hoc du-
bium ad observantiam restrictum, nihilominus ponderarunt eis posse adaptari infra-
scriptas responsiones, nempe quod ætas. 22. annorum, in qua erant DD. Chri-
stophorus & Hermannus, & requiritur à Sacr. Concil. Trident. in obtinentibus 33
Canonicatus in Cathedralibus *in sess. 24. cap. 12. de reform.* in his partibus Ger-
maniæ non sit necessaria, in quibus ex stylo Datariæ Canonicatus conferuntur
minorem ætatem habentibus absque ulla dispensatione Concilii, sicuti decisum 34
fuit in alia *Monasterien. Canonicatus* 28. *Novembris* 1646. §. *supradictis coram bon.*
mem. Ghislerio confirmata in recent. decis. 205. *numero* 15. *& seqq. part.* 10. Quod
facultates Turnarii satis pateant ex deductis in summario Provisorum ab eo hodie 35
reassumpto *à nu.* 13. *& seqq.* cui sat erat, quod has resignationes admiserit de licentia
Capituli, in quo sine dubio talis residet facultas juxta *dec. bonæ memoriæ Cels. 6. num.*
2, & denique publicationis omissio, quod legitimam habeat excusationem ex justo
litis 36

litis impedimento omnem culpam excludente. *Barbos. de Iur. Ecclesiæ univers. 3. cap. 15. numero 193. vers. nec quoties prætextu, & præcisè Rot. dec. 252. num. 1. seqq. par. 8. recent.*

Cætera aut incongrua, aut ex infirmatis sublata visa sunt Dominis, ideo cisum fuit, ut supra utraque, &c.

DECISIO LXV.

Ordinarii quam Jurisdictionem habent in Regulares, & num exemptio Regularium semper intelligatur ad terminos sacri Concilii Tridentini.

R. P. D. PIROVANO.

Oscen. Jurisdictionis.

Est decisio 259. par. 7. recent.

Veneris 11. Februarii 1637.

SUMMARIUM.

1 *Contra Ordinarium cùm habeat intentionem fundatam in jure super exercitio jurisdictionis in sua Diœcesi, non est inhibendum, donec cognoscatur de juribus prætendentium exemptionem, aut præscriptionem num. 2.*

3 *In visitationis, & excutionis piarum voluntatum materia, plura in jure sunt sancita.*

4 *Regulis non semper, & indistinctè inhærendum est.*

5 *Ordinariis circa jurisdictionem non assistit jus contra Regulares, quod procedit etiamsi Ordinarius Sedis Apostolicæ Delegati, num. 6.*

6 *Regulares Superiorum vigilantiæ relinquuntur.*

7 *Titulus vigore privilegii allegari potest*

8 *In possessione sua, quis turbari non debet, dum cognoscitur de ejus relevantia.*

9 *Con-*

9 Concilio Tridentino censetur derogatum, licet de Tridentino non sit facta mentio, stante derogatione Conciliorum.

10 Ordinarius, quando dicatur processisse uti pii operis executor in casibus à jure concessis.

11 Ordinarii tanquam Sedis Apostolicæ Delegati in casibus à jure concessis omnium piarum dispositionum, tam in ultima voluntate, quàm inter vivos sunt executores.

12 Ordinarius cessante negligentia non potest privare executores testamentarios suis facultatibus.

13 Appellatio de jure semper datur ad utrumque effectum, scilicet devolutivum & suspensivum.

14 Judex pro sua jurisdictione tuenda, & partium securitate debet inhibere partibus instantibus.

PAtres Societatis prætendentes se esse gravatos ex processu, & sententia Ordinarii Oscen. appellarunt, & causâ ad Rotam delatâ cum facultate inhibendi causâ cognitâ hodie fuit dubitatum, an esset inhibendum, & Dominiaffirmativè responderunt.

Nam etsi vera sit conclusio, & per Rotam sæpè recepta contra Ordinarios, nedum de jure communi habentes fundatam intentionem in exercitio eorum jurisdictionis. *C. conquerente de offic. Ordin. cap. cum persona de privileg. in 6. cap. cum venerabilis cap. de Xenodochus de relig. domib.* sed etiam ex decretorum Tridentini Concilii dispositione *cap. 8. sess. 21. cap. 8. sess. 22. cap. 20. sess. 25.* non esse inhibendum, donec cognoscatur de juribus prætendentium exemptionem, aut præscriptionem. *Caputaq. decis. 201. par. 2. Toletana jurisdictionis quæ est 396. par. 1. & in eod. 493. par. 2. recent. & Theatina jurisdictionis 501. ead. part. 2. & 525. par. 3. recent.* 1 2

Attamen quia tam in materia visitationis, quàm executionis piarum voluntatum utroque jure plura sancita fuerunt. *C. tua nobis. de testament. Clem. 1. eod. tit. Clem. 2. de relig. domib. & cap. 8. sess. 21. cap. 8. sess. 22.* Non semper & indistinctè regulæ inhærendum est, sed videndum, quo jure Ordinarius processit contra Rectorem, & alios executores, vel tanquam operis pii executor, vel tanquam Visitator. 3 4

Si de hac postrema parte materiam visitationis tangente ageretur, & qui non est casus, nec Ordinarius seu ejus Vicarius ex tenore monitorii transmissi intendit visitare Collegium Patrum, quod regimen & regularem disciplinam, aut bonorum Ecclesiasticorum conservationem, tunc indistinctè esset inhibendum, quoniam jus non assistit Ordinariis contra Regulares, quinimò in decretis suprà dictis excipiuntur propter Regularem observantiam, quæ in eorum Monasteriis viget, quorum Superiorum vigilantiæ relinquitur, & de jure competit, etiam quod 5 6

Ordinarii sint Sedis Apostoliæ delegati. *Clem. 2. ubi gloss. in verb. alia & ibi Vsalg. in §. hoc igitur. n. 4. & seq. de statu Monach. & in Clement. quia contingit nu. 33. de relig. domib.* Quæ juris assistentia eò minùs Ordinariis deservire posset contra Patres
7 Societatis habentes privilegia Pauli III. Pii IV. & Gregorii XIII. cum clausulis amplissimis exemptionis ab omni superioritate & visitatione quorumcunque Ordinariorum, cum susceptione sub protectione Sedis Apostolicæ, cum quibus possent allegare titulum, & à die datæ illorum observantiam, & dum cognoscitur de ob-
8 servantia, in suæ libertatis & exemptionis possessione turbari non possunt. *cap. cum personæ. in fine de privil. in 6. & comprobant Anchar. ibid. num. 12. Geminian. num. 3. Franc. num. 2. hanc que declarationem secuta est Rota decis. 491. num. 4. & 5. 685. num. 2. par. 1. 382. num. 5. par. 2. recent. Seraph. decis. 593. num. 3. & decis. 1279. in fine & fuit firmatum in Lauretana jurisdictionis 12. Maji 1731. coram Reverend. Urgelin.* & servari debet, cùm privilegia Patrum post Concilium Tridentinum supervenerint cum derogationibus Conciliorum, quæ sufficiunt etiam quod de Tridentino
9 in individuo mentio facta non fuerit, ut in causa *Sancti Angeli pensionis. 16. Decembris 1594. coram Card. Hieronymo Pamphilio 179. num. 6. par. 2. recent. & in Ilerien. pensionis 20. Martii 1626. coram D. meo Decano.*

Rectius igitur existimârunt Domini inspecto tenore Monitorii dici posse Ordinarium, processisse uti pii operis executorem in casibus à jure concessis, *c. tuæ bis de test. Clem. unica eod. tit. cap. quia contigit de relig. domib.* ad quæ jura Concilium
10 Trident. se remisit *in cap. 8. sess. 22. ibi Episcopi etiam, tanquam Sedis Apostolicæ delegati in casibus à jure concessis omnium piarum dispositionum, tam in ultima voluntate quam inter vivos sint executores.*
11

Cæterùm quia jura prædicta provident in casu negligentiæ, abusus, dissipationis, & dilapidationis bonorum, quidquid sit, an etiam in hoc secundo casu immunitas privilegia Societatis; attamen de negligentia Rectoris Collegii adhuc non constat, & eò minùs aliorum executorum, qui nominati fuerunt in testamento Ludovici
12 quos Ordinarius suis facultatibus privare non potest. *Bald. consil. 39. num. 2. lib. 1. Castr. consil. 456. num. 1. lib. 2. Alex. cons. 106. num. 6. lib. 6.* Meritò cessante causâ & culpâ aliorum executorum jus in hac parte non assistit Ordinariis, ad sustinendum inordinatum processum, & gravamen dissimulari non potest, propter quod de jure
13 semper datur appellatio ad utrumque effectum devolutivum & suspensivum, *C. non solum C. Romana §. si autem de appell. in 6. L. appellatione, C. eodem titu.* & Judex
14 pro sua jurisdictione tuenda, & partium securitate, nealiquid innovetur, potest, & debet inhibere partibus instantibus. *Lancellott. de attent. cap. 4. ampli. 10. num. 2. & cap. 20. num. 7. & seqq. Menoch. consil 35. num. 14. lib. 1.*

Et ita concluſum fuit.

Ad.

Ad. II. partis Quæst. I. *Additio.*

EPiscopum in quovis loco suæ Diœcesis posse Tribunal erigere & jus reddere, adeò verum est, ut quamvis unus idemque sit Episcopus duarum Diœcesum invicem unitarum, possit nihilominus Tribunal tenere in una earum, ubi voluerit, quidquid sit in duabus Diœcesibus penitus separatis *Rota decis. 418. per tot. coram Cavalerio. & in recent. decis. 537. par. 4. tom. 3.*

E converso in locis exemptis Ordinarius non erigit Tribunal, etiam in actu visitationis eorundem locorum exemptorum aliàs permissæ à sacro Concilio Tridentino, nec enim potest tunc processus judiciales conferre, causasque ordinarias cognoscere & definire. *Fignan. in cap. dilectus num. 26. & 27. de rescriptis.*

DECISIO LXVI.

Episcopus ubi jus reddere tenetur, & in specie ubi debeat cognoscere causas Capitularium, & quid in casu quo Diœcesis est ampla, vel si sint duæ Diœceses invicem unitæ.

R. P. D. REMBOLDO.

Calciaten. Jurisdictionis.

Est in recent. decisio 537. par. 4 tom. 3.

Veneris 10. Maji 1624.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus in quacunque parte suæ Diœcesis potest exercere jurisdictionem.*
2 *Episcopus debet jus reddere in loco honesto & more Majorum.*
3 *Episcopus non debet judicare extra Territorium suum, & num. 4.*
5 *Episcopi majestas in judicando quando salva non esset.*

6 *Episcopus duarum Diœcesum an possit delinquentes in una inde extrahere.*
7 *Ecclesia Calciaten. unita fuit Ecclesiæ Calagurritanæ.*
8 *Ecclesiæ duæ Cathedrales simul unitæ habentur pro una Diœcesi quoad Episcopum.*
9 *Episcopus an possit cogi accedere ad locum litigii, vel alium delegare, quando Diœcesis est valdè ampla.*
10 *Opinio negativa communiter tenetur.*
11 *Episcopus attento juris rigore in quacunque parte suæ Diœcesis jurisdictionem exercere potest, & num. 12.*
13 *Episcopus qualiter ex Concilio Tridentino debeat procedere in causis Capitularium.*
14 *Testes debent deponere in specie super qua de qua controvertitur.*
15 *Observantia debet probari in termino casus de quo agitur.*
16 *Dispositio quando alternativè loquitur, sufficit alterum adimplere.*
17 *Custodiæ reorum qualitas de jure committitur arbitrio judicis.*
18 *Concilium Tridentinum disponens, ut Episcopus causas Capitularium cognoscat in ejus domo, de quadam intellexit.*

DIctum fuit causas Capitularium Ecclesiæ Calciaten. esse cognoscendas in domo D. Episcopi, seu in solito ejus Tribunali. Episcopus enim habet fundatam intentionem in hoc tam inspecto jure communi, quam etiam vigore dispositionis sacri Concilii Tridentini.

1 Nam de jure communi Episcopus potest exercere jurisdictionem suam in quacunque parte seu loco Diœcesis. *Cap. cùm Episcopus. de offic. Ordin. in 6. glossa in fin. verb. Diœcesim. de Constit. eod. lib. cum aliis per Gonzalez super reg. 8. §. 2. proœm. n. 8.*

2 Nec obstat quod Episcopus debet jus dicere in loco honesto, & more Majorum, & sic incommodo litigantium *ut per Ancharan. in d. cap. cùm Episcopus. in 2. tab. de offic. Ordin. in 6. per text. in lib. penult. ff. de just. & jure & in l. si locus ff. de minoritorium.*

3 quia verba illa more Majorum debent intelligi, ut non judicet extra proprium territorium. *ut per Butrig. Bald. & alios in d. l. si locus. & melius Hostien. in summa tit. feud. §. apud quam num. 13.* ubi quod si Curia deberet adire ad locum delicti, non

4 dicaret more Majorum, sed more inferiorum.

Et faciunt idem verba textus *in d. l. penult. ff. de just. & jure.* ibi *salvâ majestate Imperii sui.* Neque enim salva esset majestas Episcopi, si teneretur in loco sublimi jus

5 dicere.

Nec dicatur prædicta locum minimè sibi vindicare, quando unus & idem Episcopus est duarum Diœcesum, tunc enim non potest delinquentes in una Diœcesi

6 extra illam trahere, ut latè per *Mandos. cons. 27. numer. 6. vers. tertium caput. & seq.* Quia quidquid esset dicendum, quando dictæ duæ Diœceses essent penitus distinctæ, & Episcopus retineret in utraque Vicarium Generalem, cessat in casu isto difficultas,

ficultas, quia Ecclesia Calciaten. est unita Ecclesiæ Calaguritanæ, ut aliàs firmavit *Rota decis. 296. par. 1. & decis. 708. num. 4. par. 2. in recent. & testatur Gonzalez, ad regul. 8. glos. 5. §. 7. num. 32.* Atque ita non versamur in duabus Diœcesibus separatis, nec Episcopus retinet Vicarium Generalem in loco Calciatæ, nec astringi potest, ut Vicarium Generalem ibidem retineat, ut in fortioribus fuit resolutum *in Viterbien. seu Toscanen. Vicarii 13. Martii 1617. coram Cavalerio*, in qua etiam dicitur, quod licet Diœceses essent distinctæ, aut æquè principaliter unitæ, tamen quoad Episcopum reputatur una Diœcesis, exemplo Præsidis duarum Provinciarum. *Innocent. in cap. novit. in fine de offic. leg. Paul. de Castro, Alexand. Iason. & alii in l. fin ff. de iurisdict. omn. jud. Bartol. in l. unica. 6. de Metropol. Berit. num. 12. lib. 11.* ac propterea meritò dictum objectum non applicatur. 7 8

Nec obstat quod saltem versamur in Diœcesi multum amplâ, ideoque Episcopus non potest cogere subditos ad litigandum in loco longinquo; sed debet vel ipse accedere, ubi vertitur litigium, vel alium delegare. *Anchar. in cap. nonnulli num. 3. de rescript. & in cap. cùm te in princip. vers. secundo noto de off. deleg. Ant. de Butrio in cap. sane in fine de foro compet. & ibi Ioan. Andr. n. 5. & Barbat. in princ. & in cap. dilectus num. 59. & seqq. de rescript. Felin. in cap. ult. sub num. 2. de judic.* Quia dicta conclusio communiter reprobatur à Doctoribus, ut per *Abb. in d. cap. sane num. 3. de foro comp. & in d. cap. dilectus n. 4. de rescript. Rota d. decis. 297. num. 8. par. 2. divers.* 9 10

Atque eam de æquitate tantum procedere dicit *Imola in d. cap. sane de foro comp. & addit. ad Abb. in cap. dilectus il. 2. litt. G. de rescript.* Sicque attento juris rigore Episcopus potest in quolibet loco suæ Diœcesis exercere jurisdictionem *d. cap. cùm Episcopus de off. Ordin. cum aliis allegatis.* 11 12

Habet etiam D. Episcopus fundatam intentionem in dispositione S. Concilii Tridentini *sess. 25. cap. 6. de reform.* quia per dictum sacrum Concilium expresè disponitur, quod Episcopus, vel ejus Vicarius procedere teneatur in causis Capitularium de consilio & assensu duorum Canonicorum, coram Notario tamen ipsius Episcopi, & in ejus domo, aut consueto Tribunali. 13

Non obstat, quod solitum Tribunal Episcopi respectu Capitularium Ecclesiæ Calciaten. videatur esse in Civitate ipsa Calciaten. cùm per testes qui dantur *in summ. d. Capituli n. 4.* concludenter probetur, quod Episcopi pro tempore cognoverunt ab immemorabili causas Capitularium, vel per seipsos, vel per Vicarium, aut alium delegatum in ipsa Civitate Calciaten. quia dd. testes non aperiunt, an Episcopus consueverit cognoscere causas etiam graviores in d. Civitate, seu tantum leviores, atque ita cum dicta testium dispositio possit verificari in levioribus delictis Capitularium, pro quibus non intendit Episcopus trahere dictos Capitulares extra d. Civitatem Calciaten. non potest illa suffragari ad causas graviores, quia observantia probari debet in terminis casus, de quo agitur. *Bartol. in l. 1. §. hoc interdicto ff. de itin. actuque priv.* 14 15

priv. Cravett. conſ.30.nu.5. Nattaconſ.575.num.15. Surd.conſ.354. num. 26. Rinuc
ram ſan.mem. Gregorio XV. deciſ. 451.num.7. Tum etiam quia in omnem ev
tum quod eſſet probatum, quod Epiſcopus conſueverit cognoſcere cauſas etiam p
16 viores Capitularium in eadem civitate, quodque propterea conſuetum Tribuna
piſcopi reſpectu Capitularium ſit in ipſa civitate, nihilominus non videtur arbi
dus Epiſcopus, quod debeat cognoſcere cauſas graviores in ipſa civitate, quia Co
cilium diſponit alternativè, quod cognoſcantur cauſæ vel in domo Epiſcopi, vel
conſueto ejus Tribunali, & ſic videtur eſſe remiſſum arbitrio Epiſcopi, cujus el
lectio, vel in ejus domo, prout magis ſibi expedire videbitur; quod etiam eſt conſo
17 me diſpoſitioni juris communis, quia de jure qualitas cuſtodiæ remittitur arbitr
Judicis. *Bald.in l.2.in fine C.de exhib.reor. Menoch.de arbitrar.caſu.305.nu.1. & 6. cum*
aliis per Farinac. de carcerib. & carcerat.quæſt.27.num.99. & ſeqq.

Nec dicatur quod Epiſcopus habet etiam domum in eadem Civitate, in qu
poterit cognoſcere dictas cauſas, quia Concilium intelligi debet de domo, nem
loco domicilii, ubi Epiſcopus habitat cum ſua familia, non de domo materiali (
18 *lex Cornelia. § domum & ibi DD.ff.de injuriis.*

Et ita &c.

DECISIO LXVII.

Epiſcopus quando poſſit in loco exempto Tribuna erigere, & juriſdictionem exercere.

R.P.D. CANTUCCIO Salamantina Juriſdictionis.

Eſt deciſio 145. Lor. 1. diverſ.

Veneris 18. Aprilis 1581.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus non poteſt in loco exempto nec per ſe, nec per alium ſuam juriſdictionem exercere.*

2 *Fallit ſi habeat juriſdictionem in certis caſibus in loco exempto, non autem in perſonas.*

3 *Exce-*

3 *Exceptio debet esse de regula.*
4 *Jurisdictio Episcopi in loca exempta quæ sit, & qui casus dicantur respicere loca, & qui personas.*
5 *Exemptio acquiritur etiam per præscriptionem.*
6 *Ordinarius habet de jure communi intentionem fundatam contra allegantem exemptionem.*

DOmini plura firmarunt, inprimis Reverendissimo Domino Episcopo Salaman- 1
tino non licuisse nec licere erigere tribunal & deputare provisorē in oppido Medinæ loco exempto, quia Episcopus non potest in loco exempto pro tribunali sedere, nec suam per se vel per alium exercere jurisdictionem. *C. cum Episcopus de offic. ordin. in 6.*

Non obstat quod quando Episcopus in loco exempto habet in certis casibus jurisdictionem, prout habet Episcopus Salamantinus in quatuor casibus sibi in Bulla Sixti reservatis, quod tunc in loco exempto potest officialem deputare, & suam jurisdictionem exercere, quia quoad illos casus est judex, prout in terminis declarat *Ioan. Menoch. in d. cap. cum Episcopus, num. 3. vers. sed pone.*

Nam respondetur, quod aut Episcopus in illis certis casibus habet jurisdictio- 2
nem in loca exempta, & tunc potest constituere officialem, & suam jurisdictionem exercere. *Clem. attendentes, de statu monach. Clem. quia contingit. de relig. domib.* & ita procedit dictum Joannis Monachi. Aut Episcopus habet jurisdictionem solùm in personas exemptas, & tunc secus. *cap. 1. de privil. in 6. Clement. 1. de testament.* ista est distinctio Joannis Andreæ, *in d. cap. cum Episcopus, num. 1. & 2. quam ibi sequuntur omnes Gemmian. col. penult. circa medium vers. sed quid si Episcopus, Ancharan. numer. 2. Franc. num. 3. in fine Butrius, num. 7. Socin. in cap. recepim. num. 67. vers. quod limitat, de privileg.*

Non obstat quod exemptio Sixti loquens de loco & personis, excipit de eodem 3
loco & personis quatuor casus, videlicet sacrilegia, causas matrimoniales, causas appellationum, & institutiones seu confirmationes præsentatorum, qui casus cùm excipiantur de loco exempto, sequitur ut in illis casibus locus non sit exemptus, quia exemptio est de regula. *l. nam quod liquide, §. fin. ff. de pennl. leg.* siquidem respondetur, quod quatuor casus per Bullam Sixti excepti respiciunt personas & non loca, nempe sacrilegos, conjuges, appellantes, & clericos præsentatos ad beneficia, & sic sumus in casu. *cap. 1. de privil. in 6. & Ioan. Andr. & cæteri post eum in d. cap. cum Episcopus*, explificant jurisdictionem Episcopi in loca exempta in casu. *Clement. Attendentes de statu* 4
monach. ubi tribuitur ordinariis jus visitandi auctoritate Apostolica monasteria monialium exempta, & in casu. *Clement. quia contingit de relig. domib.* ubi ordinariis locorum injungitur onus recuperandi & in debitum statum reducendi bona hospitalium exemptorum occupata, deperdita & indebitè alienata in eventum, quod rectores eorumdem

rundem hospitalium præmissa facere negligant, & sic clarè patet in utroque competere Ordinariis jurisdictionem in loca exempta. Nec est verum, quod ab tuor casus excipiantur de loco exempto, ita ut in illis locus non sit exemptus, quia excipiuntur de personis exemptis, non de loco exempto, cum sacrilegia, caedes moniales, & appellationum, & institutiones, seu confirmationes præsentatorum cadant in loco, sed in personis, ut per se patet.

Minus obest, quod cum ante præscriptionem Reverendiss. D. Abbatis, Reverendiss. D. Episcopus esset ordinarius Oppidi Medinæ tam respectu loci, quàm personarum, cumque præscriptio nihil illi abstulerit, quoad quatuor casus, sequitur adhuc quoad illos remaneat Ordinarius tam respectu loci, quàm personarum.

Nam respondetur, quod cùm 4. casus respiciant personas & non loca, præscriptio nihil abstulit Episcopo respectu personarum in illis quatuor casibus, & per consequens, quod ipse remaneat hodie Ordinarius respectu personarũ in eisdem 4. casibus.

Nec etiam obstat, quod non sumus in loco exempto. Quia imò sumus, ut præscriptio sive consuetudo, de qua in Bulla Sixti sit talis, ut non solùm eximat, 1 etiam jurisdictionem tribuat, ut resolutum fuit *coram R. P. D. meo Seraphino* 9. Jul. 1580. & quod exemptio nedum per privilegium, sed etiam per præscriptionem acquiratur. Et textus *in cap. cum personæ, & ibi DD. de privileg in 6.*

Item & secundò firmarunt Domini, Episcopum non potuisse facere præceptum generale Clericis Oppidi Medinæ, ut se præsentarent coram eo âd exhibendos titulos suorum beneficiorum, & se examinandum: quia ad eum spectat solum institutio & confirmatio præsentatorum, & ideò debuerat facere præceptum particulare ut exhiberent titulos suorum beneficiorum, ad quæ præsentati fuerunt: & non minus licuit Episcopo facere dictum præceptum generale; quod in eo asserit collationem beneficiorum ad se spectare, ut patet ex illis verbis: *attento quod in prædicta materia ad eum pertinet collatio & institutio beneficiorum, & capellaniarum ipsius*, & jurisdictionem suam limitatam ad institutionem & confirmationem præsentatorum volebat extendere ad collationem.

Præterea & tertiò Domini dicebant, quod donec Abbas probet consuetudinem dandi ordinationes & litteras dimissorias, Episcopus qui habet intentionem fundatam de jure communi, potest uti suâ jurisdictione in conferendis ordinibus, & concedendis dimissoriis juxta text. *in c. cum personæ in fine de privil. in 6.*

Quod procedit, etiamsi Episcopus non esset in quasi possessione dandi ordi- nes & litteras dimissorias, quia ordinarius sive sit in possessione subjectionis, sive 6 non, potest uti suâ jurisdictione contra eum, qui ad probandum se esse exemptum allegat præscriptionem sive consuetudinem præscriptam, prout in casu nostro, quoniam præscriptionem probaverit. *Ita post Lap. & Abb. tradit Geminian. in d.c. cum personæ in fine per illum text.* & propter odium præscriptionis & favorem juris communis

ut ibi

ut ibi latius per eum, quem sequuntur ibi Ancharan. n. 6. in 12. notab. Franc. in §. si verò in 2. notab. & Socin. in d. c. recepimus n. 72. de privil. in 6.

Ultimò fuit dictum attentata hinc indè deducta majori ex parte pendere à negotio principali, & à declaratione quatuor casuum in Bulla Sixti reservatorum, & propterea non esse devenlendum ad aliquam attentatorum revocationem, sed satis esse confirmare sententiam ultimo loco latam.

Ad Quæstionem 2. *Additio.*

LEgatus sive Nuntius Apostolicus an concurrat cum Ordinario in casibus, quibus ex Concilio Tridentino exempti eidem locorum Ordinario tanquam Sedis Apostolicæ delegato subjiciuntur? affirmativè verius resolvitur, ex his quæ notat *Ancharan. in c. studuisti in 3. notab. de off. leg.* ubi dicit generalem delegationem non tollere ordinariam jurisdictionem. Et per ea quæ tradunt *Abb. in c. pastoralis n. 4. & Felin. ibid. de off. ordin. & DD. in l. fin. C. de jurisd. omn. jud.* ubi quod jurisdictio per legem ibuta censetur cumulativa, non privativa, quod tenuit alibi *Rot. coram San. mem. Gregorio XV. dec. 8. n. 3.* & quamvis hæc ratio præsupponere videatur Legatos antecedenter habere iurisdictionem in exemptos, quæ ipsis præservetur, & cum qua cumulari possit jurisdictio Episcopi; attamen firmiori ratione eandem quæstionem decidit *Flamin. Pariss. de resignat. l. 3. q. 11. in fine.* dicens, quod ubicunque S. Conc. Trident. aliquam jurisdictionem in exemptos Ordinario attribuit, id non solum de Episcopo, sed de quocunque habente ordinariam jurisdictionem intelligatur; habet autem Legatus etiam simplex ordinariam jurisdictionem in sua provincia, ut fuit dictum *in Leodien. censurarum coram Remboldo, quæ est dec. 48. par. 4. tom. 2. recent.* & in specie Legatum posse cumulativè visitare Ecclesias exemptas, quas possunt Ordinarii ex decretis S. Concilii, resolutum fuisse refert *Barbosa in collect. ad Concil. c. 8. sess. 22. de reform.*

Cæterum hodie Legati & Nuntii Apostolici vigore specialium facultatum procedunt in causis exemptorum etiam regularium, & in his concurrunt cum Audit. Cameræ teste *Fagnin. c. de priore. n. 22. de appell.*

Ad Quæst. 4. & 5. Additio.

EX his quæ supra *ad quæst. 32. part. 1.* notavimus circa privilegium Eugenianæ, satis apparet exemptos actores non posse reos trahere ad suum forum, sed debere eosdem convenire coram Ordinario. *Rot. decis. 716 par. 4. diversi. & in Mediolanen. bonorum 28. Martii 1594. coram Cardin. Millino apud Marchesan. de commiss. tom. 2. fol. 462.*

fol. 462. etiamsi exemptus ageret ex l. diffamari, nisi simul pro ipso concurreret possessio, sine qua intentans remedium l. diffamari non gaudet privilegiis & juribus eorum. Bald. in l. 2. num. 2. C. qui bon. ced. poss. Contard. in l. diffamari, quæst. 4. num. 40. C. de ingen. manumiss. & post alios Rudolfin. in praxi, lib. 3. c. 3. n. 88. ubi tradit requisita hujus remedii.

Speciali autem Principis privilegio quandoque exemptis concedi, ut etiam in causis activis alios convenire possint coram suis judicibus, & de facto ita concessum fuisse Clero secundario Leodiensi, patet ex his quæ scripsit D. Auctor supra. Tom. 1. par. 1. quæst. 39. num. 31. & Tom. 2. par. 2. quæst. 117. & quæst. 125.

DECISIO LXVIII.

Constitutio Eugeniana non prodest curialibus, quando ipsi sunt actores.

R. P. D. Mellino.

Decis. 90. par. 4. divis.

Mediolanen. Bonorum.

Lunæ 28. Martii 1594.

SUMMARIUM.

1 *Remedium l. diffamari non competit ei, qui non possidet.*

2 *Statutum Mediolanense, de continuanda possessione de se in hæredem, non habet locum in bonis, quæ à defuncto naturaliter tantum possidetur; neque quando possessio est apud defunctum ex causa de sui natura non transitiva num. 3.*

DOmini resolverunt non esse locum Constitutioni Eugenianæ, quantum ad fratres de Portis: quia Eugeniana habet locum ad favorem Curialis solum in causis, in quibus est reus, & in judicio isto Dom. Joannes Baptista est actor, cùm petat manuteneri, & sibi restitui bona sublata.

Non

Non obstat, quod intentavit remedium l. diffamari, & consequenter dicitur
1 retus, quia ad istum effectum debet docere de sua possessione, cùm hoc remedium non competat ei, qui non possidet. *Bald. in l. 3. num. 2. C. qui bon. ced. poss. Boer. decis. 255. nu.* 10. *Gabr. de actio. conclus. 6. num. 38. & fuit resolutum in causa Toletana diversæ partis 27. Jun. 1584. coram bon. mem. D. Episcopo*, & de ista possessione non constat, imo proba-
tur possessio fratrum.

Nec obstat statutum Mediolanense de continuanda possessione defuncti in hæ-
2 redem, quia non habet locum in bonis, quæ à defuncto naturaliter tantum possi-
debantur. *Imol. in consil. 16. colum. 2. Ias. consil. 147. num. 3. lib. 2.* & in terminis bonorum feudalium, & emphiteuticorum tradunt *Corneus consil. 173. in ultimo dubio, lib. 2. Ia-
son. consil. 152. circa principium & colum. ultim. lib. 4. Rub. Alexandr. consil. 151. & fuit
decisum in causa Imolensi bonorum 10. Aprilis 1592. coram R. P. D. Pamphilio*, & tanto magis stante pacto, appositio in instrumento locationis, quod bona locata non tran-
3 seant ad hæredes: unde succedit alia limitatio, quod hujusmodi statuto non est lo-
cus, quando possessio est apud defunctum ex causâ de sui naturâ non transitiva ad hæredes. *Alexand. consil. 153. num. 4. lib. 2. cum aliis allegatis.*

Ad Quæst. VII. *Additio.*

EXemptos ab ordinario, qui eo ipso sunt immediatè subjecti Sedi Apostolicæ, non posse expresè aut tacitè renunciare suæ exemptioni, neque prorogare al-
terius judicis jurisdictionem, cùm non agatur de solo ipsorum exemptorum præjudicio, sed simul de præjudicio eximentis. *Rota apud Crescent. decis. 3. de foro com-
pet. & coram san mem. Gregor. XV. decis. 325. num. 23. & 24.* illos autem, quibus privi-
legia exemptionum concessa sunt ob solum ipsorum favorem, assignatis certis ju-
dicibus coram quibus conveniantur, posse ad libitum suum exterorum judicum ju-
risdictioni se subjicere decidit *ead. Rota coram Seraph. decis. 595. num. 7. & in recent. decis.* 500. *n. 3. & 4. par. 1.* de expressa autem renunciatione plura infertus *ad part. 3. q. 35.*

DECISIO LXIX.

De probando exercitio jurisdictionis, & qualiter testes super negativa non usus rationem reddere teneantur; & de prorogatione jurisdictionis.

R. P. D. Ludovisio postea S. D. N. Gregorio XV. Januen. Jurisdictionis,

Inter impressas Ludouisii decis. 325.

Mercurii 13. Iunii 1607.

SUMMARIUM.

1 *Observantia interpretativa debet esse proxima dispositioni, nec potest esse remota, declara, & limita prout sub num. 26.*

2 *Exemptio praesupponit subjectionem.*

3 *Testes deponentes de jurisdictione, cum non sit de iis, quae cadunt sub sensu, tenetur etiam non interrogati reddere rationem per sensum corporis.*

4 *Testis deponens super negativa, tenetur reddere rationem.*

5 *Et ista ratio reddi debet per remotionem actus à sensu, dicendo, quod aliter esse non posset, quin ipse vidisset, & scivisset.*

Hoc habet locum etiam in teste, qui verisimiliter sit adeo informatus, ut non potuisset geri actus, quin ipse scivisset, de quo vide sub. num. 27.

7 *Ex praesentia testis arguitur scientia.*

8 *Testis impossibile est, quod potuerit esse praesens in omnibus locis, in quibus actus potuit fieri.*

9 *Negativa non coarctata ob suis latitudinem non cadit verisimiliter in scientia testis.*

10 *Negativa aliquando est conjunctum sensu, verbi gratia, quod quis non habeat biretum, & tunc non est successe removere actum à sensu.*

11 *Testes ad probandum negativam jurisdictionis, debent probare, quod oblata sit occasio exercendi jurisdictionem scienti illo, de cujus jurisdictione agitur, & non exercuerit, quia prohibitus.*

13 *Testis deponens de fama, debet perdurare tempus ante motam litem.*

13 *Testis ignorans, quid sit fama, non probat, declarat, prout sub numer. 28.*

14 *Fama non facit sufficientem probationem.*

15 *Negativa probatur per famam, quando aliter probari non potest.*

16 *Famæ probatio non admittitur super eo, quod habet contra se præsumptionem juris in contrarium.*

17 *Item si: quando adest aliquid in contrarium quod elidit famam.*

18 *Fama probatio uti privilegiata facile prosternitur.*

19 *Jurisdictio arguitur ex cognitione causarum tam civilium, quàm criminalium.*

20 *Remissoria concessio præsupponit jurisdictionem.*

21 *Transportatio actorum non est necessaria, quando non tractatur de justitia seu injustitia, sed tantum de probando facto, quod scilicet fuerit inter partes agitatum judicium.*

22 *Scientia probatur ex multiplicitate actuum.*

23 *Exemptus an possit prorogare jurisdictionem in personam Ordinarii, cui circumscripta exemptione esset subjectus, & vide num. 29.*

24 *Non potest, quando est immediate subjectus Sedi Apostolicæ.*

25 *Ordinarius censetur actus fecisse potius nomine proprio, & ex facultate, quam habet ex jure communi, quàm jure delegato, & jure speciali.*

ACtum fuit super usu & observantia privilegii Joannis XXIII. & parte utrâque acerrime informante Domini censuerunt ex deductis per Abbatem non probari aliquam observantiam quæ relevet: ultra enim quod deberet esse proxima, & cohærens privilegio, nec peti potest à remotis. *Bald. in proem. ff. numer. 7. & fuit dictum in Valentina emolumentorum* 24. *Octobris* 1583. *coram Cardin. Seraphino, in una Tirasonen. juris pascendi* 14. *Octobris* 1588. *coram Bubalo, & in Alexandrina Decanatus* 12. *Junii* 1598. *coram bon. mem. Orano.* Ultra etiam quod est non solum difformis, sed etiam in aliquibus contraria privilegio, ut benè deducunt informantes pro Illustrissimo Archiepiscopo, nulla adducitur observantia circa immediatam subjectionem Sedi Apostolicæ, quæ non solùm est potissima pars privilegii, sed etiam de natura exemptionis, quæ non datur sine dicta aut alia subjectione. *cap. cum non liceat, & ibi not. de præscript. Oldrad. cons.* 254. *in princip. Rota de cis. 1. de præscript. in novis, & fuit dictum in Montis Regalis jurisdictionis,* 18. *Octobris* 1598. *coram R. P. D. meo Coccino Decano & 21. Februarii* 1600. *coram R. P. D. meo Lancelloto.*

Non etiã probatur observãtia circa exemptionẽ ab ordinaria Episcopi jurisdictione, testes

testes enim pro Abbate examinati, omissis exceptionibus quæ dantur tam contra
personas, quàm dicta, illam nullo modo probant; dicunt enim semper vidisse &
audivisse Abbatem exercere jurisdictionem, & fuisse in quasi possessione exer-
3 nis, sed nullam reddunt rationem, quam tamen reddere debebant, licet non in-
rogati, per sensum corporeum, cùm hoc non sit de his, quæ sensu percipiuntur.
Bartol. in l. solam, sub num. 3. Bald. sub num. 1. vers. sed quando tale, Salicet. sub num. 3. vers.
quædam autem sunt, C. de testib. Anton. de Butrio, in cap. super hoc, numer. 17. vers.
sed dico, de renunciat. Abb. in cap. cum causam, numer. sexto. vers. aut fa-
& ibi Felin. num. 3. vers. fallit secundo, de testib. quam etiam reddere debuissent, quia
4 do dicunt Archiepiscopum non exercuisse suam jurisdictionem in Ecclesia S. Ma-
rthæi, nec in Clericos d. Ecclesiæ, cùm deponant super negativa. *Felin, in cap. tem*
locor, num. 5. Dec. num. 43. de probat. idem Dec. cons. 101. ad finem, Aymon cons. 2. sub n.
3. vers. quinimo, & quidem remotionem actus à sensu, dicendo, quod Archiepiscopus
5 non potuisset exercere jurisdictionē, quin ipsi vidissent aut scivissent. *Glos. in §. hinc re-*
bis, quam dicit Angel. communiter approbatam. Auth. de hæred. & Falcid. Bald. in l. sub
7. C. de bon. poss. secundum tabul. Paul. de Castr. in l. 1. num. 22. ff. si cert. petat. Card. cons.
25. num. 6. Alex. consil. 108. num. 10. lib. 2. dec. in d. cap. tertio loco, num. 44. & cons. 6.
num. 5. purpur. consil. 440. num. 13. Rip. in cap. cum Ecclesia, sub num. 88. vers. ratio autem
de caus. poss. & propr.

Non obstat quod ex qualitate testium, qui sunt Cappellani dictæ Ecclesiæ, ap-
pareat ipsos fuisse taliter informatos, quod non potuisset exerceri jurisdictio, qua
ipsi scivissent, quo casu non requiritur, quod illud exprimat, *glos. in l. 1. §. hoc interdi-*
6 *cto il. primo in verb. an non in fin. ff. de itin. actuque privat*, quia ultra, quod plures
ipsis non sunt Capellani, *glos.* illa non est simpliciter, prout loquitur, intelligenda
propterea ab ea cavendum dicunt. *Bald. in l. actor post num. 14. C. de probat. & Fin. n.*
l. 2. num. 4. in fin. ff. eod. & duram appellat *Dynus in d. §. hoc interdicto quem sequi tur*
ibi Bart. salvari tamen posset glos, prout illam salvat *Aret. in cap. 3. loco num. 11. &*
post eum Felin. sub num. 5. quod procedat in illis, quæ non solent fieri in omni loco, &
omni tempore, sed certo loco, & tempore, & solemniter certo signo præcedente,
tunc, qui sunt de loco, & præsentes in loco præsumuntur habere notitiam; unde
non applicatur casui nostro, quia clarum est, quod Archiepiscopus potuit omnibus
pore, & pluribus in locis exercere jurisdictionem in personas Clericorum, & Capella-
norum Ecclesiæ, de qua agitur.

Rursus testes non deponunt de præsentia, ex qua arguitur scientia, & ultra, *Aret.*
7 *& Felin. tradit Dec. in d. cap. tertio loco sub nu. 44. Ruin. cons. 145. num. 2. ad fin. l. 5. Paris.*
consil. 162. num. 14. & seq. lib. 4. quæ præsentia est etiam impossibilis, cùm requiratu-
8 continua in locis, in quibus potuit exerceri jurisdictio. *Card. consil. 52. nume. 5. & 6.*
præterea dictum glos. indubitanter non procedit, quando negativa est parum co-

arcta-

arctata, seu non multum restricta; quia ob sui latitudinem non cadit verisimiliter in 9
scientiâ hominis testificantis. *Bal. in d. l. actor. n. 13. & 14. Flor. in d. l. 2. sub n. 4. idem dicit Salyc. in d. l. actor. nu. 13. circa med. Lanfranc. in cap. quoniam contra in 3. not sub n. 15. vers. nũ non omitto, Corn. cons. 105 sub n. 14. vers. & patet, l. 3. Nati. cons 648. sub n. 12. Boss. in tit. de defen. reorum, n. 18. Cotta in memorialibus. verb. negativa. vers. alium etiam casum, & loquitur Bald.* de deponente per tempus unius anni, imo unius mensis; testes au-
tem in casu isto deponunt negativam per tempus 40. annorum: & tantò magis, quia
ultra tantam latitudinem temporis concurrit etiam incertitudo loci, in quo potuit
exercere jurisdictio, *ut per Salic. ubi supra.* Decisio Asculana parochialis S. Laurentii
ex advertio alleg. ta loquitur in actis permanentibus, videlicet de Arca, Sigillo, & a-
lis signis Collegiatæ, quæ indubitanter sciuntur ab illis Clericis, qui in Ecclesia simul
morantur, & allegat. *Aretin. & Paris. supra alleg.* & propterea debet intelligi juxta
eorum declarationem. Alia Portugallen. unionis loquitur in eisdem terminis, vi- 10
delicet in signis Collegiatæ & in non restauratione Ecclesiæ, quo casu negativa, est
conjuncta sensui, & sub sensum cadit, sicut negativa quod aliquis non haberet locu-
los, sive Biretum. *Dec. est Innoc. & Abb. in cap. quoniam, contra num. 69. de probat.* 11
Præterea testes debuissent dicere, quod Archiepiscopo oblata sit occasio exercendi
jurisdictionem eo sciente, & non exercuit. *Ign. in l. necessario, §. non alias, numer. 162.*
vers. quare testis. ff. ad Syllanian. & quod non exercuerit, quia prohibitus fuerit. *Aym.*
cons. 154. post num. 2. cum multis adductis per informantes.

Non obstat quod testes deponunt de fama, quæ solet supplere probationem ne- 12
gativæ; quia ultra quod aliqui deponunt per tempus præsens, & non probant, cùm 13
non percutiant tempus ante motam litem. *Caputaq. decis. 413. par. 2.* aliqui ignorant 14
quid sit fama *Dec. in l. 1. in 2. lect. num. 52. ff. si cert. pet. Ruin. cons. 44. num. 14. lib. 4.* in o-
mnem eventum ex fama non oritur sufficiens probatio. *l. 3. § eiusdem, juncta glossa ff.*
de testam. glos. in cap. dilectus, verb. fama, ubi Dec. post alios, num. 36. de appell. Rot. dec.
16. de prob. in nov. Cassad. dec. 2. in princip. eod. tit. & quod dicitur probari negativam 15
per famam procedit, quando aliter probari non potest. *Bald. in l. paupertas, in fin. ff.* 16
de excusat. tut. Rursus non admittitur probatio per famam super eo, contra quod mi-
litat præsumptio juris in contrarium ut per *Aymon. cons. 425 num. 86. vers. secundo re-*
spond. o, & num seq. in casu autem isto est præsumptio pro affirmativa & pro Archi- 17
episcopi jurisdictione contra negativam, *cap. cum personæ, de privil. lib. 6.* Nec etiam
quando adsunt aliqua in contrarium, quæ elidant & debilitent famam, quo casu e- 18
tiam in antiquis non probat, ut fuit dictum *in una Oveten. canonicatus 24. Januarii*
1578. coram Cardin. Seraphino. cùm enim fama procedat ex jure privilegiato, facilè
prosternitur. *Curt. jun. cons. 17. sub num. 1. Aym. d. cons. num. 87.* dantur autem pro par-
te Archiepiscopi plurimi actus jurisdictionales, qui non solùm elidunt famam, sed
etiam convincunt testes, si non de mendacio & falsitate, saltem de non suffi ienti infor-

informatione, & quod non est verum assumptum partis adversæ, quod si Archiepiscopus exercuisset jurisdictionem, non esset factum inscitis testibus.

19 Probatur autem ex Scripturis, quæ dantur, multiplex cognitio causarum civilium, quàm criminalium, in curia Archiepiscopali, quæ sine dubio ad jurisdictionem spectat. *l. imperium. ff. de jurisd. omn. judic. Rom. cons.* 70. *numer.* 13. *Dec.* 20 694. *numer.* 12. *Socin. consil.* 187. *numer.* 19. *lib.* 2. Item concessio litterarum testimonialium, quæ pariter à jurisdictione procedit. *Abb. in cap. fraternitati, sub numer. vers. est enim hoc, de Cleric. non resident, & dixit Rota in una Salamantina jurisdictionis* 18. *Aprilis* 1581. *coram Lauretano.* Dantur etiam multi actus concernentes tam contentiosam quàm voluntariam & diœcesanam jurisdictionem, de quibus latè per formantes, & in Summario Archiepiscopi.

21 Non obstat, quod opponitur non esse in forma probanti, sed fides, quæ non faciunt fidem; quia in multis dantur instrumenta actorum tradita à notariis suppetentibus, vel successoribus in officio; aliqui coadjuvantur & probantur ex depositionibus testium partis adversæ, & ubi opus esset, posset particulariter videri.

22 Non obstat quod non exhibeantur acta integra causarum agitatarum, quia non tractatur de justitia vel injustitia earum, sed tantum quod fuerint agitatæ inter partes, nec obstat quod potuerint esse actus facti ex negligentia Abbatis, quia in multis apparet statim & immediatè, cùm evenit casus, aditam curiam Archiepiscopalem.

23 Non obstat quod non appareat fuisse factos sciente Abbate, quia ultra quod ex eorum multiplicitate præsumitur scientia. *Abb. in cap. cum Ecclesia Sutrina, num.* 25. *vers. & an præsumatur, de causa poss. & propriet. fuit dictum in Reatina Beneficiorum Innii* 1576. *coram Cardin. Serahino.* datur depositio duorum testium, ex qua probatur, duos Clericos S. Matthæi, qui se invicem percusserant, fuisse ab ipsomet Abbate ad Archiepiscopum transmissos pro absolutione; & actus factus contra jus Abbatem, videlicet prohibitio Archiepiscopi seu ejus Vicarii ne benedicerentur pannus & calices: & ubi non probaretur scientia Abbatis, saltem eliderentur probantium dicentium Archiepiscopum nunquam exercuisse jurisdictionem.

Non obstat quod dicti actus potuerint fieri ex prorogatione, quam posset emptus facere in personâ ejus, qui esset ordinarius circumscripta exemptione jurium. *14. Federi. de Senis.* quia ultra quod d. consilium Federici habet multos contradictores ut latè *per Socin. in cap. significasti, numer.* 42. *de foro compet. & Rota apud Crijus. decis.* 3. *de foro comp.* firmavit exemptum non posse prorogare jurisdictionem, cùm non agatur de suo præjudicio tantum, sed etiam de præjudicio superioris. Decisio Salamantina jurisdictionis ex adverso allegata loquitur expressè quando exempti non sunt immediatè subjecti Sedi Apostolicæ; & non sine causa, quia isti non possunt prorogare, ut per *Felin. in cap. P. & G. numer.* 13. *de offic. deleg.* & pariter loquitur expresse

presè quando non redundat præjudicium alterius quàm prorogantis. Præterea illud posset procedere, quando non dubitaretur de exemptione, sed ageretur tantum de validitate actorum ordinarii; cùm autem negetur exemptio, censendum potius, quod actus sint facti ab ordinario jure proprio, & ex facultate, quam habet de jure communi ex latè deductis. *in Conchen. jurisdictionis 22. Maii 1593. coram Cardin. Mantica.* Alia bene tolluntur per informantes pro Archiepiscopo, ex quibus fuit conclusum non constare de observantia privilegii. 24

Non obstat, quod testes dicant Archiepiscopum Riparcham semel voluisse visitare Ecclesiam & non fuisse admissum; quia est unicus actus & modernus, nec apparet an prohibitioni acquieverit. 25

DECISIO LXX.

Exemptio respectu unius qualitatis, an & quomodo restringenda, item an exempti prorogare possint jurisdictionem judicis ordinarii.

Illustris. Seraphino. *Inter impressas Seraphinâ decis. 505.*

Salamantina Jurisdictionis.

Veneris 17. Decembris 1582.

SUMMARIUM.

1 *Exemptio concernens tantum personam, quam quis repræsentat, non debet extendi contra jurisdictionem ordinariam Episcopi, sub qua subest ratione beneficii.*

2 *Quando allegatur privilegium, & præscriptio, manutenendus est is, qui privilegium allegat.*

3. Jus

3 *Jus magis resistit possessioni præscriptæ quam possessioni per privilegium, quia per privilegium non est adeò infecta, nec præsumptio aliqua contraria cadit propter justificationem ex titulo privilegii, sicut si possessio sola præscriptione nitatur.*

4 *Cognitio causarum criminalium, & matrimonialium, & aliarum de jure communi ad Episcop. & non ad alium inferiorem pertinet, ex consuetudine tamen, & præscriptione possunt etiam ad inferiorem pertinere.*

5 *Privilegium recipit interpretationem ab usu, & consuetudine, & de jure communi manuteneri debet, qui illud tenet.*

6 *Mandatum de manutenendo exercens jurisdictionem ordinariam in cognitione causarum alio inferiorem possessione eam per privilegium exercente existente, Episcopo datur potestas latiùs.*

7 *Exempti per privilegium à jurisdictione ordinaria, si non sint immediate sub Apostolica subjecti, sed alias in proximis, possunt jurisdictionem ordinarii prorogare, & ei se submittere, si non redundet in præjudicium alterius, nisi prorogantis, alias secus.*

FUit iterum proposita causa super manutentione ob prætensiones Reverendi
1 mi Domini Episcopi Salamantini impugnantis nonnulla capita decisionis à facta, & primo quantum ad caput exemptionis R. D. Scholastici tanquam Canonici, & de jure subditi jurisdictioni ordinariæ Episcopi, Domini censuerunt, eam exemptionem concernere tantum ejus personam in iis, quæ asserunt conservatoriam, non autem extendi debere contra jurisdictionem ordinariam Episcopi, sub qua subest ratione beneficii, cùm sit Canonicatus seu dignitas in Ecclesia Cathedrali juxta dispositionem textus. *in C. cum Capla de privileg. innovata à Sacra Synodo Triden. in cap. 11. de reform. 24. sess.* quod manè probari videtur ex ratione exemptionis considerata per Clementem Septimum, quia Rector & Scholares litterarum studia sæpius pro rebus suis impetibus remotis defendendis intermittere cogebantur, quæ ratio non apparetur Scholastico Salamantino uti Canonico in Ecclesia Cathedrali: secundo quantum ad causas matrimoniales, circa quas prætendit Episcopus privilegium non esse clarum, & Scholasticum indigere præscriptione, & ideò interim se esse manutenendum, cùm habeat fundatam intentionem in jurisdictione ordinaria sibi competente; Domini censuerunt, negotium decidi per
2 text. ex adverso allegatum. *in cap. cum persone, de privileg. in 6.* quando enim allegatur privilegium & præscriptio, tunc manutenendus est ille,
3 qui privilegium allegat, quia possessio tunc non est adeò infecta, neque habet tantam resistentiam juris, neque talem præsumptionem contra se, cùm justificetur ex titulo privilegii, ut non sit habenda in consideratione, quemadmodum si sola præscriptione niteretur, & ita habet locum ibi,

textus

textus, ut distinguunt omnes Doctores, *Anchar. ibi in 12. not. Gemin. in § fi. num. 3. &*
4. & ibi Fran. num. 2. licet ergò de jure communi cognitio harum causarum ad E 4
piscopum, & non ad inferiorem pertineat, *C. accedentib. de excessib. Præl. Abb. in c. 1.*
num. 11. de consang. & affin. Cov. in epitom. in 2. par. c. 8. num. 12. tamen ex consue-
tudine & præscriptione possint ad inferiorem pertinere, *glos. in d. c. 1. de consang. & af-*
fin. & ibi Abb. n. 11. & hic concurrat privilegium, quod recipit interpretationem ab 5
usu & consuetudine, manuteneri debet inferior de jure communi, & quod allegatur
ex sess. 24. c. 20. de reform. junctâ resolutione sacræ congregationis potest pati diffi-
cultatem, quandò allegatur immemorabilis juncta cum privilegiis, quæ exhibentur,
& potissimum, quandò agitur de privilegiis universitatum, neque restringit se ad dis-
positionem illius canonis, sed ulterius procedendo dicit, quod universitates omninò
sint exemptæ, & esse intelligantur, quod tamen relinquit judicio Illust. Dominorum
dictæ sacræ concregationis. Quantum verò ad aliam prætensionem Domini Epis- 6
copi circa easdem causas matrimoniales, ut saltem detur ei manutentio, ut de his cu-
mulativè cognoscere possit, attentis processibus pro ejus parte exhibitis, & testibus
examinatis, qui benè probant indistinctè respectu Clericorum & Laicorum, Episco-
pum de istis causis cognovisse, Domini censebant, vix denegari posse manutentio-
nem, sed tantùm fuit facta difficultas, quo pacto concedi debeat: cum enim isti, 7
qui per hujusmodi privilegia eximuntur, non sint immediatè Sedi Apostolicæ subje-
cti, sed conservatoribus, possunt utique prorogare jurisdictionem Ordinarii, & ei
submittere se, ut per *Fed. de Sen. in cons. 14. Fel. in c. cum omnes n. 8. de const. Jas. in l. si-*
nus §. pactus ne peteret numer. 9. de pact. & hoc quandò non redundat in præju-
dicium alicujus nisi prorogantis, *Gem. consil. 83. numer. 9. Corn. 214. numer. 8.*
lib. 2. Ferret. cons. 102. n. 18. tradunt Doctores in c. si diligenti de for. compet. cum itaque
fieri possit, ut istæ causæ, de quibus in processibus, ut per testes Episcopi deductæ, po-
tuerint coram eo agitari de consensu tacito vel expresso partium jurisdictionem pro-
rogantium, nec apparet, quod quandò Scholaris vult declinare jurisdictionem, nihilo-
minus trahatur invitus coram Episcopo, dixerunt Domini videndum esse, quo pacto
sit concipiendum hujusmodi mandatum de manutenendo: quantum ad alia capita
decisionis aliàs factæ, Domini steterunt in decisis.

* * *
* *
*

DECISIO LXXI.

De attentatis lite pendente, & post avocationem causæ factam à Judice, & de renuntiatione & non usu privilegii.

R.P.D. Ubaldo.

Romana de Lante.

Lunæ 10. Iunii 1613.

SUMMARIUM.

1 *Decisionis occasio.*

2 *Attentata dicuntur, quæ post avocationem causæ à superiore factam gesta sunt, etiam à judice, à quo causa fuit avocata num. 2. declara, ut num. 3. & n. 5.*

3 *Privilegium non suffragatur illi, qui privilegio uti non vult, & conventus de eo non opponit num. 3. & 4.*

4 *Attentata lite pendente, non revocantur, quando pendentiæ litis non fuit habita notitia n. 5. & 9.*

5 *Gesta lite pendente non dicuntur attentata, sed nulla.*

Attentata lite pendente non revocantur, ubi alicujus præjudicium non adest, num. 5.

6 *Cessio facta lite pendente nunquid valeat, & num. 10.*

7 *Attentata dicuntur illa, quæ gesserunt à judice non citato tertio comparente pro suo interesse, & protestante nihil fieri, nisi ipso citato declara, ut num.*

8 *Judicis jurisdictionem prorogare censeatur ille, qui coram eo comparendo protestando circa consensum in jurisdictionem cum clausula nisi, & quatenus.*

Jurium productorum admissio cum clausula si, & in quantum, quid operetur num. 8.

Tertius comparens in judicio pro suo interesse quando dicatur ad causam admissus num. 8. Sententia non citato non præjudicat num. 8.

9 *Litis pendentia non inducitur per citationem invalidam.*

10 *Attentata non causantur ex gestis in causa diversa.*

Exte-

EX testamento quondam D. Flaminii de Lante fuit jure legati, & institutionis relicta Plautillæ ejus uxori vinea, & alia bona, de quibus in dicto testamento, substituta duo hospitalia, & una confraternitas, sed cum pro parte D. Ludovici fratris testatoris & ejusdem hæredis universalis eum beneficio legis, & inventarii prætenderetur, non potuisse Flaminium in totum disponere de prædictis bonis, ranquam subjectis fidei commisso, ad suum favorem facto à D. Michele communi avo paterno, fuit hac de re diu litigatum coram diversis judicibus, tam in Rota, quàm extra Rotam. Iterum de anno 1585. prædicta loca pia substituta vendiderunt dictam vineam bon. memoriæ Gaspari Vicecomiti Archiepisc. Mediolanen. à quo mortuo Dominus Marcus Antonius de Comitibus, tanquam creditor Archiepiscopi obtinuit sibi adjudicari dictam vineam, tandem verò de anno 1601. fuit pronunciatum per bonæ mem. Cardinalem Seraphinum, cujus sententia fuit confirmata anno sequenti per bon. mem. Justum ad favorem Illustrissimorum Fratrum de Lante & filiorum Ludovici, quod Flaminius ultra suam legitimam, & propria bona disposuisset, & consumpsisset usque ad summam scut. 6000. ad quæ restituenda unà cum fructibus à die motæ litis fuit Domina Plautilla condemnata reservatis juribus, & locis piis D. Plautillæ substitutis, & vigore duarum sententiarum conformium habentium vim trium inter Romanos fuit ab eodem Justo relaxatum mandatum de imittendo Dominos de Lante in possessionem vineæ, & aliorum bonorum de quibus supra. Sed D. Plautilla acquiescens sententiis Rotalibus in illarum executionem dd. bonorum possessionem relaxavit Dominis de Lante, hodie verò prædictus Dominus Antonius prætendit, hæc omnia fuisse attentata, nec potuisse fieri in suum præjudicium & adjudicationis factæ, ut supra. Econtrario verò DD. de Lante prætendunt venditionē vineæ factā à piis locis Archiepiscopo, à quo Marcus Antonius causam habet, fuisse attentatam, tanquam factam pendente lite. 1

Undè fuit datum dubium generale, an constaret de attentatis, quæ essent revocanda, quo proposito die 3. Decembris præteriti fuit de ordine Rotæ restrictum, ut prius videretur, an adessent attentata commissa per DD. de Lante, qui ultimo loco dicebantur attentasse, quod dubium proposuit die 22. Martii præteriti, & fuit dilata resolutio. Tandem eo iterum proposito sub die 10. Junii fuit per Dominos conclusum, non constare de attentatis per DD. de Lante, & rationes resolutionis apparebant ex remotione contrariorum.

Primò enim prætendebatur attentatum quicquid fuerat in Rota cognitum & pronunciatum per DD. Seraphinum & Justum post motum proprium fel. record. Pii V. de anno 1571. editum, in quo ad se avocavit omnes causas motas, & movendas coram quibuscunque judicibus ad Archihospitale sanctissimæ Trinitatis, & litis consortes quoslibet principaliter vel secundario spectantes 2

cum

cum clausula *sublata*, decreto irritanti, & aliis clausulis amplissimis, & committatur protectori hospitalis, & ab eo deputatis, ut legitur in dicto motu proprio vel constitutiones Pii V. *Bullar. constitut. 129. incipit, cum sicut accepimus &c.* gestantur post avocationem causæ à superiori factam, sine dubio dicuntur attentare, *cap. ut strum de appellat. ubi communiter DD. Lancellot. de attentatis post avocationem cause 10. num. 1. & 4.*

3 Sed fuit multipliciter responsum per informantes, sed illa responsio magis placuit, videlicet, quod cum non fuerit avocata in specie ista causa, sed in genere omnes causæ, in quibus ageretur de interesse hospitalis, istud videtur privilegium ipsius hospitalis, quod intelligitur, quatenus eo uti velit, de quo cum non fuerit oppositum, & si non constet, quod hospitale eo uti voluerit, benè videntur sustineri gesta in judicio Rotali juxta decisionem *Crescent. 4. n. 3. de reservat. Felin. in c. cæterum n. 15. in 4. Collario, & n. 19. vers. limita hanc restrictionem de privil. Hier Gabr. cons. 162. n. 10. & seqq. l. 1.* ubi respondent ad decretum irritans. *Caputaq. dec. 249. p. 1. Gabr. de clausulis cons. 3. n. 24. Sarnen. in reg. de annal. quæst. 4. vers. prædictis tamen in aliis per Moderni. de gulam 8. glos. 56. num. 65.*

4 Quod etiam confirmabatur ex motu proprio vel constitutione circa finem ab disponitur dictum hospitale coram aliis judicibus conveniri, vel ad alias conventiones constringi non posse, undè videtur inferri, quod ipsum in virum trahi non possit ad alia tribunalia, undè à contrario sensu benè videtur posse, si velit alibi etiam comparere *ad not. in l. 1. ubi Doctor ff. de offic. ejus l. conventicula, ubi Bald. c. de Episcopis Clericis*, & ratio videtur evidens, quia si ibi permittitur protectori, quem malumdicem pro hospitali deputare, multò magis idem poterit non inhibendo, prout non inhibuit jurisdictionem Ordinarii prorogare, cum per hoc fiat redditus ad jus commune. *Abb. in c. dilecti in 1. notabili ad fin. de foro competenti.*

Accedit etiam, quod istud privilegium nunquam fuit notificatum, nec publicatum, nec ejus vigore judex inhibuit, vel causam reassumpsit, ideò autem valuit processus coram primo judice agitatus, secundum opinionem *Innocentii & Sicul. aliter lite pend. quam refert Aufrer. ad Capell Tholosan. decis. 481. num. 5. vers. contrariam opinionem*, vel in omnem eventum posset causare nullitatem, non autem attentata *Affl. Et. decis. 85. num. 3. & 4. & similiter Lancell. de attentatis in principio num. 4. & segg. deindè cap. 4. limitat. 2. numer. 16.* cum non sit spreta majestas judicis, qui nec exhibuit, nec causam reassumpsit; ultra quod neque etiam potest considerari attentatum respectu hospitalium, quorum præjudicium requiritur ad causandum attentata. *Innocent. in d. cap. 1. in verb. præjudicium, ut lit. pender. Bellam. decis. 528. Lancellot. de attentatis 1. par. in præfat. numer. 27. & 2. par. c. 4. de attent. lit. pendent. limit. 20 numer. 20. & declaratione 1. numer. 1.* cum expressè fuerint in sententiis Rotalibus reservata jura hospitalis.

Secun-

Secundò principaliter dicebatur fuisse attentatam cessionem à Plautilla factam 6
ad favorem DD. de Lante, quia tunc pendebat lis inter Plautillam ab una parte, & Marcum Antonium, sive hospitalia ejus necessarios defensores ab altera parte super devolutione vineæ, ex eo, quod in ea Plautilla malè versaretur, undè cum DD. de Lante habuerunt cessionem à Plautilla attentatè propter pendentiam litis, & ipsi dicuntur attentasse, *ad Rotam dec. 243. n. 1. par. 1. Afflict. dec. 354. n. 20. & seqq. cum allegatis.* Sed respondebatur, quod illa erat causa diversa, pendens coram A. C. ab ista Rotali, ideò exequutio facta in ista super restitutione fidei commissi ad favorem DD. Fratrum de Lante, non potest inducere attentata in illa causa, super devolutione. *Lancell. de attentatis par. 2. c. 4. limitatione 2. in prin. & n. 8.* & in omnem eventum dehujusmodi attentato, quatenus adesset, ipse judex, cujus majestas diceretur læsa, deberet cognoscere, non autem alius.

Tertiò prætendebantur attentata respectu Marci Antonii, quia pendente lite inter Plautillam, & DD. de Lante coram bon. mem. Justo comparuit coram eo Marcus Antonius, & citatis adversa produxit nonnulla jura ad docendum de suo interesse, cum protestatione, nihil fieri in suum præjudicium, prætenditque se fuisse admissum ad causam, & ideò mandatum de immittendo relaxatum ab eodem Justo ipso Marco Antonio non citato, & possessionem vineæ indè secutam nullam fuisse, & attentatam. *Caputaq. dec. 261. par. 2. cum aliis adductis per informantes.* Fuit tamen responsum eum comparuisse, sed citra consensum in jurisdictionem, & sic videri non posse dare de attentatis ob litis pendentiam, vel ob spretum judicis, cujus jurisdictionem voluit declinare, ut dicitur de contumace, *Bart. in l. ubi captum vers. item adverte ff. de judic. & l. quamvis n. 8. ff. de damno infect. Felin. in c. ex tenore n. 15. & seqq. de rescript. cum alus per Lancell. de attent. par. 2 c. 4. limit. 18.* 7

Non obstat clausula, *nisi sit, & quatenus ad illud teneatur* in protestatione adjecta, quia Marcus Antonius non tenebatur consentire in jurisdictionem Rotalem & ideò remanet protestatio de non consentiendo simplex, & pura. Accedit, quod nec ipse admitti ad causam petiit, nec fuit admissus. Undè nullo modo potuit dici effectus collitigans *juxta decis. Cresc. 3. de reservat. quam & aliàs allegat. Lancellot. de attent. d. par. 2. in præfat. n. 184. & seqq.* nec relevant jura per judicem admissa, cum fuerint admissa si & in quantum. *Bartol. in l. cum propter in fine vers. sed dixi ff. de legat. præst. Lambert. de jure patron. lib. 2. par. 2 q. 6. art. 7. Bald. consil. 428. sub. numer. 3. lib. 1.* 8
Ultra quod ex ipsa comparatione apparet, ad quem effectum illam fecerit, videlicet ne ipsi comparenti aliquod præjudicium fieret, ideò produxit sua jura; undè cum ipsemet declaraverit intentionem suam, non debet dicta comparitio operari ultra ejus intentionem, ut censeatur admissus in causam. *L. non omnis ff. si cert. pet. Aym. cons. 292. n. 1.* sed solum per eam fuit consultum Marco Antonio, ut sententia Rotalis & executio ipsum non afficerent, nec ei præjudicarent, tanquam non citato. *L. de unoquoque*

si omnes n.112. C. si min. ab hæred. se abstin. Rota dec.545.n.2.par.3.diverſ. quod etiam ſa-
satis proviſum per judicem, qui reſervavit jura hoſpitalium, & conſequenter Marci
Antonii habentis jus & cauſam ab ipſis, ſed hæc ratio præjudicii nihil commune ha-
bet cum ipſis attentatis, de quibus nunc agitur.

Nec quidquam facit citatio ab eo obtenta, & executa contra DD. de Lante,
quia fuit ſimplex citatio ad dicendum contra jura, & ideò non talis, ex qua citatus po-
nè inſtrui poſſet, ut requiritur juxta *Clem.2. ubi gloſ.in verb.plenè, quam ibi ſequuntur*
DD. ut lit.pend. Undè tanquam minus valida non induxit litiſpendentiam ad eſ-
ctum attentatorum. *Lancell.d.par.2.in præfat.n.82. & ſeqq.*

Ultimò dicebantur attentata ceſſio Plautillæ, & poſſeſſio apprehenſa per DD.
10 de Lante ex eo, quia Marcus Antonius habuerat plures ſententias Rotales proſe. de
mandatum de manutenendo quoad d. vineam, & inhibitionem executam tam contra
Plautillam, quàm contra procuratorem DD. de Lante, quæ inhibitio utique cauſa
attentata. *Cap.non ſolum §.ult.de appell in 6. Dec.conſ.103. num.1.* ſed facilis fuit re-
ſponſio, quod d. ſententiæ & mandatum fuerunt reſpectu proprietatis & directi do-
minii, quod prætendebat M. Antonius etiam vivente Plautillâ in d. vinea, quæ
Plautilla fuiſſet relicta ſola uſufructuaria donec viveret, proprietas verò ſpectare
ad hoſpitalia, & conſequenter ad Marcum Antonium, ut apparet ex lectum de
ſententiarum, & mandati, undè non obſtant, quo minus Plautilla poſſeſſionem
naturalem, quam habebat reſpectu uſus fructus potuerit cedere, eamque DD. de
Lante apprehendere rum virtute d. ceſſionis, tum vigore mandati Rotalis, & alio
certum eſt, quod geſta in cauſa diverſa non cauſant attentata *Lancell.d.2.par. cap.4.*
limit.2. ſicut nec inhibitio afficit in cauſa diverſa, *idem. Lancell.d.2.par. cap.20. li-*
mit.5. poſſeſſio autem nihil commune habet cum proprietate. *L. naturaliter, ſi nihil*
commune ff. de acquir. poſſeſſ. & quatenus mandatum ad favorem Marci Antonii
cantet, etiam de poſſeſſione, loquitur de poſſeſſione civili reſpectu proprietatis, ſi
directi dominii, juxta ſententias ab eo obtentas. Hoc autem non impedit, quin poſ-
ſeſſio naturalis, eodem tempore ratione uſus fructus potuerit eſſe penes alias perſo-
nas, ut dictum eſt, & probat *Oldrad.conſil.277.num.41. & eſt deciſ. Caſſ. de Groſſ. de*
cauſ.poſſeſſ. & propriet.relata inter impreſſ.diverſ.dec.363.par.1. Et ex his, & aliis com-
latis per informantes in tribus hujus cauſæ propoſitionibus fuit concluſum, non con-
ſtare de attentatis per DD. de Lante.

Ad

Ad Quæst. 12. & 13. *Additio.*

DUbium super privilegio exemptionis aut vertitur principaliter, aut incidenter: principaliter, quoties non occasione alicujus negotii pendentis, & quod celerem expeditionem requirat, sed in genere dubitatur de intelligentia privilegii pro causis futuris; incidenter autem cum occasione particularis cujusdam causæ dubitatio nascitur, uti explicat *Fagnan. in cap. cum venissent num. 46. & 47. de judic.* priori casu indistinctè solus Princeps, qui privilegium concessit, de illo cognoscere potest per text. *in d. c. cum venissent de judic, c. inter alia de sent. excomm. c. constitutionem eod. tit. in 6. l. leges sacratissimæ & l. fin. C. de legib.* Quod extenditur, ut non solum inferior non possit cognoscere de privilegio superioris ut judex, sed nec etiam ut arbiter, non enim possunt exempti compromittere in inferiorem super privilegiis suæ exemptionis. *Hostien. in cap. cum tempore n. 6. & ibi Ioann. Andr. num. 5. & alii communiter de arbit.*

Posteriori verò casu, cum scilicet incidenter dubitatur de verbis privilegii, potest quidem inferior desuper cognoscere, si dubium non sit arduum aut difficile, & ad Principem sit difficilis accessus, non item si quæstio difficilis sit. *Abb. in cap. 1. in 1. notab. de juram. calum. Bartol. in l. omnes populi n. 56. ff. de just. & jure.* Neque etiamsi facilè resolubilis foret quæstio, si tamen aditus ad Principem pariter facilis fuerit. *Plenè Fagnan. in c. cum venissent. n. 48. & 49. de judic.*

Quandò igitur Ordinario in judicium vocanti opponitur exceptio exemptionis, si clarè appareat illam non suffragari, veluti si in privilegio sola appareat receptio sub protectione, utique potest idem Ordinarius dicere privilegium non prodesse, uti apertè dicit *Butrius in d. c. cum venissent, n. 3.* si autem dubium oriatur, eo ipso ordinarius supersedere debet, & Sedi Apostolicæ desuper cognitionem remittere. *Roderic tom. 2. quæst. regul. q. 64. art. 7. Rota dec. 47. n. 5. par. 15. recent.* Salvo tamen, quod exempti sua privilegia, quatenus notoria non sint, exhibere teneantur. *Ad text. in cap. cum personæ de privil. in 6.* & ita respondit facta congregatio referente *Fagnan. in c. sanè n. 49. & 59. de off. ordin.* regulares teneri Episcopis notificare & exhibere privilegia, si eis uti voluerint, sed si Ordinarii judicent ea non suffragari in casu de quo agitur, debere eosdem regulares pro interpretatione dubiorum ad Summum Pontificem recurrere, nec posse adire Metropolitanum vel Episcopum viciniorem, neque conservatores eligere.

Ad Quæst. 23. & 24.

DE probatione exemptionis fusius supra egimus *par. 1. q. 8.* hoc loco brevius hoc. ciat distinctio, quod aut agitur de exemptione principaliter ad effectum eam canonizandi, & concludenter probanda est. *L. 1. & l. in exceptionibus ff. de probat. Rot. dec. 153. n. 6. par. 11. rec.* aut verò incidenter ad effectum annullandi, vel interim impediendi processum Ordinarii, & sufficit levis probatio per conjecturas & admissa junctâ quasi possessione. *Rot. dec. 105. n. 1. & seqq. par. 7. recent.* quandò autem privilegium ejusve transumptum dicatur esse in forma probandi fusè tractatur *in decis. 98. par. 8. recent.*

DECISIO LXXII.

Capitulum docens de antiquissima quasi possessione, quod adjuncti fuerint electi in cognitione causarum capitularium cum Episcopo, qualiter probare teneatur exemptionem.

R. P. D. Ghislerio.

Majoricen. jurisdictionis.

Decis. 105. par. recent.

Lunæ 3. Decembris 1636.

SUMMARIUM.

1 *Exemptio, quandò non principaliter deducitur in judicio ad effectum illam canonizandi, sed incidenter, probatur ex sola quasi possessione.*

2 *Ad probandum id quod in judicio incidenter, & secundario, & per modũ causæ deducitur quævis probatio, etiamlevis, & præsumpta dicitur sufficiens.*

3 *Ma-*

3 *Matrimonium, si in judicio deducitur non principaliter, sed incidenter per modum causæ ad effectum legitimationis, & successionis, qualibet etiam præsumpta, & conjecturali probari potest probatione.*

4 *Dominium, quod deducitur in judicio non principaliter, sed incidenter, non requirit plenam & concludentem probationem, sed potest sola possessione probari.*

5 *Observantia controverti non potest, si fuit continuata per spatium plusquam longissimi temporis.*

7 *Admittens alium ad secum aliquid faciendum, non potest illi obicere, quod id facere non poterat.*

9 *Observantia quando est remota, non est attendenda.*

10 *Observantia interpretativa debet esse proxima, non autem remota.*

11 *Observantia tempus, dum detegitur proximum, debet suffragari.*

12 *Observantia remota non dicitur, si sit infra. 40. annos.*

13 *Ex possessione, nulla præsumptio resultare potest, si sit interrupta per observantiam, & visum, in contrarium.*

14 *Iuribus ritè extractis ex libris Capitularibus, contra ipsos Capitulares est plena adhibenda fides.*

15 *Iura si sint publica, & litteris legalitatis munita, minus obstat, quod non sint recognita.*

16 *Iurium recognitio de stylo Rotæ, potest fieri quandocunque.*

17 *Concil. Trid. sess. 6. cap. 4. & sess. 25. cap. 6. quando procedant numer. 18. & 19.*

20 *Decis. Cardd. Mantic. Seraph. declarantur.*

21 *Capitula, si omninò recusant se visitari, vel corrigi ab ordinario, non possunt se tueri concordiis, statutis &c. nisi intervenerit confirmatio ex certa scientia, & cum causæ cognitione.*

22 *Decretum irritans inficit nedum titulum, sed etiam possessionem.*

23 *Decretum irritans inficit possessionem juris, non autem facti.*

24 *Mandatum de manutenendo datur pro sola detentione.*

25 *Capitulum, si doceat de sua quasi possessione, quod Episcopus in causis Capitularibus non possit sine adjunctis procedere, in ea sunt manutenendi, & num. 26.*

27 *Decretum irritans, nihil operatur, dum dubitatur, an interest dispositio generalis.*

28 *Decretum irritans locum non habet, quando constat, quod non est locus dispositioni principali, in qua est appositum.*

DOmini resolvendo per Capitulum Majoricen. probari quasi possessionem exemptionis, & concurrendi, ac procedendi cum Episcopo in causis criminalibus Capitularium, confirmarunt resolutiones coram me factas, videlicet processum fabricatum ab Episcopo Majoricen. contra Thomam Dezbach Canonicum

cum dictæ Ecclesiæ, non sustineri, cùm Episcopus processerit sine adjunctis contra dispositionem sacri Concilii Trident. *sess.25.cap.6.de reform.* ex rationibus & fundamentis in decisionibus deductis.

Quia cùm exemptio non deducatur principaliter ad effectum eam canonicè
1 di sed incidenter ad effectum nullitatis processus, sine conjudicibus fabricati, contra dictum Canonicum Dezbach, suffragatur sola quasi possessio, juxta doctrinam
2 *in l.quidam in fuo, numer.4.vers.secundo casu, ff.de cond.instit.par.2. & decis.35. ante-* nem, *de appellat. in nov. & coram Mantic. decis.366. numer.* 10. Clara enim est
conclusio, ut ad probandum, id quod in judicio incidenter, & secundatiò, & per
modum causæ deducitur quævis probatio etiam levis, & præsumpta dicatur sufficiens, ut patet exemplo matrimonii, quod si in judicio deducitur non principaliter
3 sed incidenter per modum causæ ad effectum legitimitatis, & successionis, quilibet probatione etiam præsumptâ, & conjecturali probari potest, *C.in causam qui filio se-* legit *glos.in cap.lator eod.tit.quam sequitur Gemin. consil.* 27. quod pluries fuit per Rot. approbatum *in Parmen.status.20. Martii 1556.coram Augustino, & 6. Martii 1591. in eadem coram bon. mem. Card. Seraph. & per Reverendiss. D. meum Decanum in insigni & celebri decisione in eadem Parmen. status 26. Iunii 1628. confirmat. 30. Mar-*
4 *tii 1629.* Item exemplo dominii, quod quando deducitur in judicio non principaliter, sed incidenter, non requirit plenam, & concludentem probationem, sed potest sola possessione probari, *glos.Bart.Bald.Angel.Castr. & alii in d.l.quidam in fine de cond.instit.Corn.consil.219.numer.6.lib.4.Boer.latè id comprobat dec.42. numer.3. & alibi passim per DD.*

Possessio Capituli, quod fuerint electi conjudices, & intervenerint in cognitione causarum cum Episcopo, probatur, ex deputationibus conjudicum factis in tempore à Capitulo in simul cum Episcopo, & continuatis ab Anno 1467. usque ad
5 Annum 1571. quæ junctæ cum deputationibus ab Anno 1571. usque ad tempus motæ litis de Anno 1632. probant antiquissimam possessionem, ita ut non possit controverti observantia hujusmodi exemptionis, dum fuit continuata per spatium decentorum Annorum & ultra. Coadjuvatur autem hæc possessionis probatio, ansi-
lùm ex processibus factis per Episcopos contra Capitulares cum interventu conju-
6 dicum quando evenit casus. *Mant.decis.207. numer.2.* sed etiam moderni Episcopi
7 confessione, dum in ista causa in specie vocavit conjudices. *Rip.in C.cum Ecclesia Sutrina.num.39.vers.6.requirit, de caus.possess.& propr.quem sequuta est, Rotæ in Conveten. Iurisp atronatus. 1. Decembris 1606.coram bon.mem.Card. Marquemonte & coram san.mem. Greg. XV. decis.452.num.15.* cùm igitur Capitulares fuerint admissi ad judi-
candum de consensu Episcopi intrant doctrina Ripæ, & decisiones allegatæ, & dum
8 Episcopus in hac causa vocavit conjudices, adversus confitentem nequit dari melior

proba-

probatio propria confessione, *C. per tuas, de probat, C. si cautio de fide instr. Cravet. cons.* 61. *num.* 3. *Rota divers. dec.* 98. *num.* 2. *par.* 2. *& in recent. dec.* 436. *num.* 3. *par.* 1.

Non obstat, quod observantia hujusmodi, cùm sit remota, non sit attendenda, 9
& observantia interpretativa, debet esse proxima, non remota, ut tenuit *Rota in* 10
tomen. decimarum, 1. *Februarii* 1608. *coram bon. mem. Card. Sacrato in Placentina Canonicatus* 3. *Junii* 1613. *coram R. P. D. meo Pirovano, & in recent. decis.* 170. *nu.* 4. *par.* 2. *& dec.* 37. *n.* 34. *par* 2. *diversa*. quia consideratis deputationibus, & processibus peractis cum interventu conjudicum, in facto non subsistit, quod observantia sit remota, dantur enim sententiæ contra Capitulares, cum voto conjudicum de Annis 1573. mense Junii, 1579. mense Maii. 1579. mense Novemb. 1597. mense Junii 1600. mense Aprilis 1621. mense Maii, ex quarũ multiplicitate non solùm removetur defectus non sequutæ effectuationis post factam deputationem conjudicum, sed etiam observantiæ tempus 11
detegitur proximum, non remotum, ita ut omninò debeat suffragari ex trad. *per Bald. in proem. ff. num.* 2. *Soc. cons.* 6. *num.* 2. *& 3. lib.* 1. *& sunt dictum in Salamantina Capellaniæ.* 17. *Junii* 1605. *coram Ortenbergo, & in Bononien fideicommissi de dulfis* 22. *Novemb.* 1610. *coram Card. Cavaler. & sæpe in aliis*: cùm non dicatur remota observantia, si sit 12
infra 40. Annos. *Rota in Tirasonen. sacristiæ* 9. *Junii* 1600. *coram bon. mem. Justo & faciunt deducta per add. ad dec.* 325 *San. mem. Greg. XV. num.* 26.

Non obstat, quod hujusmodi possessio Capituli fuerit interrupta per contrariam possessionem Episcopi, qui fabricavit processus absque adjunctis, qua contraria observantia stante non potest resultare aliqua præsumptio, propter interruptionem ex con- 13
trario usu resultantem. *Bart. & alii in l.* 2. *ff. solut. matr. Alex. cons.* 5. *nu.* 7. *& cons.* 127. *ad fin. l.* 5. *Dec. cons.* 8. *n.* 4. *vers.* 2. *quia ut narrat, & cons.* 11. *n.* 12. quia etiamsi jura producta, ad probandam possessionem Episcopi procedendi, sine adjunctis, & sic observantiam fuisse diversam, essent in forma probanti; attamen, cùm processus ita facti absq; conjudicibus, vel concernant delicta atrocia, vel casus incontinentiæ exceptuatos à Concilio *in d. c.* 6. vel concernant processum Camerarium de quo *in dec. in hac causa facta*, 12. *Januarii* 1635. coram me nihil relevant, & contrarium apparet ex deputationibus adjunctorum, ex fabricatis processibus contra Canonicos cum adjunctis per Capitulum productis; neq; potest fieri vis in processu per solum Episcopum fabricato, contra Canonicos Honuphrium Motrelles & Hieronimum Togotes de Anno 1631. mense Febr. quia ultra quod Episcopus processit contra prædictos, non tanquã Canonicos, sed tanquam officiales Cruciatæ, à dicto processu appellârunt, tanquam gravati, & causam in Rota commiserunt, ut patet ex commissione præsentata & registrata.

Ad ea quæ deducebantur contra formã probantẽ juriũ productoriũ pro Capitulo, fuit per Dominos responsũ ea non obstare, cum supradicta jura fuerint extracta a præviis litteris cõpulsorialib⁹, & ad hunc effectũ sufficit, quod fuerint extracta per Secret. 14
Capit, ex libris Capit. Archivii cum assistentia scribæ Majoris Curiæ Majoric. ad hoc ut

inter

14 ipsos Capitulares plena sit præstanda fides, *Caputaque.decis.42.part.1. Rotæ in Sanct.*
14 *Beneficii 8. Martii 1627. coram R.P.D.meo Merlino*, & cùm dicta jura sint publica &
15 litteris legalitatis munita, minus obstat, quod non sint recognita, maximè, quia
16 rium recognitio de stylo hujus nostri tribunalis, potest fieri quandocunque. *ex Cas-*
dec.178. & aliis allegatis per R.P.D.meum Merlinum in Arboren. Canonicatus 16. No-
vembris 1633.

Pariter nihil facit altera difficultas excitata ex Concilio, dum derogat quibus-
cumque consuetudinibus, etiam immemorabilibus, statutis, privilegiis & aliis qui-
buscumque, & præservat solas concordias, vel statuta confirmata ex certa scientia
& cum causæ cognitione, quod procedit tam in præteritis, quàm in futuris: Qui
17 aut loquimur de *cap.4.sess.6.* illudque procedit in casu, quando Capitula prætendunt
totalem exemptionem à jurisdictione Episcopi in visitatione & correctione, &
18 non est casus, noster quia Capitulum non negat jus corrigendi, & visitandi compe-
tere Episcopo; aut versamur in terminis. *c.6.sess.25.* ubi deponitur circa deputatum
conjudicum, sine quorum interventu Episcopus non possit procedere contra Ca-
nonicos, & in isto casu nos versamur; Et cùm in eo præserventur statuta, consue-
dines, & concordiæ, quæ disjunctivè debent intelligi, hoc est in Capitulis habentur
vel exemptiones, vel consuetudines, vel sententias, vel juramẽta, vel cõcordias, ut ha-
19 mavit. *Rota dec.743.part.1.diver.* Inde sequitur Capit. Majoricen. sufficere consuetu-
nem, cui non solùm non fuit per Concilium derogatum, sed potius facta expressa
20 reservatio, ut latè firmavit *Rota in d.decis 843.* Jura verò & decisiones in contrarium
adductæ. *coram Mantic. Seraph. & aliis pro Episcopo allegatis*, juxta declarationem si-
cræ congregationis Concilii in Abulen. Jurisdictionis procedunt in primo casu,
21 quando Capitula recusant omninò visitari, vel corrigi, *juxta term.cap.4.sess.6.* quo
22 casu, Capitula non possunt tueri concordiis, seu statutis, & aliis, quominus vi-
tentur, & corrigantur, nisi intervenerit confirmatio ex certa scientia, & cum causæ
cognitione ad effectum, ut non possint visitari, & iste non est casus noster.

Non obstat, quod decretum irritans in Concilio appositum inficiat nedumin-
lium, sed etiam possessionem, *Rot.decis.3.numer.1. de rest. spoliat. in nov. Cass. ad. dat.*
num.2. eodem titulo Put.decis.197.num.3.lib.3. quia decretum irritans inficit posses-
23 nem juris, non autem facti, *Put.decis.486.num.2.lib.2. coram Reverend D. mu De-*
24 *tano, decis.124.num.3. & in Compostella, seu Salamantina jurisdictionis 14. Junii 633.*
coram R.P.D.meo Motmauno, Ratio est, quia mandatum de manutenendo diver-
25 sola detentione, ut fuit dictum in *Conchen. limitum. 4. Martii 1596. coram bon. mem.*
Card. Blanchetto, & Capitulum non venit contra Concilium, sed docet de sua pos-
26 sessione, ideò benè intrat, quod non sit privandum sua possessione, ut in his termi-
nis firmat *Mantic.decis.202.numer.5.* ultra quod cùm Concilium non adimat jurisdi-
ctionem simpliciter Capitulis, sed illam præservet, quando vigore consuetudinis,

aut

aut statuti, possunt Capitula se tueri contra Episcopum, ut etiam firmavit *Rota in d.decis.743.part.1.divers.num.1.& 7.* donec potest doceri de hujusmodi consuetudine, 27
seu quasi possessione, nihil operatur decretum irritans, *cap.1.& 2.ut lit.pend. Man-tic.d.decis.292.num.7.* quia non habet locum nisi quando constat, quod est locus di- 28
spositioni principali, in qua est appositum, *Put.decis.1.num.1.lib.1.Rot.inrecent.decis.316.num.4.par.1. & decis.423.num.5.per.2.*

Quare, cùm ex supradictis constet de antiquissima observantia usque ad tempus motæ litis, quod fuerunt electi conjudices, & intervenerunt in cognitione causarum Capitularium cum Episcopo, istam solam observantiam, & quasi possessionem Capituli, spatio tanti temporis Domini censuerunt suffragari, & sic standum in decisis utraque parte.

DECISIO LXXIII.

Privilegium à notario & Vice-Cancellario Apostolico scriptum cum subscriptione Papæ & aliquorum Cardinalium dicitur in forma probanti, maximè si agatur de re antiqua, & aliæ concurrant præsumptiones & adminicula.

R.P.D. Carillo. *Decis.191. par.8.recent.*

Rossanen. Exemptionis.

Veneris 27. Januarii 1640.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus habet fundatam intentionem super exercitio jurisdictionis in sua diœcesi.*
2 *Privilegium Apostolicum quando dicatur authenticum.*
3 *Transumptum ut probet, quæ debeant observari in ejus extractione.*
4 *Magister Raynaldus erat notarius & Vicecancellarius Innocentii III.*
5 *Notarius & Vicecancellarius potest dare sum-*

sumptum scripturæ.

6 *Scriptura exemplata stante temporis antiquitate præsumitur cum omnibus requisitis exemplata.*

7 *Scriptura informis adminiculata probat.*

8 *Scriptura informis si est observata probat absque aliqua recognitione & & num. 9.*

10 *Solutiones factæ ad formam privilegii censentur in executionem ipsius factæ.*

11 *Observantia subsecuta præsumitur in præambulo tituli.*

12 *Scripturæ informi fides adhibetur concurrentibus adminiculis & observantia.*

PRætendens D. Paulus Æmelius de Silvestris Abbas S. Mariæ de Pattiro in privilegiorum Apostolicorum ejusdem Abbatiæ Monasterium cum Capellis omnibus, & tenimentis nulli esse subjectum, præterquam S. Sedi Apostolicæ sam super hoc in Rota mihi committi obtinuit contra Reverendiss. D. Archiepiscopum Rossanen. asserentem d. monasterium esse situm intra fines suæ diœcesis & de prætensa exemptione non constare, ac propterea ipsum habere in eo inventionem fundatam super exercitio jurisdictionis. *ex cap. cum personæ, 7. in fine de privil. in 6. & cap. omnes Basilicæ, 19. quæst. 7.* quare proposui dubium, an constet de exemptione; & quia informantes pro parte D. Archiepiscopi principaliter negabant privilegium Innocentii III. à quo originem trahit d. exemptio, esse in forma probanti placuit Dominis pro nunc respondere d. privilegium esse in forma probanti, & quod de exemptione particulariter videatur.

1

Ratio autem quæ movit Dominos ad respondendum pro forma probanti fultavit ex ejusdem privilegii oculari inspectione, cùm appareat scriptum in pergameno antiquissimo per manus Notarii Apostolici, & contineat diem, mensem, annum & subscriptionem Papæ & quamplurium Cardinalium, quæ requisita omnia conveniunt Authenticæ scripturæ ad tradita *per DD. in cap. 1. & in cap. cum P. tabellio de fide instrum. Aym. cons. 216. numer. 5. Covar. pract. quæst. 20. num. 3. & seqq.*

2

Et licet videatur scriptum & subscriptum eodem charactare, ita ut magis requiri debeat transumptum quàm originale, & uti transumpto nulla fides ei sit adhibenda, ex quo non constat de matrice, seu scriptura originali, nec fuerit servata solemna requisita. *in cap. fin. ubi Abb. & alii DD. de fide instrum. Cagnol. in Auth. si quis in aliquo, numero trigesimo sexto. Alexand. consil. 112. numero primo. lib. 4. Burat. decis. 472. num. 3. & 4.*

3

Attamen dixerunt Domini hoc privilegium esse Authenticum etiam quod non sit prima scriptura, quia est nimis antiquum, cùm fuerit concessum de Anno 1198. & scriptum à Magistro Raynaldo, qui fuit Notarius & Vicecancellarius

4

tus Innocentii III. in primo & secundo anno ejus Pontificatus ut testatur *Ciacon. in vita eiusdem Innocentii, tom. primo. fol. 651.* & propterea potuit dare sumptum 5
Authenticum, quod habetur æquè originale, ac si esset prima scriptura, ex notatis *per Felin. in cap. cum P. tabellio, numer. septimo. de fide instrum. Rota decisione prima. eodem titulo. in nov. Caputaq. decisione 170. part. 1. & in recent. decisione 603. numer. 2. part. 2.* & stante temporis antiquitate præsumitur exemplatum cum 6
omnibus suis requisitis, ut notat *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præs. 80. numer. secundo. Caldas ad instrum. empt. & vendit. cap. 55. num. 10. Tiraquell. de præscript. fol. 63. vers. 37. Barbosa qui alios plures refert in dicto cap. cum P. tabellio, num. 3. & 4.*

Et quatenus circa hoc esse posset aliqua dubitatio, visa fuit penitus tolli ex eo, quod sumus in privilegio concesso ante 400. Annos, adminiculato ex confirmationibus quatuor Summorum Pontificum. *Summ. Abb. numer. 2. 3. & 4.* ac observato spatio 200. & ultra Annorum, pro utprobatur ex solutione unius unciæ auri Cameræ Apostolicæ, & trium cereorum & cannatæ mellis mensæ Archiepiscopali Rossanen. juxta formam expressam in eodem privilegio de quo *in dicto Sum-* 7
mario, numer. primo. & de solutionibus *numer. 5. 6. & 7.* & ideò intrat conclusio quod scriptura etiam informis probet, quando est adminiculata. *Menoch. consil. 928. numer. trigesimo quinto. Verall. decisione 234. part. 1. Seraphin. decisione 1192. numer. 2. Rota decisione 418. numer. 5. par. 2. recent. & decisione 396. numer. 9. par.* 8
5. & eò magis quando est observata, ut tradit *Cin. inter Consilia Baldi consil. 400. numer. 5. lib. 4. relat. per Aymon. consil 101. num. quarto. & consil. 158. num. 1. & in tract. de antiq. temp. part. 1. cap. 4. limit. numer. 14. Rota coram Reverend. D. meo Decano, decisione 128. numer. 7. inter ejus impressas* etiam absque alia recognitione. *Socin. consil. 187. col. 4. vers. ad secundum respondeo in 2. vol. Aym. de antiq. temp.* 9
par. 1, num. 316. Put. decis. 196. lib. 1.

Nec existimarunt Domini adversari posse ea quæ deducebantur contra solutiones prædictas tam unciæ auri, quàm cannatæ mellis & cereorum, nempe quod quietantiæ solutionum unciæ auri nullam mentionem faciant dicti privilegii Innocentii III. & ita dicendum sit eas factas fuisse in recognitionem directi dominii, quasi quod Abbatia, de qua agitur sit feudum Apostolicum, & quod solutiones cereorum & cannatæ mellis fieri consueverant Ecclesiæ Rossanen. ante concessionem dicti privilegii, ut patet ex ejus lectura, ac propterea ex his nulla resultare posset observantia, quæ Abbati suffragetur.

Quoniam fuit responsum nullibi apparere quod hæc Abbatia fuerit concessa in feudum, quinimo in dicto privilegio Innocentii expressè constare, quod solutio unciæ auri fieri debeat Sedi Apostolicæ, ex quo Summus Pontifex specialiter recipiebat sub protectione B. Petri d. Abbatiæ monasterium, Capellas ejusque tenimenta, & ideò solutiones quæ dantur continuatæ, licet mentionē non faciant de d. privilegio,

tamen dicuntur factæ in ejus executionem. *argum. text. in l. quædam mulier, cum ib. not ff. de rei vindic. Caval. decis. 466. num. 2.* & consequenter probant ejusdem privile-
10 gii validitatem, & observantiam, quæ præsumitur subsecuta ex præambulo tituli hu-
11 jus privilegii, *Aymon. cons. 10. num. 9. & cons. 10 8. num. 2. Alciat. de præsumpt. regul. præsumpt. 24. & dixit Rota coram Reverendiss. D. meo Decano, decis. 128. num. 8.*

Eademque responsio militat & in aliis solutionibus cereorum & cannatæ mellis, nam quamvis istæ dici possint factæ jure antiquo, quod competebat Ecclesiæ Rodanen. ante d. privilegium, nihilominus cum de eis quoque facta fuerit mentio in eodem privilegio, negari non potest, quin saltem adminiculent ejusdem privilegii observantiam, & veritatem, concurrentibus verò adminiculis & observantia, datur
12 fides scripturæ etiam informi ex superius allegatis, & firmavit etiam *Rota coram Caval. decis. 122. num. 3. & 4. & inter recent. decis. 230. num. 5. par. 5.* ubi loquitur in terminis Bullarum Apostolicarum.

Et ita decisum utraque. &c.

Ad Quæst. XXV. *Additio.*

EXemptionem prætendens, an durante lite in possessione suæ exemptionis sit manutenendus, supra *part. 1. quæst. 6.* declaratum satis est, ubi decisiones adximus, distinctionem à D. Auctore allatam comprobantes, quam tamen hoc loco ulterius declarare visum fuit; affertur enim quandoque privilegium restrictum ad certum causarum genus, vel ad certum locum, & possessio universalis, quo casu manutentio dari non potest nisi ad terminos privilegii ut in casu *Rotæ decis. 126. par. 4. tom. 1.* quandoque privilegium generale & possessio turbida vel litigiosa, & omninò denegatur manutentio, ex eo quod lis super actu particulari reddit litigiosum totum jus universale, quoties eadem est causa defensionis in particulari & universali *ut in decis. 333. par. 13. recent.* quandoque verò privilegium integrum datur, & legitima ac quieta possessio, & extra dubium est concedi manutentionem, ut *in decis. 390. par. 13.* privilegium autem integrum non tantum illud dicitur, quod ex ipsa sui impetratione tale apparet, sed etiam quod mediantibus tribus sententiis conformibus canonizatum est. Ut fuit dictum *in Corduben. decimarum 10. Maii 1635. coram Cumo.*

* * *
* *
*

DECI-

DECISIO LXXIV.

Episcopus de jure habet fundatam intentionem in jurisdictione causarum criminalium, & qui se exemptum prætendit, quid probare debeat.

R.P.D. Verospio. *Decis. 126. par. 4. tom. 1. recent.*

Baren. Jurisdictionis.

Lunæ 20. Maii 1613.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus de jure habet jurisdictionem causarum criminalium in sua diœcesi.*
2 *Exemptus ex privilegio an & quatenus manuteneri debeat contra Episcopum n. 3. & 4.*
5 *Enunciativa quatenus probet exemptionem.*
6 *Bona fides non inducitur ex errore juris, quandò quis habet titulum invalidum.*
7 *Culpæ appellatione venit etiam delictum.*
8 *Commissio jactationis & jactationum non probat jurisdictionem in commissione assertam.*
9 *Jactationis & jactationum judicium intentans probare debet se possidere.*

DOminus Prior & Clerici Ecclesiæ D. Nicolai civitatis Barensis sub prætextu exemptionis in vim cujusdam privilegii Paschalis Papæ II. cum jurisdictionem Reverend. Archiepiscopi declinarent, ac propterea nonnullos actus jurisdictionales contra ipsorũ personas gestos declarari peterent attentatos, causa super dicta exemptione mihi in Rota commissa dubitavi, an constaret de dictis attentatis & cui mandatũ de manutenendo cõpeteret? & DD. causâ benè discussâ responderunt de prætensis attentatis nõ liquere, sed D. Archiep. in cognitione causarũ criminalium esse manutenendũ, cum illius quasi possessio tum ex plurib⁹ actibus, tum ex testibus pro eodem examinatis appareat, junctâ præsertim juris communis assistentiâ, per

quam ad solum Episcopum spectat criminalium causarum cognitio. *Gl. in c. irrefragabili §. excessus in verb per caput. de off. ordin. Abb. in c. cum contigat n. 4. de foro comp. & in c. Auditis n. 6. de præscript. Caputaq. dec. 203. part. 3.* ex qua sola juris assistentia deberetur Ordinario manutentio. *c. cum personæ & ibi DD. de privil. in 6. & fuit decisum in causa Burgen. jurisdictionis S. Joannis 7. Februarii 1596. coram Orano.*

2 Non obstat quod ex dispositione *c. cum personæ de priv. in 6.* videatur prior manutenendus, cum exemptionis privilegium exhibeat & probet quadragenariam quasi possessionem. Nam privilegium, ultra quod concedit levium tantum culparum coercitionem, & sic delicta, & commissa extra claustrum non comprehendit, fuit ulterius abrogatum per Conc. Trident. *in c. 20. §. ad hæc sess. 24. de reform.* & super reformatione Congregat. pluries statuit ordinarium in cognitione causarum criminalium esse manutenendum, donec inferior super immemorabili canonizatione per 3. conformes obtineat, non obstantibus privilegiis, consuetudinibus, & quâcunque litis pendentiâ: sublato autem d. privilegio, etiam quod Prioris possessio probaretur, non posset illi suffragari, tantò magis, cum actus jurisdictionales, ut plurimum fuerint ab eodem exercitati post motam litem de anno 1537. qui propterea dicuntur attentati *c. 1. ut lite pend. in 6. Rot. dec. 374. diversi. n. 4. l. 3. & dec. 456. n. 1. ead. part.*

3 Præterea dato etiam quod Prior & Clerici cum titulo dicti privilegii suam probarent quasi possessionem exemptionis, quia tamen testes pro iisdem examinationi deponunt de criminibus in diœcesi & extra Ecclesiæ claustra patratis, quoad hæc ipsi manutenendi non essent in exemptione, sed cognitio pertineret ad ordinarium, ad quem illorum spectat correctio. *Cap. 1. de privil. in 6. & ex Conc. Trident. c. 4. sess. 14. de reform.*

4 Nec relevat quod excipitur d. c. 1. non procedere in exemptione personali, de qua loquitur privilegium Paschalis: nam ut tradunt *Abb. in c. fin. n. 6. & 7. Felin. ibid. n. 5. & reliqui Canonistæ communiter, de foro compet.* dictus textus locum habet in quacunque exemptione, ut pluries etiam firmavit sacra Congreg. Concilii. Et licet *Covarruv. pract. q. c. 11 n. 5. vers. quid enim* asserat illius capituli dispositionem in simplici exempto procedere soli Papæ immediatè subjecto, secus ubi exemptus alteri subderetur, ut in casu, in quo Prior Clericos Ecclesiæ S. Nicolai sibi prætendit esse subjectos, hæc tamen distinctio non videtur admittenda, tanquam expressè contra illum textum, *in fine principii vers. & idipsum*, ubi licet privilegiatus coram certo solo judice valeat conveniri, punitur tamen etiam ab ordinario, in cujus jurisdictione delinquit, cum fortiatur ratione delicti novum forum, cui Papa noluit per privilegium derogare, ut tradit *Franc. in d. c. 1. in 2. notab. Dec. conf. 3. n. 3. & idem Francus* dicit prædictum textum esse intelligendum de privilegio exemptionis plenæ, quantumcunque lato.

5 Non obstant declarationes Archiepisc. Romualdi & Putei, ut ex illis potuerit Prior titulum putativum acquirere valid um ad præscribendum; nam in dictis declaratio-

rationibus, cum nulla concedatur Priori jurisdictio, sed solum enuncietur illam ad Archiepiscopos non spectare, non potest inferri perneceſſe Priorem habuisse talem jurisdictionem in criminalibus, quia residet illa penes Sedem Apostolicam & Ordinarium tanquam ejusdem Sedis delegatum, ut in terminis, & in hac eadem causa respondit Sacra Congregatio Concilii, & fuit dictum *in Tirasonen. jurisdictionis 5. Julii 1593. coram Cardin. Millino.*

Undè cum nulla fuerit quoad causas criminales in Priorem translata jurisdictio, 6
nullus pariter ex illis declarationibus potuit acquiri titulus aptus ad præscribendum, cum juris error, quandò videlicet quis validum credit, quod validum non est, bonam fidem non inducat, *ut post Imol. in c. Apostolicæ n. 8. de donat. tradit Fel. in c. de quarta, n. 35. vers. sed considera primò de præscript. & in c. si diligenti sub n. 12. vers. sed considera benè eod. tit. Bald. in l. celsus n. 8. de usucap. Alexand. cons. 74. n. 7. l. 3. Castren. cons. 70. n. 10. l. 1.* & per consequens etiam quod probaretur prætensa Prioris quasi possessio, quoniam ex dicto titulo invalido emanaret, illi tanquam malæ fidei possessori non suffragatur. *c. fin. ubi Abb. n. 4. & reliqui Canonistæ de præscript. Caputaq. dec. 36. part. 2.* ulterius ex quo de vero titulo constat, nimirum de privilegio Paschalis, & ejus vigore Priorilevium culparum correctio tantum indulgetur, recurri non potest ad titulum putativum. *Ægid. cons. 10. n. 20. in fine Paris. cons. 27. n. 119. l. 1. Aym. cons. 134. n. 44. vers. pro hoc. Rota dec. 731. n. 19. par. 1. divers.*

Nec obstat quod appellatione culparum veniant quoque delicta, ex notatis *in* 7
c. irrefragabili §. excessus ubi glos. de offic. ordin. in 6. & per consequens ex dicta facultate Priori attributa censeatur etiam cognitio causarum criminalium illi concessa. Nam ex lectura d. privilegii patet graviores causas fuisse Summo Pontifici reservatas, & sic Ordinario tanquam Sedis Apostolicæ delegato, ex Concil. Trident. *sess. 14. c. 4. de reform. & fuit dictum in allegata Tirasonen. jurisdictionis 5. Julii 1563. coram Card. Millino*

Ex his igitur cum Archiepiscopum constet habere juris & Concilii assistentiam, 8
nec non actualem quasi possessionem per testes probatam, eam continuando dici non potest ipsum attentasse *c. 1. ut lite pend. Lancell. de attent. lite pend. par. 2. c. 7. limit 1. n. 48.* Nec ad effectum attentatorum Archiepiscopo refragantur commissiones pro parte Prioris obtentæ; cum enim illæ sint causâ jactationis & iactationum, non impediunt, quo minus suam quis possessionem continuet, quia tale judicium instituens 9
probare debet se possidere. *Bald. in l. 3. n. 2. C. qui bonis cedere poss. Boerius dec. 255. n. 10. Gabriel. de act. concl. 6. n. 38.*

DE-

DECISIO LXXV.

Ordinarius in sua jurisdictione est manutenendus. Possessio stante lite super jurisdictione non est manutenibilis. Possessio ut justificata dicatur, quid requiritur, & ad quid teneatur qui possessionem in spiritualibus contra superiorem se acquisivisse prætendit.

R.P.D. Taia.

Toletana Jurisdictionis.

Veneris 10. *Junii* 1661.

Est in rom. decis. 111. par. 13.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus probatâ situatione intra limites suæ diœcesis, est manutenendus in sua jurisdictione.*

2 *Possessione decennali probatâ manutentio competit.*

3 *Lites super jurisdictione motæ & continuatæ possessionem decennalem excludunt.*

4 *Sententia judicis aliarum revocatoria transitum in judicatum facit.*

5 *Jurisdictio Episcopi ex Brevi Apostolico probatur.*

6 *Actus litigiosi possessionem manutenibilem non inducunt.*

7 *Bona fides ad effectum probandi possessionem est necessaria.*

8 *Contradictio positiva patientiam & acquiescentiam absolutè excludit.*

9 *Possessio manutenibilis sine acquiescentia habentis jus in incorporalibus non acquiritur.*

10 *Jus integrum universale ut litigiosum reddatur, quid requiritur.*

11 *Exercitium continuatum omnium actuum utriusque legis actualem quasi possessionem justificat.*

12 Pos-

12 *Possessio cui ius assistit, semper est manutenenda, non illa cui jus resistit.*

13 *Actus gesti ab eo cui jus resistit, non præjudicant habenti assistentiam juris.*

14 *Jurisdictio controversa non potest, quando actus positivi in qualibet specie verificantur.*

15 *Actus unicus particularis in una specie, ad omnes alios sub eadem specie comprehensos extenditur, & num. 16.*

17 *Possessionem in spiritualibus contra superiorem acquisivisse prætendens ad quid tenetur.*

18 *De jurisdictione Episcopi minuenda quando agitur, jus validum in contrarium est exhibendum.*

COncedendam esse manutentionem in quasi possessione exercendi omnimodam jurisdictionem ordinariam in locis, de quibus agitur, Eminentissimo D. Cardinali de Sandoval Archiepiscopo Toletano, Domini post secundam propositionem hodie resolverunt, quia probata situatione dd. locorum intra fines 1
suæ diœcesis, pro ipso resultat assistentia juris, ut firmatur in alterâ decisione super bono jure hodie editâ coram me quæ in jurisdictionalibus per se sola sufficit, ut eidem debeatur manutentio juxta Text. *in cap. cum personæ de privil. in 6. Rot. decis. 491. num. 2. par. 1. decis. 382. num. 1. decis. 453. num. 2. & decis. 501. num. 1. par. 2. recent. in Tirasonen. jurisdict. 18. Junii 1619. coram Saccato, & in Elnen. jurisdict. 19. Junii 1647. coram bon. mem. Dunozetto cum aliis allegatis per Addent. ad Gregor. decis. 312. numer. 4. & in hac causa die 9. Maii 1659. coram R. P. D. meo Bevilaqua §. justificata.*

Non obstat asserta quasi possessio decennalis per Serenissi. Magnum Priorem 2
prætensa in certa specie jurisdictionis, ut propterea super ea sibi competat manutentio ex deductis per *Post. de manut. obs. 45. num. 23.*

Quia excluditur ob lites super jurisdictione motas, & usque nunc continuatas, 3
quæ originem, & initium habuerunt anno 1503. tunc enim introducta fuit coram Conservatore Archiepiscopatus, qui sententiam protulit excommunicationis contra quendam ministrum Magni Prioris impedientem de ejus ordine, ne fiscalis Archiepiscopi exerceret jurisdictionem in oppidis Prioratus contra Laicos, nisi implorato brachio sæculari *Summar. impresso primæ positionis num. 25.* super quibus differentiis emanarunt concordiæ celebratæ anno 1510. & anno 1516. *d. Summario impresso num. 3. ut in decisionibus in prima §. minus tandem. in secunda §. nec subsistit.*

De anno 1523. in Consilio Regio, de cujus voto Carolus V. Imperator Augustus & Rex Castellæ anno 1526. prohibuit per suas Regias provisiones Magno Priori, ne sub prætextu privilegii Clementis VII. concessi Religioni Hierosolymitanæ inquietaret, nec molestaret in sua omnimoda jurisdictione Archiepiscopum Toletanum, donec adiretur Sanctissimus pro declaratione, *eodem Summario num. 5.*

De anno 1528. coram Conservatore Archiepiscopatus, qui per sententiam excommunicavit tam Visitatores, quam Episcopum Licen. qui in oppido de

Consuegro de licentiâ Magni Prioris quibusdam contulerat ordines *Summar. secundæ positionis num. 7.* & licet revocata fuerit eodem anno 1528. à Conservatore Prioratus sub prætextu privilegiorum Religioni Hierosolymitanæ ab eodem Conservatore concessorum, attamen commissâ causâ appellationis judici Ecclesiastico, ut
4 revocavit sententiam Conservatoris Prioratus, & confirmavit illam Conservatoris Archiepiscopatus. *Summar. responsionis Archiepiscopi secundæ positionis num. 1.* & hæc sententia facit transitum in judicatum; ut benè omnia ponderat *secunda decisio die 21. Maji 1660. §. prima vero.*

De anno 1540. coram Vicario Toletano, & coram eodem Conservatore Archiepiscopatus, qui excommunicarunt Ministros Prioris iterum tentantes se immittere in jurisdictionem Archiepiscopi, & de facto procedente contra quendam clericum Sæcularem, *d. Summar. secundæ positionis num. 7.* & in gradu appellationis Judex Archiepiscopatus per Paulum III. deputatus ad instantiam Prioris appellantis anno 1545. restrinxit jurisdictionem Prioris ad solos Fratres & Clericos ordinis qui degerent, commorarentur, vel inservirent in Ecclesiis Prioratus *Summar. Primæ secundæ positionis num. 2. & in d. decis. §. secunda autem.* à quâ sententiâ interpositâ appellatione causa fuit commissa in Rotâ d. anno 1545. ut ex commissione in *Summar. D. Archiepiscopi secundæ positionis num. 15.* & eâ durante 1553. pro parte Prioris actum fuit in consilio Regio petendo revocari provisiones anni 1526. & consultum die 24. Octobris 1554. confirmavit dd. provisiones, & decrevit, quod Prior non impediret, quo minus Archiepiscopus uti posset suâ jurisdictione in locis Prioratus existentibus in diœcesi Toletanâ, excepto quoad Fratres S. Joannis, quod decretum fuit confirmatum in gradu revisionis 26. Junii 1555. & intimatum Priori *d. Summ. secundæ positionis D. Archiepiscopi nu. 8. & 9.* ac deinde successit concordia anni 1557. tam super lite pendente in Rota, quam superistâ consilii Regii. *Summ. primæ positionis num. 4. & in 1. decis. §. nec adversatur, & in 2. decis. §. nec subsistit.*

5 Anno 1597. successit Breve Clementis VIII. de voto S. Congregationis Concilii declarans Episcopos Pontificalia exercentes in d. Prioratu absque licentia Archiepiscopi Toletani incidisse in pœnas & censuras inflictas à sacris Canonibus, & à sacro Concilio Tridentino, ordinatosque ab eis esse irregulares; prohibendo illectis & Magno Priori, ne de cætero amplius similia perpetrare præsumeret. *vid. Summar. num. 20.* quod executioni fuisse demandatum ostendunt subsecutæ devolutiones pensitæ & obtentæ. *Summ. secundæ positionis num. 12. & in 1. decis. §. tum etiam.*

De anno 1606. in Concilio, à quo non obstantibus probationibus factis à Magno Priore de annis 1608. 1609. & 1610. emanarunt decreta favore Archiepiscopi confirmatoria illius de anno 1526. & alterius de anno 1555.

Ac denique anno 1610. Magnus Prior illam introduxit in Rotâ per commissionem jactationis & jactationum *præsenti Summar. manuscripto* quæ adhuc durat.

Ex-

Ex serie itaque dd. litium & judicialium controversiarum plura resultant, quæ absolutè tollunt & destruunt quamcunque possessionem à D. Magno Priore prætensam, illique impediunt manutentionem.

Et primò quod nulli dantur actus ab eo peracti tempore pacifico, exceptis enim duabus visitationibus, alterâ anni 1491. & alterâ anni 1500. quibus ad satisfactionem respondetur *in 1. decis. § fin. & in 2. §. cæterum & in decis. coram me super bono jure. § allegatis autem.* ex quo scilicet sunt visitationes jure regulari gestæ, & de regularibus juxta statuta religionis, non autem de jure ordinario, nec juxta legem jurisdictionis ordinariæ; cæteri actus jurisdictionem ordinariam concernentes, qui non prius inceperunt, quam de anno 1527. & sic post concessum Religioni Hierosolymitanæ à Clemente VII. privilegium exemptionis, litigiosi sunt, & semper causam dederunt novæ liti; ideò ex eis Magnus Prior nullatenus potuit acquirere possessionem manutenibilem. *cap. licet causam de probat. Rot. coram Caval. dec. 633. num. 10. & decis. 649. num. 2. & 3. coram Gregorio decis. 417. num. 2. & in recent. decis. 30. num. 1. par. 2. dec. 53. num. 49. & decis. 124. num. 16. par. 5. decis. 286. num. 1. par. 6. decis. 123. nu. 3 par. 9. apud Post. de manutent. decis. 244. num. 10.* 6

Secundò quod exinde in ipso D. Magno Priore ejusque antecessoribus cessat bona fides, quæ omninò necessaria est ad hunc effectum, ut tradunt *Ripa. in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 93. de causa poss. & propriet. Aym. cons. 134. num. 15. Lambertin. de jurepatron. lib. 2. par. 1. quæst. 3. art. 10. num. 3. Menoch. de retinen. remed. 5. num. 20. & remed. 6. num. 132. Gratian. discept. 577. nu. 4. Rota in recent. decis. 37. nu. 13. par. 9.* 7

Et tertiò quod econverso in D. Archiepiscopo, ejusque prædecessoribus positiva semper adfuit contradictio, ex qua absolutè excluditur patientia & acquiescentia, sine quibus nunquam in incorporalibus acquiritur possessio manutenibilis *l. 2. C. de servit. & aqua. Abb. in cap. olim il. 3. num. 8. & 12. C. de restit. spoliat. Calderin. cons. 12. in fine de jurepat. Felin. in cap. de quarta. num. 41. de præscript. Aym. cons. 134. num. 14. Ferrett. cons. 59. num. 6. Gratian. discept. 577. num. 1. & discept. 870. num. 25. Rota decis. 167. numer. 2. & 5. decis. 184. numer. 2. & decis. 803. numer. 7. par. 1. diversi. decis 560. num. 1. par. 5. recent. coram Cardin. Mantica. decis. 40. in fine & apud Posth. de manutent. decis. 677. num. 14.* 8 9

Non obstat, quod omnes prædictæ lites successerint super actibus diversis & particularibus, quia ad effectum reddendi litigiosum jus universale integrum sufficit lis super particulari actu, dum eadem est causa defensionis tam in particulari, quam in universali. *Seraphin. decis 1440. num. 2 Buratt. decis. 436. num. 2. Rota in Hispalen. decimarum de Almonte 4. julii 1642. coram bon. mem. Bichio. §. non obstat.* ultra quod omnes sententiæ & decreta in eis emanata de totali jurisdictione loquuntur, ut ex verbis earumdem sententiarum relatis præcipuè *in 2. decisione §. prima enim cum seqq.* & latius in præfatis sententiis datis in *Summario 2. positionis D. Magni Prioris num. 2.* 10

11 Præterea D. Archiepiscopus non solum habet assistentiam juris pro se, ad etiam justificat actualem quasi-possessionem ob continuatum exercitium omnium actuum utriusque legis diœcesanæ & jurisdictionis, & utriusque speciei jurisdictionis voluntariæ & contentiosæ, *ut in d. Summario impresso num. 22. cum seqq. & in Summ. manuscripto secundæ positionis numer. 7. 10. & 11.* ubi distincte servata tempotum, & cum præcisâ qualitate regiſtrantur, & justificantur actus prædecessorum Archiepiscopos pro tempore actualiter gesti, ac benè firmatur tam *in utraque decis.* 12 *quam in alia coram me super bono jure §. quinto demum.* in concursu enim semper manutenenda est illa possessio, cui jus assistit, non autem alia cui jus resistit. *Cardin. Seraphin. decis. 1347. in princip. Comitul. decis. 26. numer. 3. Rota apud Poſth. de* 13 *manuten. decis. 3. num. 3. & decis. 157. num. 1. & 2.* actus enim gesti ab eo, cui jus assistit nunquam possunt tribuere jus, vel possessionem considerabilem ad privandum & præjudicium possessionis habentis assistentiam juris. *Bald. in cap. Quæ lis numer. 17. de elect. Rota in Aprutina jurisdict. 18. Martii 1637. coram bon. mem. Dunozetto & in Barbinonen. administrationis 11. Decembris 1640. coram bon. mem. Provano. in recent. decis. 304. numer. 4 par. 8.* atque admittit & firmat idem *Posth. de vat. 45. num. 38. & 39.*

14 Præsertim quia Eminentissimus Archiepiscopus in quâlibet specie possessionis justificat actus jurisdictionis ab eo seu ejus antecessoribus gestos in locis, & in populum utriusque sexus, atque in Ecclesias & beneficia læcularia, de quibus agitur 15 & tamen hoc non est necessarium, quia ob causam universalem uniuscujusque diœcesis particularis in unâ specie extenditur non solum ad omnes actus similes & comprehensos sub eadem specie, *Bartol. in l. 1. §. si quis hoc interdicto num. 1 ff. de um. ubique priv. Surd. cons. 323. num. 44. & 45. cum seqq. & cons. 390. num. 37. cum seqq. Rovagnon. cons. 9. num. 61. lib. 1. Gratian. discept. 425. numer. 46. Lotter. de re benefic. quæst. 10. num. 21. Cardin. Caval. decis. 238. num. 4. Duran. decis. 226. num. 3. Rota ut-* 16 *cent. decis. 39. num. 9. par. 3.* sed etiam ad alias species sub eodem genere contentas, *Aymon. cons. 55. num. 1. vers. sed respondendo. Rota decis. 150. num. 3. vers. quinquies causa. par. 3. & decis. 87. num. 4. par. 4. recent.*

Et hic etiam insurgit, quod cum D. Magnus Prior prætendat acquisisse possessionem contra D. Arch episcopum, & sic contra superiorem in spiritualibus, non potest utique aliqua contra eum possessione juvari, nisi validum & legitimum habeat titulum, quod in ipso cessare plenè firmatum est *in utraque decis. & in alia coram me*, ut aliis allegatis bene firmat. *Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 11. num. 58.* idque procedit, sive agatur de totâ, sive de aliquâ parte tantum jurisdictionis Episcopalis, cum in utroque casu ipsi obstet resistentia juris, & in utroque agatur de minuendâ jurisdictione Archiepiscopi, ut docent *Joan. Monach. in cap. cum persona numer. 3. de priviſ. in 6. Innoc. in cap. conquerente 16. numer. 3. de offic. ordin. ubique Joann. Andr.*

Andr. num. 16. Hostien. num. 7. Butr. num. 52. Anchar. numer. 6. & Cardinalis Zabarella sub num. 7.

Et ita unicâ, &c.

DECISIO LXXVI.

Assistentiam juris habens & possessionem actualem, manutenendus est in suâ possessione.

R.P.D. BEVILAQUA.

Toletana Jurisdictionis.

Decisio 390. Par 13. recent.

Veneris 27. Januarii 1662.

SUMMARIUM.

1 Ordinario concedenda est manutentio exercendi suam jurisdictionem in omnibus locis suæ diœcesis.

2 Manutentio non est danda, quando non constat de possessione.

3 Episcopus habet de jure intentionem fundatam in jurisdictione omnium locorum suæ diœcesis.

4 Manutentio in actibus incorporalibus datur ex assistentia sola absque alia possessione.

5 Exemptus quando quis est à jurisdictione ordinarii, tunc ei non datur manutentio ad exercendos actus suæ jurisdictionis.

6 Assistentiam juris pro se habens cum actuali possessione, manutenendus est in ea.

7 Constitutio san. mem. Pii IV. 136. incip. Circumscripta declaratur.

8 Religio sacra Hierosolymitana amplè exempta est à jurisdictione ordinariorum.

9 Unde ejus Priores jurisdictionem in subditos exercere valent. & numer. 10. 11.

12 Quasi possessio exercendi jurisdictionem in aliquos, justificatur ex actis positivis.

13 Episcopo concedenda venit manutentio in exercitio jurisdictionis ex assistentia juris amplia. num. 14. & 15.

16 *In actis de jure præscriptibilibus ex quo acquiratur possessio manutenibilis.*

17 *Præscriptio non currit lite pendente.*

18 *Præscriptio qualibet per litis pendentiam impeditur. & num. 19.*

AD formam commissionis causæ per Signaturam justitiæ relaxatæ, cum facultate manutenendi quem de jure, proposito dubio sub die 10. Junii anni præteriti à R.P.D.meo Taja judice appellationis informantibus tantum agentibus Eminentissimi D. Archiepiscopi fuit resolutum, illi dandam esse manutentionem in quasi possessione exercendi omnimodam jurisdictionem spiritualem in op-

1 pidis Prioratus S. Joannis Hierosolymitani in Regnis Castellæ & Legionis tanquam sitis intra fines suæ diœcesis *ad Text. in cap. cum personæ de privil. in 6. cum alias principio decisionis:* causa per me hodie super eisdem reproposita Domini reformando dixerunt, manutentionem exercendi hujusmodi jurisdictionem in Ecclesiis, Monasteria, Hospitalia, aliaque loca regularia Prioratus, nec non in Equites, familiares, Clericos inservientes & alios intra septa Monasteriorum non esse conce-

2 dendam, cum non constet de possessione Archiepiscopi, sine qua non datur manutenti. *Vulg. §. retinendæ Instit. de interdict. Bartol in l. ait prætor. §. quod aut ff. uti possid. Rota decis. 178. in fine coram Eminentissimo Ottobono.*

3 Non obstat quod Episcopo habenti de jure intentionem fundatam in jurisdictione regularium & Monasteriorum intra suam diœcesim existentium *cap. penult. de relig. domib. in 6. gloss. in cap. conquerente verb. jurisdictionem de off. ordin. can. Abbates ubi gloss. in verb. Episcoporum 18. quæst. 2. Decius in cap. fin. num. 6. in 4. notab. de confirm. utili vel inut. Rota decis. 627. num. 1. apud Modern. Perusin. de manutent. &*

4 ex juris assistentia in actis incorporalibus absque possessione comperat manutentio. *Caputaq. decis. 306. par. 1. & decis. 201. par. 2. Seraphin. decis. 948.* quia ab hac conclusione tametsi à Rota perpetuo admissa, ut dixit *coram Cardin. Seraphino decis.* 1449. *num. 1. Duran. decis. 226. num. 2.* recedit ur, quoties cumque ab inferiore allegatur titulus exemptionis exhibendo privilegium, & docet etiam de sua possessione, tunc enim assistentia juris communis non tribuit facultatem ordinario, ut debeat manuteneri, sed manutenendus est Prælatus inferior titulum & possessionem ostendens ex determinatione dicti *cap. cum personæ de privil. in 6. ubi Anchon. num. 2. Gemin. in §. fin. num. 3. & 4. Franc. num. 2. Abb. in cap. 1. num. 8. ut lite pend. Rota in Brixinen. jurisdictionis. coram bon. mem. Pirovano, apud Modern. Perusinum de manutent. decis. 627. num. 2. & decis. 628. num. 4. Duran. dec. 226. num. 5. Marescott. variar. resol. lib. 1. cap. 11. num. 9.*

In hac facti specie de titulo Serenissimi Magni Prioris ad hunc effectum sufficienti satis superque constat ex privilegiis sacræ Religioni Hierosolymitanæ concessis per summos Pontifices, & præcipuè Pium Quartum *in constit. 136. quæ incipit,*

circum-

circumscripta, per alios deinde confirmatis, in quibus Magister, Bajulivi, Emposta, Priores, Præceptores, Milites eorumque Subditi, Vassali, Servitores tunc & pro tempore existentes, Presbyteri curam animarum quamdiu exercentes, & in illorum obsequiis forent; nec non hospitalia, prioratus, domus, & quæcumque loca & bona quæ obtinent, ab omni correctione, onere, dominio, superioritate, & potestate quorumcunque Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Prælatorum, & temporalium Dominorum amplissimè eximuntur, & subjiciuntur Magno Magistro & Conventui ordinis, & aliis superioribus uti ordinariis constitutis, & sub B. Petri & Sedis Apostolicæ protectione recipiuntur, *ut in §. 36. & 65. ejusdem constitutionis declaratæ in prima mea decisione §. & hinc patet.* Dum igitur per hujusmodi tam clara & indubitata privilegia Jurisdictio quæ Archiepiscopo competebat in dd. personis, Ecclesiis, & bonis fuerit totaliter abdicata, & in Magnum Priorem & alios superiores translata, sequitur ut idem Magnus Prior in prædictis personis, Subditis, Monasteriis, Ecclesiis & bonis debeat illam exercere. *Gloss. in Clement. 1. in verb. propriu de reb. Eccl. non alienand. Abb. in cap. cum ad Monasterium num. 6. de stat. Monach. Calderin. cons. 1. post med. vers. item obvia de statu regul. Mohedan. decis. 10. de causæ poss. & propriet. Seraphin. decis. 1386. numer. 5. Put. decis. 114. lib. 3. Rota decis. 198. num. 1. apud Posth. de manuten. & decis. 600. num. 10. par. 4. tom. 3. recent.* & suffraganeus pro titulo adversus jurisdictionem Archiepiscopi prætendentis in ea manutentionem *cap. ex parte. de privileg. Decius cons. 152. num. 2. Ricc. decis. Neapolit. 213. num. 12. & in istis terminis Rota decis. 627. numer. 4. & 628. num. 5. apud Pos. lib. de manutent.*

Possessio quoque abunde remanet justificata ex actibus positivis per Vicarios ab eo deputatos gestis, continentibus visitationes Ecclesiarum Regularium, in quorum proinde exercitio debet manuteneri, non autem Archiepiscopus ob carentiam possessionis, & obstaculum indultorum. *d. cap. cum persona de privil. in 6. Maresc. var. resol. d. cap. 11. num. 9. cum concord. nubus adductis in tract. de manutent. observ. 45. num. 18. 26. 35. & seqq. Gratian. discept. 371. num. 1. & 2. & per Modern. Carpen. cons. 220. num. 115. & seqq.*

Respectu verò populi Laici utriusque sexus, Clericorum, Ecclesiarum, aliorumque locorum sæcularium, Domini inhærendo fundamentis decisionis sub d. die emanatæ, iterum censuerunt in exercitio ordinariæ jurisdictionis dandam esse manutentionem Eminentissimo D. Archiepiscopo habenti assistentiam juris fundatam in situatione Prioratus in sua diœcesi, ob quam ei competit manutentio *d. cap. cum persona de privil. in 6. cap. Venerabilibus & cap. de Xenodochiis de relig. domib. Ricc. d. decis. 213. numer. 1. & seqq. Rota decis. 600. numer. 2. & 3. par. 4. recent. tom. 2.*

Eoque facilius, cum ultra juris assistentiam concurrant plures actus positivi super

super administratione Sacramentorum; collatione ordinum, cognitione causarum,
14 & similium singulariter recensitorum *in 1. decisione coram me emanatâ die 9. Maii 1659. §. huncque esse; & in hac quarevidetur §. praterea.* ex quibus probatur etiam
15 actualis possessio, licet ad manutentionem Episcopi non necessaria. *Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 11. num. 3. Ricc. d. decis. 213. num. 2. Mantica decis. 322. num. 1. & 2. & d. decis. 600. num. 4. par. 4. tom. 3. recent.*

Non officit quod etiam Prior in diversis locis Prioratus similes actus longo
16 tempore gessisse ostendat, ideoque in illis de jure præscriptibilibus censeretur acquisita quasi possessio sufficiens pro manutentione ex cumulatis *in observat. 44. Possid. de manuten. num. 23. & 24. Rota post eundem decis. 368. num. 3. & decis. 508. num. 2. & p. par. 4. tom. 2. recent.* Quoniam præter quod versamur in terminis controversiæ totius jurisdictionis per Magnos Priores in vim privilegii Apostolici in totu Prioratu prætensæ privativè quoad Archiepiscopos, non autem circa aliquos actus particulares modo allegatos, qui absorberentur ab aliis contrariis per Archiepiscopum retinentem jus universale jurisdictionis ordinariæ gestis, ut respondetur in alia decisione in hâc eadem causâ super negotio principali & confirmatione sententiæ Rotalis sub hodierna die extensa; cessat quævis actuum præscriptio ex responsionibus in
17 decisione datis, & signanter ex lite inter antecessores collitigantium deluper orta
18 usque ab initio, quo M. Prior actus jurisdictionales exercere voluit, & inde tempore continuata, ex qua quidem lite fuit quævis præscriptio interrupta. *c. licet causam de*
19 *probat. Caval. decis. 623. num. 10.* quæ ulterius constituit Priores in mala fide, ob quam non potuit incipere, minusque currere aliqua præscriptio. *Rip. in cap. cum Ecclesia. n. 93. de causa poss. & propriet. Gratian. discept. 918. num. 41. & 42. cum aliis in d. decis. cumulatis §. & primo.*

Et ita pro reformatione & confirmatione respectivè decisionis ut supra relatum fuit utraque parte informante, &c.

Ad Quæst. 31. *Additio.*

CONfessio exempti coram ordinario an ei præjudicet? Adde quod hæc quæstio ex parte formalitatis, scilicet incompetentiæ judicis, in practica exigui foret effectus; quamvis enim acta coram incompetente judice, non faciant fidem coram competente, usus tamen habet, ut repetantur in judicio, & sic probent, & quoad confessionem jam invaluit opinio, quod etiam emissa extra judicium probat contra confitentem de æquitate canonica. *Felin. in cap. olim num. 3. & segq. de*

rescript.

rescript. quem sequitur Rota coram Bichio decis. 49. num. 5. unde utius est ejusmodi confessionibus exemptorum vim & fidem tollere ex eo, quod in materiâ prædiciali Prælatus, Rector aut Capitulum Ecclesiæ suæ vel Monasterio nocere non potest confitendo, uti pluribus decisionibus firmavimus *supra post quæst. 3. part. 1.* & plenius habetur *in cap. 2. ubi glossa in verb. conventum de testib. in 6. & per Federic. de Senis cons. 143. num. 2. Angel. cons. 245. num. 8. Rota decis. 334. num. 2. & decis. 480. numer. 4. par. 1. recent.* cujus conclusionis declarationes habentur apud *Addent. ad Gregor. decis. 375. num. 11.* & in puncto plenariæ exemptionis fuit quandoque decisum, non potuisse Abbatem stante lite super situatione sui Monasterii, confitendo agnoscere illud ipsum esse in diœcesi Episcopi situatum, ut apparet ex sequenti decisione.

DECISIO LXXVII.

De vi & effectu enunciativarum & confessionis emanatæ ab Abbate in præjudicium sui Monasterii.

ILLUSTRISS. SERAPHINO.

Lucen. seu nullius Jurisdictionis.

Est inter impressas Seraphini decisio 1278.

Lunæ 4. Majii 1598.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus habet intentionem fundatam in loco existente intra terminos suæ diœcesis respectu jurisdictionis, pro qua venit manutenendus; declara tamen, ut num. 5.*

2 *Enunciativæ non probant, quando principaliter agitur de veritate enunciati.*

3 *Abbas non potest præjudicare Monasterio.*

4 *Abbas habens jurisdictionem quasi Episcopalem, perinde habetur, ac si esset extra diœcesim Episcopi in omnibus, & per omnia.*

FUit dubitatum, an Domino Episcopo Lucensi sit dandum mandatum de manutenendo adversus Abbatem & Monasterium de Samos in casibus, quibus de jure ex dispositione sacri Concilii Tridentini competunt Episcopis in exemptos, qui habent suas Ecclesias, & loca in territorio, & intra fines diœcesis Episcopi, veluti in convocatione Synodi, & visitatione Ecclesiarum parochialium, earumque Rectorum sæcularium, nec non eorum correctione in concernentibus curam animarum, nec non in institutione, & destitutione eorundem, & concessione literarum
1 dimissorialium, ordinumque minorum collatione. Et in his omnibus praetendit Episcopus se esse manutenendum, ex quo Abbatia & Monasterium de Samos obtinet in suo territorio, & diœcesi, & ex pluribus Confessionibus probari affirmat; Ideoque se habere juris communis assistentiam, *c. Venerabilis & c. Xenodochium de rebig. domib. & in Concil. Trid. cap 2. sess. 24.* contrarium tamen fuit pro majori parte conclusum, & præcipua ratio fuit; quia adhuc pendet indecisa lis super eo, an territorium, de quo agitur, sit intra fines diœcesis Lucensis: ideoque fundamentum, quod fit pro parte Episcopi, esse adhuc incertum, & dubium, neque probari terminum esse in diœcesi Episcopi per enunciativas allegatas, tum quia emanarunt plerique earum à procuratoribus, & fuerunt per principales revocatæ; tum etiam, quia enun-
2 ciativæ non probant, quando principaliter agitur de veritate enunciati, *Parisius. 94. num. 19. lib. 1. Put. decis. 381. num. 3. lib. 1.* Neque obstare, quod adsit etiam quidam enunciatio, quæ emanavit ab Abbate, quia ipse non potuit præjudicare Monas-
3 terio, *Vitalin. in Clem. 1. num. 5. num. 57. de offic. Vicar. & extat decisio coram illustriss. Blanchetto, in una Salamantina Vicaria*; Neque obstare, quod Abbas sit Archidiaconus in Ecclesia Lucensi, quia coram S. D. N. tunc Rotæ Auditore, coram illustrissimo Cardinale Mantica fuit rejecta hæc prætensio, cum ista dignitas fuerit munus quidam honorarius acquisitus longè post existentiam Monasterii, & Abbatialis dignitatis de Samos; quod etiam confirmari videtur ex concordia inita cum Episcopo Overense, in qua Episcopus facit Abbati de Samos scripturam libertatis, & concedit licentiam adeundi quemcunque Episcopum voluerit pro Pontificalibus, quæ scriptura est antiquissima de tempore Aldephonsi Regis Hispaniarum, quem Imperatorem nominant anno 1150. neque etiam obstare, quod Abbas in Rota obtinuerit sententias super exemptione, quæ videntur præsupponere, quod ipse esset in diœcesi, quia tunc facilè potuerunt errare Procuratores existimantes Abbat. in diœcesi, ex eo quod Abbas erat intitulatus Archidiaconus in Ecclesia Lucensi, & tunc solum de exemptione agebatur, non autem an esset, vel non esset in diœcesi, quemadmodum hodie de hac re pendet controversia, & etiam verba sententiæ possunt recipere interpretationem, ut denotent libertatem à superioritate Episcopi, cum fuerit datum mandatum de manutenendo Abbate de exercendo jurisdictionem, & de
4 vitando privativè ad Episcopum, facit etiam quod Abbas habet quasi Episcopalem

jurisdi-

jurisdictionem, quæ facit, ut ejus territorium perinde habeatur, ac si esset extra diœcesim Episcopi in omnibus, & per omnia, si est vera opinio *Franc. in c. 2. § statuto, num. 10. de constit. in 6.* ultra quod etiam ad sunt privilegia Eugenii 3. concessa Congregationi Cassinensi, quæ postea fuerunt communicata Congregationi Vallisoleti. ut fuit resolutum *in una Burgensi sancti Joannis, coram R.P.D. meo Oravo 20. Decembris* 1596. quibus sic stantibus, cum decisio hujus articuli pendeat à negotio principali, nempè, an Abbatia sit in diœcesi, vel extra diœcesim; placuit Dominis, ut prius de veritate hujus articuli videatur, juxta decisionem *Anconitanam bon. mem. D. Oradini Modern. de attent. part. 3. c. 24. 9. 19. num. 4. & fuit dictum coram R.P.D. Corduba, in causa Syracusana Abbatissatus 1. Decemb. 1597.* Nec obstat assistentia juris communisquia operatur, quando nihil adest in contrarium: verum hic multa turbant intentionem Episcopi, & bene facit decisio *in Urbinatensi jurisdictionis, coram R.P.D. meo Gipsio*, & ita concluſum.

Ad Quæst. 32. *Additio.*

EXemptus litigans coram ordinario an jurare possit secundam suam intentionem, & non illius cui juratur? hoc loco spatiosus esset dicendi Campus de mentalibus restrictionibus & amphibologicis locutionibus, quas Moderni Theologiæ moralis scriptores tanto studio tueri & defendere laborarunt; alii quidem ex justâ causâ, easdem licitas esse asserentes ut *Navarr. in cap. humanæ aures. 22. quæst. 5. in 2. qu. num. 12. & in manuali cap. 12. numer. 14. Gregorius de Valent. Tom. 3. disput. 5. quæst. 13. puncto 2. Azor. instit. moral. Tomo 1. lib. 11. cap. 4. quæst. 5. & alii apud Sanchez lib. 3. in decal. cap. 6. num. 15.* alii etiam sine causâ, etsi non omninò licitas, tamen neque culpam venialem excedere dicentes. *Bonacin. tract. de legib. disp. 4. quæst. 1. punct. 12. num. 3. Filliuc. in quæst. moral. Tom. 2. tract. 25. cap. 11. numer. 331. Diana resol. moral. par. 2. Tract. 1. Miscellan. resol. 25.* Contraria sententia mentales restrictiones omnino rejiciens est *D. Augustini lib. de mendacio cap. 3. Hieron. in epist. ad Ephes. cap. 4. Isidori in 2. lib. sentent. cap. 31. relat. in cap. quacunque aut. 22. quæst. 5. Magistri in 3 sentent. dist. 38. in 4. dub. S. Thom. 2. 2. qu. 110. art. 3. in corp & post alios Cajetani in 2. 2. quæst. 89. ar 7. ad 4. vers. adhoc dicitur, & vide plenissime Fagnan. in c. Falsidic. àn. 79. de crim falsi,* & hæc posterior velut sana doctrina ab Ecclesia approbata, Prior rejecta & explosa fuit, ut patet ex propositione 26. nuper à S.D.N. Innocentio XI. damnata, quæ sic habet: *si quis solus, vel coram aliis, sive interrogatus sive propria spõte, sive recreationis causâ, sive*

sive quocunque alio fine juret se non fecisse aliquid, quod revera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam diem ab ea in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum, revera non mentitur nec est perjurus.

Per hoc tamen non omninò rejectæ videntur illæ amphibologicæ locutiones quarum verba non ex solâ cogitatione, aut rectrictione jurantis, sed ex ipsâ sui natura, vel communi usu æqualiter utrumque sensum recipiunt, de quibus intelligunt *Text. in cap. humanas aures. 22. quæst. 5.* & de his loquitur *Turrecrem. in §. quæritur pro cap. Hoc videtur eadem quæst. & Cajetan. supradict. quæst. 89. art. 7. Soto de justit. lib. 5. quæst. 6. art. 2. conclus. 7. & de secreto memb. 3. quæst. 3. conclus. 3. in fine*, prout nec putat prohibitum videtur illi, qui injustè, & contra juris ordinem à Judice interrogatur, licitis mediis veritatem celare, dummodo mendacium non dicat, ut inquit *S. Thom. 2. 2. quæst. 69. art. 1. in corp.*

Ad Quæst. 37. *Additio.*

DE duplici modo interveniendi ad causam per alium inchoatam vide *Molin. de Justit. & Jur. tract. 2. disp. 124. Mantic. de Commiss. Formula 9. in princip. vers. duobus autem modis Covarr. pract. quæst. cap. 13. Afflict. decis. 235. num. 6. & seqq. Ridolfin. in praxi lib. 2. cap. 4. num. 96. & seqq.* ubi quod intervenies ad causam principaliter pro suo interesse ad excludendam alterius, vel utriusque litigantis potest facere committi causam principaliter ut in prima, quod facere non potest is, qui tantum intervenit ad defendendum unum ex litigatoribus, hic enim debet venire in statu & terminis; nec potest declinare forum. *Bald. consil. 417. lib. 4. Anchar. consil. 183. num. 1. & seqq.* nec statum & naturam judicii mutare. *Rota coram Gregorio decis. 576. num. 7. & vid. plenius dent. ad eundem Gregor. decis. 259. & decis. 303. & Rot. coram Coccino decis. 144. num. 3. & in recent. decis. 17. num. 3. part. 3.*

DECI-

DECISIO LXXVIII.

Tertius veniens ad causam quando dicatur venire tanquam in primâ, vel in statu & terminis, & quid juris, quando venit ad causam restitutionis in integrum post rem judicatam.

R.P.D. PAMPHILIO.

Toletana decimarum de Capilla. Decisio 17. par. 3. recens.

Veneris 19. Februarii 1593.

SUMMARIUM.

1 *Clausula parito judicato, importat quod prius fiat integralis solutio.*
2 *Tertius veniens ad causam quando impediat executionem rei judicatæ.*
3 *Sententia lata contra possessorem majoratus, ut præjudicet successori, quid requiratur.*
5 *Tertius veniens ad causam post latas tres sententias, censetur admissus in statu & terminis. declara ut eod. num. 5.*
6 *Tertius veniens ad causam non revocat executionem factam, nisi prius obtineat.*

POst latas tres sententias contra Ducem seniorem Besar super jure decimandi ad favorem Archiepiscopi Toletani, fuerat commissa causa restitutionis in integrum cum clausula sine præjudicio legitimæ exequutionis, & modernus Dux prætendens decimas istas ad se, uti primogenitum de domo, spectare ratione majoratus; tanquam tertius, & pro suo interesse, mediante persona Procuratoris ad hoc specialiter constituti, opposuit se, & venit ad causam appellando à sententiis latis, quatenus sibi aliquod præjudicium inferre possent, & nonnullos alios actus fecit, quousque prædicta commissio restitutionis in integrum fuit ad instantiam Archiepiscopi confirmata, ut staret cum clausula *parito judicato*; à quo tempore citrà Procura-

integrum fuit ad inſtantiam Archiepiſcopi confirmata, ut ſtaret cum clauſula *parito judicato*, à quo tempore citrà Procurator Moderni Ducis nihil amplius egit in cauſa, ſed obtinuit novam commiſſionem, prout in prima, ſuper juſtitia, & validitate ſententiarũ cum clauſula, *quam & quas, & ſine præjudicio trium conformium*, & quia pro parte Archiepiſcopi habitus fuerat recurſus ad ſignaturam gratiæ, ut apponeretur huic ultimæ commiſſioni clauſula *parito judicato*, & pro parte Ducis prætendebatur eſſe etiam delendam hujuſmodi clauſulam, *ſine præjudicio trium conformium*, cum ſententiæ ipſum non afficiant, & tanquam tertius poſſit impedire illarum exequutionem, S.D.N. mandavit, quod in Rota diſcuteretur, quomodo eſſet in hac cauſa procedendum, & ideò dubitavi, an Modernus Dux poſſit impedire exequutionem trium conformium, vel potius debeat procedi cum clauſula *parito judicato*.

1 Et Domini cum præſuppoſito, quod Dux modernus veniat ex propria perſona tamquam primogenitus de domo & ſucceſſor in majoratu, vigore inveſtiturarum antiquarum, non autem tamquam hæres Ducis ſenioris; dixerunt ipſum poſſe impedire executionem, & per conſequens non eſſe apponendam clauſulam *parito judicato*, quæ importat quod prius & ante omnia fiat integralis executio. ut not. *in cap. fin. de reſt ſpol. Staffil. de litt. juſtit. §. dicendum. num. 42.*

2 Communis eſt enim Doctorum concluſio, quod tertius veniens pro ſuo intereſſe impedit executionem rei judicatæ, & eſt audiendus ſuper juribus ſuis. *Innocent. in cap. Veniens 2. ſub num. 3. quem ibi omnes ſequuntur, de teſtibus Rota deciſ. 2. de re judic. in antiq.* etiamſi tractetur de executione trium ſententiarum conformium. *Cardin. in elem. ut calumnijs. qu. 4. & ibi Vitalin. num. 89. & ſeq. de re judic. Rot. deciſ. 13. eod. tit. in antiq. & deciſ. 14. de prob. in nov. Alexand. conſ. 83. num. 12. lib. 3. Gabriell. concl. 1. de re judic. num. 19. & fuit reſolutum in cauſa Burgen. unionis 26. Novemb. 1588. coram D. meo Orano.*

3 Et iſte tertius impedit executionem nedum veniendo ad cauſam in ſtatu & terminis in quibus cauſa repetitur, ſed etiam generaliter committendo cauſam prout in primâ, ubi venit particulariter pro ſuo intereſſe, non autem ad alterius defenſionem. *Joann. Andr. in cap. 24. num. 2. & ibi Geminian. num. 9. ut lite pend. in 6. Covarruv. pract. quæſt. cap. 13. in princip. & tenuit Rota in Corduben. ſtatutorum 24. Februarii 1590. coram D. Seraphino.*

4 Maximè quod ſententiæ non loquuntur de Moderno Duce, nec ipſum afficiunt, cum non fuerit citatus ſaltem per proclama, prout requiritur, ad effectum, ut ſententia lata contra poſſeſſorem majoricatus præjudicet ſucceſſoribus juxta opinionem, quam ſequitur Rota, *ut per deciſ. 3. de re jud. Put. deciſ. 91. lib. 3. & in iſtis terminis reſolutum fuit in cauſa Hiſpalenſi decimarum de Villalua die 15. Junii 1582. coram bon. mem. Laureano.* Et in omnem eventum, Moderno Duci, tanquam ſucceſſori licita fuit appellatio, ut per *Alex. in l. famil. §. divi. num. 9. in fin. de leg. 1. cum aliis allegatis per*

7

Pinell.

Pinell. in l. 1. in 3. par. sub num. 50. in 3. limitatione C. de bon. mat. Præsertim cum possit considerari aliqua negligentia Ducis senioris, qui succubuit ex eo, quod examinavit testes, rusticos, & vasallos, omittendo examinare alios testes integros, quos Modernus Dux examinare intendit; Quo casu sententias non afficere successores in majoratu indistinctè trad. *Doctores alleg. per Pinell. sub d. num. 50. in 4. limit. & Molin. de primog. Hispan. lib. 4. cap. 8. num. 7. & sentit Rota in d. Hispalen. decimar. de Villalua.*

Nec obstare, quod Modernus Dux veniens ad causam restitutionis in integrum post latas tres sententias, videatur fecisse sententias suas. *Put. decis. 71. lib. 3.* cum censeatur admissus in statu, & terminis, in quibus causa reperitur, & aliter admitti non potuerit. *c. ap. 2. § fin. ut lit. pend. in 6. Felin. in cap. cum super num. 5. de rejud. Covar. pract. quæst. cap. 13. in princ.* quia illud procedit, quando tertius venit ad causam adhærendo condemnato, & ad illius defensionem, secus verò, quando venit pro suo interesse deducendo particulariter jus suum, quod non habeat connexionem cum jure litigantis, ut post *Jo. Andr. Gemin. & alios in d. cap. 2. resoluerunt Domini in prædicta causa Cordubens. statutorum*, maximè quod excompartione Procuratoris constat, ipsum non fuisse admissum in statu & terminis, in quibus causa reperiebatur, sed venisse pro suo interesse, tanquàm tertium, & appellasse à sententiis, quatenus ex iis sibi fieret aliquod præjudicium, qui est modus proprius, quando tertius venit, prout in primâ, cum certi juris sit, tertium posse appellare etiam post tres sententias *Abbas post alios in d. c. cum super, num. 26. Dec. in c. sua nobis, num. 10. de appellat. Covar. pract. quæst. cap. 15. num. 8.* & tanto magis, quod in commissione restitutionis in integrum adest clausula, *quam, & quas, &c.* cujus vigore potest procedi, prout in primâ. 5

Nec etiam obstare, quod pro parte Archiepiscopi prætendatur, Ducem Modernum non possidere, vel saltem dici intrusum stante possessione, vigore sententiarum captâ per Archiepiscopum vivente Duce seniore, quia hæc possessio Archiepiscopi controvertitur. Et ideò Domini dixerunt, quod aut est facta exequutio aut tradita possessio Archiepiscopo, & non est opus clausulâ *parato*: sed Modernus Dux audietur manente exequutione, cum nullibi reperiatur, quod tertius possit revocare exequutionem factam, nisi prius in causa obtineat: etsi interim Archiepiscopus prætendat se turbari in sua possessione, agat interdicto retinendæ, & petat mandatum de manutenendo, aut non est facta exequutio, & intrant suprædicta, quod Modernus Dux impediat exequutionem. 6

* * *
* *
*

DECI-

DECISIO LXXIX.

Sententia lata sine citatione, quando sustineatur ex partis præsentia. Tertius veniens ad causam an possit mutare statum judicii.

R.P.D. Ludovisio, postea S.D.N. Gregorio XV.

Conchen. decimarum de Capello,

Inter impressas Ludovisii decisio 176.

Lunæ 21 Maji 1612.

SUMMARIUM.

1 *Citatio ad sententiam non est necessaria, quando fuit lata partibus præsentibus, & num. 25.*

Et suff. cit præsentia Procuratoris dummodo constet illum fuisse præsentem ad illum actum & ad illum effectum num. 15.

2 *Citandus non est præsens, cum finis citationis sit comparitio.*

3 *Præsentia Procuratoris, seu partis probatur ex attestatione Notarii, quod ipse statim intimavit illis sententiam.*

Et generaliter ex quibus præsentia Procuratoris, seu partis probetur. numero 16.

4 *Item probatur præsentia partis ex eo, quod in continenti appellavit.*

5 *Conclusio in causa supplet defectum citationis.*

6 *Persona appellatione non venit Capitulum, & num. 17.*

Non procedit statutibus verbis universalibus, & prægnantibus, numero 8.

Item nec quando Materia est proportionata ad Capitulum num. 9.

Venit ex identitate rationis, & propterea Capitulum comprehenditur sub statuto de duabus conformibus. numero 18.

7 *Tertius veniens ad causam prosui interesse, non potest mutare naturam, & statum judicii.*

10 *Persona loquentis non venit in generali sermone, & num. 19.*

11 Non

11 *Non procedit, ubi subiecta materia id disuadet.*
12 *Item nec quando est eadem ratio in persona loquentis, quæ in alio.*
13 *Ratificatio prius gestorum inducitur ex mandato superveniente judicio pendente, & num. 20. ubi declaratur quando & qualiter procedat dicta conclusio.*
14 *Quod procedit, dummodo adsit scientia in principali prius gestorum.*

PRætendebatur pro parte Decani, & Capituli Conchen. sententiam latam à Provisore esse nullam, & attentatam, Domini reservatâ cognitione attentatorum ad aliam positionem fuerunt pro validitate sententiæ, contra quam opponebatur defectus citationis, & mandati; Sed quoad citationem fuit dictum, sententiam fuisse latam partibus præsentibus, & propterea eam non fuisse necessariam. *Ang. in L. de unoquoque circa med. imò circa fin. Alex. Col. 1. ff. de rejud. fuit dictum in una Salamantina dimidiæ portionis. 19. Martii 1586. coram Bubalo*, cùm enim finis citationis sit comparatio, præsens non est citandus, ut post. *Ioan. Andr.* tradit *Bald. in L. consentaneum sub num. 36. C. quem & quand. Iud.* Quod autem Procurator Capituli fuerit præsens in prolatione sententiæ, patet ex attestatione Notarii, quod ipse statim intimavit illi sententiam, ut fuit resolutum in *una Conchen. Limium. 17. Iunii 1595. coram bon. mem. Card. Blanchetto*, & ex eo, quod in continenti appellavit, ut *in d. Salamantina dimidiæ portionis*, & apertius probant illa verba (*mandavit Provisor intimari partibus existentibus ibidem præsentibus*) quæ verba non possunt referri ad testes juxta intelligentiam partis adversæ, sed sunt referenda ad Procuratores partium, ut constat ex lectura. Quando etiam fuisset necessaria citatio ad sententiam, illam suppleret conclusio causæ, quæ æquipollet tali citationi juxta notorium stylum illarum partium, ut fuit sæpissimè resolutum, & signanter *in una Toletana annatarum 17. Novembris 1589. coram Bubalo in Ulixbonen. Prioratus 22. Octobris 1601. coram bon. mem.* Quod autem in causa fuisset conclusum, benè ostendunt informantes pro Episcopo. Quoad defectum mandati Ferdinandi Mareræ comparentis pro Episcopo, qui multipliciter deducitur, licet sufficeret dicere, quod pro Episcopo semper etiam comparuerit Procurator Fiscalis, & cum eo fuerunt omnia acta facta, & sententia lata, ita ut ex ejus persona omnia sint valida, attamen fuit singulis objectionibus sufficienter responsum. Quatenus enim dicebatur mandatum non comprehendere Capitulum, quod appellatione personæ non venit. *Achil. decis. 15. de procur.* fuit responsum Capitulum non fuisse tractum ad judicium, sed ultrò, ac spontè venisse; causa enim fuit introducta contra personas particulares, à quibus exigebantur decimæ, & licet postea ad causam venerit Capitulum pro suo interesse, hoc non potuit mutare naturam, neque statum judicii, cùm venerit in eisdem terminis, in quibus

8 bus causa repetiebatur. Præterea mandatum est contra quascunque per-
sonas, cujuscunque generis, ita ut propter generalitatem verborum comprę-
hendat etiam Capitulum. *Alexandr. Concil. decimo septimo numero sexto, libro se-*
9 *no.* Præsertim, quia agitur de decimis, & sic materia proportionata ad ipsum
Capitulum. *Felin. in cap. eam te numero decimo quinto vers. quarta declaratio de re-*
script. Rebuff. super Concord. in rubr. de Collat. § statuimus il. secundo in vers.
personis, vers. licet, quando materia subjecta patitur, & in §. præsatique Ordina-
rii in ver. quacumque faciunt tradita per Sarn. de annal. quæst. duodecima. Ad
illud, quod non possit dici constitutus ad comparendum in Tribunali Episco-
10 pi *ex reg. L. inquisitio C. de solut.* quod in generali sermone non veniat persona
loquentis, respondetur, Regulam non procedere, ubi subjecta materia
11 aliud suadet *Cyn. in d. L. inquisitio Aym. cons. 274. post numerum duodecimum cum aliis per Menoch. præs. 44. num. vigesimo septimo, libro tertio.* Et quando
est eadem ratio in persona loquentis, quæ in alia. *Salyc. in d. L. inquisitio Ca-*
12 *gnel. in L. frater à fratre numero 114. ff. de cond. indebit. Gabr. de verb.*
significa. conclus. 9. numero septimo, Menoch. cons. 16. numero vigesimo octavo. Non
relevat etiam quod objicitur, Ferdinandum comparuisse in judicio, antequam
esset Procurator, quia ex mandato judicio pendente superveniente fuit indu-
ratificatio prius gestorum. *L. Julianus ff. qui satisdare cog. Paul. de Castr. in L. non*
13 *potest numero sexto, ubi etiam Ang. Col. pen. vers. ultimo. concludit ff. de jud. cum*
multis per Gabr. de Jud. conclus. tertia. numero decimo sexto. Et licet hoc procedat
14 datâ scientiâ in principali prius gestorum, ut per *Gabr. ibi numero decimo octa-*
vo, attamen non potest dubitari de scientia Episcopi gestorum nomine in suo Tri-
bunali, prout etiam non obstat, quod d. Ferdinandus substituisset alium sine
aliqua reservatione, & propterea non potuisset postea comparere, quia sub-
stitutio fuit facta ad certum actum tantum, omisso, quod Capitulum semper
citavit Ferdinandum, uti Procuratorem Episcopi, sed hæc omnia sunt dicta ex
abundanti, postquàm sententia, & omnia acta sustinentur ex persona Procura-
ris Fiscalis.

* * * *

Ad

Ad Quæst. 42. *Additio.*

AD quem appellare debeant exempti ? Nota quod sententiam D. Auctoris *hoc loco numero secundo* propositam confirmavit Sacra Congregatio: proposito enim dubio, an cùm Episcopi procedunt uti Sedis Apostolicæ delegati in causis, quæ aliàs sub eorum jurisdictione ordinariâ non comprehenduntur, possit ad alium quàm ad Sedem Apostolicam appellari ? Congregatio respondit non posse, uti in casu Concilii Trident. *cap. 3. sessione 6. & cap. 4. sess. 14. cap. 9. sess. 21. retulit Fagnan. in cap. ad audientiam numero 47. de Eccles. ædific.* Ratio est, quia ubi Episcopi procedere non possunt nisi jure delegato, necessario erit appellandum ad delegantem. *cap. super de offic. deleg. C. licet de offic Ordin. Marian. Socin. cons. 83. num. 5. lib. 4.*

Ad Quæst. 47. *Additio.*

CApitula an jurisdictionem habeant in Capitulares? Negativa simpliciter verior est, loquendo de ordinaria jurisdictione per ea quæ notat *Abb. in cap. cùm causa numero 7. de off. deleg. & sequitur Auctor noster infra part. 5. cap. 71.* At si de modica coercitione, vel de ordinatione eorum, quæ ad bonum Ecclesiæ regimen pertinent, etiam communi jure Capitula potestatem statuendi, & coërcendi habere videntur, ut colligitur ex *cap. cùm omnes de constit. cap. unic. sed. vac. in 6. Felin. in d. cap. cùm omnes. numero 9. & benè Suarez de legibus lib. 4. cap. 6. numero 11. & 12. Rota decis. 76. numer. 3. par. 7. & decis. 210. num. 9. par. 17. recent.*

Consuetudine autem quælibet Capitula etiam Ecclesiarum Cathedralium acquirere possunt jus & potestatem corrigendi & puniendi excessus Capitularium. *cap. irrefragabili, §. excessus ubi DD. de offic. Ordin.* Etiam per districtionem corporalem & censuras. *Rota decisione secunda de præscript. in novis & coram Mohedano decisione secunda de foro compet.* Et excluso Episcopo qui solum in casu negligentiæ Capituli procedere poterit. *d. capite irrefragabili. §. excessus de offic. Ordin.* quæ tamen consuetudo excludendi Episcopum hodienon prodest Capitulis, nisi ad hoc solum, ut Episcopus extra visitationem ad correctionem excessuum procedere volens, teneatur idipsum facere cum consilio

lio & assensu duorum Capitularium initio cujuslibet anni à Capitulo eligendorum, ut disponitur in Concil. Trident. *sess. 25. cap. 6. latè Fagnan. in d. cap. irrefragabili §. expressus à num. 9.*

Sunt tamen casus speciales, quibus Episcopus solus corrigere potest, vel si totum Capitulum nrmine excepto deliquisset. *Rota coram Seraphino decis. 1250. num. 1. & seqq.* & in casu Clerici concubinarii, cujus coercitionem Episcopo reservavit *Concil. Trident. sess. 25. cap. 14. de reform. uti decidit Rota decis. 55. nu. 5. par. 5. num.*

DECISIO LXXX.

Decanus & Capitulum alicujus Ecclesiæ Collegiatæ possunt præscribere potestatem excommunicandi, incarcerandi, & coërcendi Canonicos, Vicarios & Beneficiatos delinquentes.

Decisio 2. de præscript. in novis.

SUMMARIUM.

1 *Præscribi potest per Capitulum potestas coercendi Capitulares.*
2 *Judicare & excommunicare non sunt fructus jurisdictionis, sed potius labor & onus.*
3 *Possessio Jurisdictionis an unus alia quæratur.*

FUit dubitatum & in relationibus positum, utrum Decanus & Capitulum alicujus Ecclesiæ Collegiatæ possent præscribere potestatem excommunicandi, incarcerandi, & installandi Canonicos, Vicarios, & alios Beneficiatos illius
1 Ecclesiæ delinquentes? Super quo dubio fuit solemniter per Advocatos in publicis relationibus allegata & tractata materia meri & mixti Imperii; & quia prædicta videbantur meri imperii, & spectantia non ad se, sed ad Principem. *Ut in L. Imperium. ff. de jurisd. omn. jud.* Ergè non videbantur præscripti bilia, situt nec delegabilia

bilia secundùm leges, secus verò secundùm Canones, secundùm quos etiam ea quæ sunt meri Imperii possunt delegari, prout legitur & notatur *in c. in Archiepiscopatu. de rapt. & sunt textus de hoc in C. licet de offic. Vicar. in 6. & c. Episcopus ne Cler. vel Mon. eod. lib. 6.* & sunt etiam secundùm Canones præscriptibilia per inferiores. Nam non est dubium Episcopos & Superiores Prælatos habere merum & mixtum Imperium, videlicet judicandi, & corrigendi, puniendi & excommunicandi, incarcerandi, deponendi, degradandi, suspendendi, & interdicendi &c. *Can. perlectis dist. 25. c. corripiantur 24. quæst. 4. c. sententia Pastoris & c. cura 11. quæst. 3. c. transmissa de elect. cap. 1. de translat. Episc. c. 1. de offic. Ordin. c. at si Clerici c. cùm non ab homine de judic. c. conquestus de foro compet. c. ut famæ & C. si Clericos de sent. excom. in 6. c. degradatio de pœnis eod. lib. cum multis simul. & per specul. de jurisd. omn. jud. §. 1. vers. ad hujusmodi*, ubi enumerat omnia quæ sunt meri Imperii Episcopis pertinentia: sed omnia jura Episcopalia ad utramque legem, sive jurisdictionis, sive Diœcesanam pertinentia, sunt per inferiores Episcopis præscriptibilia, *ut de præscript. C. auditis. & C. cùm olim. cùm ibi nota, & nota 16. quæst. 3. Can. quicunque de offic. Archi. ca. dilecto de excess. præ. c. accedentibus ergò &c.* Quod autem punitio, & correctio Canonicorum Cathedralium Ecclesiarum posset secundùm consuetudinem legitimè præscriptam ad Decanum & Capitulum pertinere, *est text. in cap. irrefragabili §. excessus quoque de offic. Ordin.* Imò quandoque ad solum Decanum, *ut in C. dilectis de appellat. & de sententi excommuni. C. dilecto lib. 6.* ut ille Decanus habuit, & exercere potuit utrumque gladium, maximè ubi ipse Caput Capituli immediatum ab illo Capitulo electus, & per Episcopum confirmatus, prout ponebatur in facto, nam tunc ipse solus ex electione & confirmatione Superioris haberet omnimodam jurisdictionem in ipsum eligentem, sive in ipsos eligentes, prout pulchrè notat & deducit *Innoc. in c. cùm ab Ecclesiarum. de offic. Ordin. & ibi text.* Quod inferiores Prælati possint excommunicare, & judicare, facit *de offic. Archi. c. mandamus & C. ad hæc de Dec. c. pervenit*, dummodo sit talis persona, in quam hoc Jus cadere potest, *de his quæ fiunt à major par. cap. C. 3. de appellat. C. Romana §. 1. lib. 6. de consuetud. c. 2. eodem lib.* Imò dixit Innoc. quod quilibet Clericus possit præscribere jus excommunicandi, & similia, licet non habeat ordinariam jurisdictionem. Sed quia, prout ponebatur in facto, prædicti Decanus & Capitulum non nisi semel prædicta exercuerunt. Fuit dubitatum, & etiam solenniter super hoc allegatum, utrum per unicum actum hujusmodi quæsivissent possessionem in similibus casibus judicandi, & procedendi: Et fuit allegatum ad partem negativam quoddam *not. Inn. in c. cùm dilectus de relig. do.* ubi ipse tenet expressè, quod licet quis sit in possessione subjectionis alicujus etiâ per mille annos, non propter hoc potest illum judicare, sive condemnare, neque civiliter, neque criminaliter, imò seu-

sententia excommunicationis in ipsum prolata non tenet. Ratio, quia judicare, & excommunicare non sunt fructus jurisdictionis, nec fructus propriè dici possunt, periculum, labor, & onus, & sic non obstat, *C. cum Ecclesia Sutrina. de causa possess. & propriet. & C. consultationibus de jure part.* Nam eligere vel præsentare benè sunt fructus possessionis juris eligendi vel præsentandi. *ut notat abbas Innocent. in cap. in litteris de restitut spol.* Non sic in illo, qui tantum habet possessionem subjectionis, sive jurisdictionis alicujus. Pro qua conclusione facit optimè secundùm *Innocent. decret. cùm contingat, de foro competen.* Nam ibi dicitur, licet Canonici Beluacen. haberent jurisdictiorem super familiares ipsorum de consuetudine, tamen non poterant illos excommunicare: Sed posset responderi, quod ibi tantum præscriptum, quantum possessum, *de decisione C. cùm in tua*, vel quia illi non habebant assistentiam tantum juris communis, sicut isti Decanus & Capitulum *ad cap. ad decimas, de restitutione spol. lib. sexto*, respondit etiam *Innocent. ad L. Barbarius. ff. de offic. Præto. & not. per eum in C. nihil est de electione.* à quo dicto videtur Innocen. recedere *in fin. glos. ejusdem ibi*, tamen alii aliter dicunt, & ut videtur, melius, *ut not. per eum, de restit. spol. cap. olim.* 3. ubi tenet expressè, quod quilibet Clericus possit possidere, & præscribere jus excommunicandi, & si ille, quem excommunicat, obedit sciente & patiente Episcopo, vel alio suo Superiore, statim excommunicans acquirit possessionem excommunicandi, & tenet ejus sententia, si erat in possessione excommunicandi, prout notat *Innocent. in dicto c. cùm dilectus in glos. fina. & remittit ad not. per eum in cap. secundo de restitut. spoliato*, sed utrum sufficiat ad hoc unicus actus possessionis, *Innocent. in c. 2 de Capel. Mon.* videtur innuere quod non. Pro quo facit *Text. in C. cùm Ecclesia Sutrina de causa pos. & proprieta. & not. in c. final. de consuet.* Nam secundùm *Innocentium ubi supra*, licet possessio generalis jurisdictionis acquiratur per unicum actum, dummodo utens intendat uti jure suo, quoad jurisdictionem universalem, tamen hoc non procedit in personis, ratione diversitatis ponens, quia sub jurisdictione comprehenduntur omnes partes ejus, & actus, sed sub persona non continentur alia, & in illis habet locum regula, quod tantum præscriptum, quantum possessum. *de decisione c. cum in tua. hac vera*, si nullus alius sit in jurisdictione illarum personarum, quia tunc ad alias personas non extenderetur possessio jurisdictionis quæsita in uno homine, sed si alius est in possessione jurisdictionis super unum populum, & ego exerceam jurisdictionem in unam personam tantum illius populi sciente Domino, & patiente, super totum populum acquiro, quia quasi una & continua est gleba, scilicet unus populus, & nunc benè extenditur possessio de persona ad personam. Ratio, quia ille, in quem exercui jurisdictionem, non possidebat illum, contra quem

quem præscribo jurisdictionem in hanc personam, & aliam communiter habebit *de præscript. C. cùm ex officii.* De extensione juris corporalis & incorporalis, *vide Innocent. in C. in litteris de restitutione spolia. & ibi Panorm. de hac materia prædictorum duorum dubiorum in suo Commento.* At in casu nostro fuit probatum prædictis Decano & Capitulo datam potestatem plenariam judicandi, corrigendi, puniendi, excommunicandi, & etiam incarcerandi omnes personas beneficiatas illius Ecclesiæ per privilegium Episcopi illius loci, & per Sedem Apostollcam confirmatum, & quod ipsi fuerunt in possessione generali prædictorum, & eis sæpè obtemperatum excepto actu installationis, quem licet non nisi semel exercuerant, tamen quia postea in 40. annis similis casus non occurrerat, sed modò noviter occurrit, fuit decisum, & concluſum quod tenuerat, & valuerat hujusmodi installatio per *Innocentium in dicto C. dilectus de Capell. Mo. super versiculum possessorium. in fin. & per not. per Ber. in dicto C. cum Ecclesia Sutrina, & per Spe. titul. de præscriptione. §. primo versiculo. sed pone, quod melius, & per eundem titulum de jur. omn. Judic. §. primo C. 1. cap. fin.* ubi recitat quasi de verbo ad verbum not. *Innocent. supra script.* & vide ad materiam *Innocent. in dict. capit. secundo de restitutione in integr. & in dict. C. olim de restitutione spoliatorum, & de postu. Prælatorum cap. bona. 2. per eundem.*

DECI-

DECISIO LXXXI.

In delictis Capitularium Ordinarius solus procedit, quando totum Capitulum deliquit nemine excepto.

ILLVSTRISS. SERAPHINO.

Burgen. Jurisdictionis.

Inter impressas Seraphini decis. 1050.

Veneris 12. *Novembris* 1593.

SUMMARIUM.

1 *Concordia, quod in delictis Capitularium Ordinarius procedat cum adjunctis, non habet locum, ubi omnes deliquerunt, & num. 5. & 6.*
2 *Concordia est strictè intelligenda.*
3 *Appellatione personarum non venit Collegium vel Universitas.*
4 *Ius Universitatis vel Capituli etiam in uno remanet.*

1 FUit dubitatum si Capitulum delinquat, an sit procedendum per D. Archiepiscopum juxta formam concordiæ, vel quomodo: & Domini fuerunt intentia, ut si totum Capitulum delinquat nemine ex Capitularibus excepto, jurisdictio devolvatur ad Archiepiscopum, cùm nulli supersint Canonici, cum quibus Episcopus possit procedere servatâ formâ concordiæ. *Glos. in cap. irrefragabili. in cessus in verb. Capitulum. de off. Ordm. quam ibi sequuntur Butr. Cardin. Imola Felin.* 2 *& alii*, maximè quia versamur in concordia, quæ strictè est intelligenda, ut fuit dictum in causa *Burgen. deputationis Fiscalis coram R. P. D. meo Blanchetto.* Unde fit ut 3 appellatione personarum non veniat Collegium vel Universitas, ut tradit. Felin. *in cap. eam te num.* 14. *de rescript.*

Neque obstat, quod iste casus uti non comprehensus in concordiâ debeat remanere in dispositione juris communis, quo inspecto jurisdictio devolvitur ad Papam, qui est Judex exemptorum, prout Capitulum se facit, quia subintrat dispo-

sitio

sito Concilii, quæ dat Episcopo saltem uti Sedis Apostolicæ delegato jurisdictionem etiam in exemptos; sed & ista exemptio non probatur, imò suadetur contrarium, ex quo in pluribus casibus non comprehensis in concordia, fuit decisum pro Archiepiscopo. Si verò non omnes de Capitulo deliquerunt, sed aliqui supersunt, qui non participarunt in deliquendo, tunc cessant rationes glossæ *in d.cap. irrefragabili*, & illi debent juxta tenorem concordiæ assumi una cum Episcopo ad cognoscendum de tali delicto; nam neque deliquerunt, neque efficiuntur Judices in causa propria, *Innoc. in d.cap. irrefragabili n.1. Cardin. n. 4. per text. in cap. gratum de postulat. & ibi glossa & Abb. nu.5. & cæteri & in cap. bonæ de elect.* nam jus Universitatis remanet etiam in un. *L. sicut municipii ff. quod cujusque univers. nom. cap. si fortè distinct. 63.* 4 5

Exceptus fuit casus à priori conclusione, nisi totum Capitulum committeret contra Archiepiscopum, tunc enim ex ejusdem textus dispositione cognitio devolvitur ad Superiorem, saltem propter scandalum, ut inquit ibi Hostien. ne videatur Episcopus esse Judex in propria causa. Et ita concluſum. 6

DECISIO LXXXII.

Qualiter procedatur contra Clericum concubinarium, & quis de eo crimine cognoscat.

R. P. D. COCCINO.

Meten. juris corrigendi.

Est in recent. decisio 55. par. 5.

Lunæ 19. Aprilis 1657.

SUMMARIUM.

1 *Concubinatus in Clerico satis probatur, si probetur illum retinere mulierem in domo conducta, vel in domo amici.*

2 *Concubinatus inspecto jure Civili ad hoc ut probetur, requiritur, ut mulier domi retineatur.*

3 *In causa Clerici concubinarii procedendum est præviâ monitione.*

4 *Delicta carnis in foro exteriori, impositâ salutari pœnitentiâ, præscribuntur quinquennio.*

5 *Episcopus, & non Capitulum debet procedere in causa Clerici concubinarii.*

6 *Causa dicitur criminalis, quando pro tali habita fuit à Signatura.*

7 *Sententia notoriè injusta etiam post lapsum fatalium potest revocari.*

8 *Iudex, si notoriè injustè procedit, debetur spoliare.*

IOannes tanquam concubinarius per sententiam Capituli fuit privatus quibusdam villis Tricensibus nominatis, eamque sententiam Officialis Virdunen. Sedis Apostolicæ delegatus confirmavit. At demum causâ introductâ in Curiâ Auditor
1 Cameræ dictas sententias revocavit; & juridicè revocasse Domini censentur. Nam etsi concubinatus in Clerico satis probatur, si probetur illum retinere mulierem in domo conducta, vel in domo amici *juxta L. si amicis. ff. de adult. & in L. lex Cornelia, §. domum ff. de injur. L. 2. §. 1 ff. de liber. agnos. & in L. qui domum, & in L. ea ff. de adulte. Decian. Tract. Crim. c. 21. num. 2. par. 2. Diar. in prax. cap. 29. num.*
2 *1. vers concubinarium insuper, & dixit Rota in causa Tullen. Monasterii Sancti Magueti, 27. Ianuarii 1597. coram bo. mem. Penia.* Quamvis inspecto jure civili defectum concubinatus requiratur, ut domi retineatur, *Bart. & alii in L. concubinam, ff. de concub. Aym. consil. 368. num. 1. Natt. cons. 474. num. 42. & 43. lib. 2. cap. in rubr. de sponsal. num. 5. gloss. in verbo concubinam, in L. 1. ubi Dyn. ff. de concub. Decian. Diax. & Rota locis prædictis.* Attamen quatenus fuisset ex testibus, & confessione Joannis, concubinatus probatus quidquid dicendum sit, an debuisset præ-
3 di præviâ monitione juxta terminos Concil. Trident. *sess. 25. cap. 14. de reform.* inbatur etiam correctio per sex, aut septem annos ante hoc judicium, unde illud delictum erat præscriptum, cùm delicta carnis in foro exteriori impositâ salutari pœni-
4 tentiâ quinquennio præscribantur, *L. mariti §. præterea ibi: ne crimen quinquennio, cum vers. hoc quinquennium, ff. ad L. Iul. de Adult. L. adulter. C. eod. Clar. in §. Adulterium vers. unum tamen. Farinac. in prax. Crim. Tom. 1. quæst. 10. num. 11. Foller. in prax. in ver. fori. judicentur num. 19. Boer. decis. 26. num. 12. Decian. lib. 3. cap.*
5 *37. n. 6. Idem Farinac. in terminis concubinatus cons. 80. n. 15. lib. 1.* Nec Capitulum ipsum poterat procedere in ista causa, cùm Concilium loco citato excludat inferiores, & cognitionem reservet Episcopo.

Non obstant ea, quæ opponuntur contra validitatem sententiæ Auditoris Cameræ; & primò quod locum tenens criminalis non potuerit de istâ causa cognoscere
6 ex eo, quia civiliter fuit actum in partibus. Nam satis est, quod Signatura habuerit causam pro criminali; & pronunciatio post lapsum fatalium, quatenus justificatur, non facit, cùm fuerit commissa causa nullitatis æquè principaliter, quæ durat per triginta
7 annos, ideò sententia, tanquam notoriè injusta etiam post lapsum fatalium potuit revocari. *Rota decis. 151. num. 2. par. 1. in recent.* Et acceptatio sententiæ de partibus facta per Joannem, ex quo intimatâ sententiâ respondit, *Sit nomen Domini benedictum*, non probatur, cùm potius verba indicent, quòd in tribulationibus invocaverit nomen Domini. Ultimùm quod sententia Auditoris Cameræ fuerit nulla, ex

lis, ex quò pronunciat, Joannem fuisse spoliatum, non debuisset allegari, cùm satis appareat, quod Judex de partibus ex prædictis notoriè injustè processerit, & quod propterèa spoliaverit. *Felin. in cap. dilectus ii. primò, col 1. de rescript. & in cap. cum causa. col. 2. & sequent. de offi. deleg. Rota decis. 365. num. 11. par. 1. in recent. M. Gregor. decis. 49. num. 2. & decis. 105. numer. 1. & decis. 198. numer. 2. & decis. 209. numero 2.* 8

Et ita conclusum utraque parte informante.

Ad part. 3. Quæst. 1. *Additio.*

EXemptiones an possint revocari? Privilegia in vim contractus concessa esse irrevocabilia, ultra hic allegatos per D. Auctorem tradunt *Bart. in L. quod semel ff. de decret ab Ordine faciend. Roman. consil. 436. num. 14. in fine Alex. consil. ult. nu. 18. lib. 4. Socin. cons. 87. n. 2. lib. 3. Gabriell. concl. 7. de jure quæsito non toll. nu. 5. Oldrad. cons. 266. num. 7. latè Gonzalez ad regul. 8. gloss 9. §. 2. num. 18. & seqq. Castillo de tertiis reg. cap. 36. num. 40. & seqq. Rota coram Seraphino decis. 1271. num. 2. & decis. 1293. num. 2. & coram Bichio decis. 210. num. 21. & 22.* Atque ideò privilegia Auditoribus Rotæ concessa in remunerationem laborum non posse revocari censuit *Roman. ubi supra; & post eum Rebuff. ad concord. in præfat. ad rubric. de Collation. & Fagnan. in cap. ex Epistolæ. num 18. & 19. de probat.*

Ad hoc tamen ut privilegium dicatur competere ex causa onerosa ita, ut verè irrevocabile fiat, requiritur ut causa, propter quam concessum fuit, æquivaleat seu commensuretur privilegio, aliàs quoad excessum erit mera gratia, poteritque revocari, quamvis in dubio revocatum non censeatur. *Alexand. cons. 7. in 1. col. lib. 7. Tiraquel. in L. si unquam. verb. donatione largitus numer. 335. C. de revoc. donat Rota coram Seraphino decis. 518. per tot. & in recent. decis. 88. num. 4. part. 1.*

** **
*

DECISIO LXXXIII.

Privilegiis ex causa onerosa concessis Papa non solet facilè derogare, & præcipuè si in illis adsit clausula, quod nullo modo suspendi, revocari aut eis quomodolibet derogari possit.

ILLVSTRISS. SERAPHINO.

Romana Juris doctorandi.

inter impressas Seraphini decisio 271.

Veneris 3. Aprilis 1598.

SUMMARIUM.

1 *Posteriora regulariter derogãt prioribus.*
2 *Privilegio dato ex causa onerosa non solet Papa facilè derogare.*
3 *Clausula præservativa cujus sit efficacia.*
4 *Privilegio ex causa publicæ utilitatis concesso non censetur derogatum per clausulas quantumvis pregnantes.*
5 *Regula de jure quæsito non tollendo præservat jus ex privilegio quæsitum.*
6 *Derogatio regulæ de jure quæsito cum clausula quorum tenores, quid operetur.*

FUit de mandato S.D.N. propositum in Rota hujusmodi dubium: Stantibus Bullis & privilegiis concessis tam Reverendissimo Collegio DD. Protonotariorum, quàm Collegio Excellentissimorum DD. Advocatorum Consistorialium, an dicto Collegio Advocatorum competat jus Doctorandi privativè ad Collegium dictorum DD. Protonotariorum. Difficultas orta est ratione privilegii concessi per Fel. record. Sixtum V. Collegio DD. Protonotariorum sub data Nonis Februarii 1585. in quo datur facultas doctorandi Collegio, & eorum cuilibet quoscunque idoneos &c. cum clausula: *Sublatis* non obstantibus privilegiis quibuscunque Romanæ Curiæ Collegiis etiam motu proprio &c. Concessis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque fortioribus & insolitis clausulis & decretis, per quod privilegium prætendebatur sublata fuisse antiqua privilegia Collegio DD.
1 Advocatorum concessa à Fel. record. Julio III. cùm regulariter posteriora dero-

gent

gent prioribus, maximè ubi eorum fit mentio. *L. pacta novissima C. de pact.* & præsertim cùm dictum privilegium concessum sit Dominis Protonotariis ex causa onerosa, cui non solet de facili Papa derogare, cùm concessio videatur facta in vim contractus. Causa itaque in Rota me proponente diligenter discussâ, fuit primo loco dictum, esse diligenter examinandum, quodnam ex istis privilegiis habeat clausulas prægnantiores & fortiores, & aliàs coram me factum fuit *in una Astorien. Archidiaconatus 19. Martii 1576.* & censuerunt Domini prævalere clausulas appositas in privilegio Juli III. nam præter cæteras in quibus concurrit cum privilegio Sixti, adest decretum, ut hujusmodi litteræ Apostolicæ nullo modo revocari, neque suspendi possint, & quoties emanaverint in aliis concessionibus derogationes implicitæ, toties hæ ab illis exceptæ, ac denuò Advocatis concessæ, restitutæ & repositæ censeantur &c. Quod decretum est tantæ efficaciæ, ut per consequentes derogationes non censeatur illi præjudicatum, cùm de eo non fuerit facta sufficiens mentio, ut per *Federic. consil. 233. per tot. Castren. cons. 279. in fine lib. 1. Paris. cons. 42. n. 15. lib. 4. Felin. in cap. nonnulli n. 3.* & *4. de rescript.* cum infinitis quæ deduci possunt ex iis quæ congerunt Doctores in materia revocationis testamentorum. *Socin. in L. si mihi §. in legatis ff. de legat. 1. Covarr. in rubric. de testam. par. 2. nu. 19.* Quod videtur eò maximè locum sibi vendicare, ex quo privilegium Advocatis concessum fuit ex causa publicæ utilitatis, & ad tollenda absurda, quæ ex similibus concessionibus oriuntur, quo casu non censetur illi derogatum per clausulas quantumvis prægnantes, ut voluit *Roman. cons. 436. n. 11. & cons. 498. num. 17. Put. decis. 89. lib. 1.*

Accedit quod non fuit derogatum regulæ de jure quæsito non tollendo, per quam præservatur jus ex illo quæsitum DD. Advocatis, ut per *Senen. in d. reg. quæst. 5. nu. 7. Mohedan. decis. 82. Put. decis. 52. lib. 1. & fuit dictum in Caesaraugustana exemptionis 9. Martii 1594. coram R. P. D. meo Orano Cas. de Grass. decis. 3. de rescript.*

Verum omnis prorsus cessat difficultas ex posteriori renovatione di privilegii concessa per eundem Sixtum V. Dominis Advocatis sub data septimo Calendas Septembris 1587. cum derogatione regulæ de jure quæsito &c. Et cum clausula *Quorum tenores*, per quam procul dubio revocatum censetur privilegium Dominorum Protonotariorum. *Anton. de Butr. cons. 2. Cassad. decis. 38. super Reg. Mohedan. decis. 1. de rescript.* Maximè cùm in privilegio ipsorum nulla adsit clausula derogatoria ad futuras concessiones. *Bartol. in l. si quis in princ. ff. de legat. 3. Felin. in d. cap. nonnulli num. 3. & seqq. de rescript.*

Nec obstat quod DD. Protonotarii habeant privilegium ex causa onerosa, quia eodem modo etiam Domini Advocati habent ex annexione rectoratus, & solutione pecuniarum per eos factâ; Unde in pari causa semper ut supra dictum, posteriora derogant prioribus, & ita concluſum.

DECISIO LXXXIV.

De privilegio exemptivo decimarum, qualiter sit intelligendum, & quando eidem derogatum censeatur, item privilegio percipiendi decimas & ejus derogatione.

ILLVSTRISS. SERAPHINO.

Valentina decimarum.

Inter impressas Seraphini decis. 1293.

Mercurii 1. Julii 1598.

SUMMARIUM.

1 *Exemptio decimarum concessa in vim privilegii intelligi debet, quoad decimas, quæ ex juris communis dispositione debentur, non quæ jure speciali ex particulari concessione, præsertim ex causa onerosa, & quasi contractu solvuntur.*

2 *Privilegio concesso ex causa onerosa, & ex quasi contractu, Papa non solet de facili derogare.*

3 *Derogationes generales ad ignorata non trahuntur.*

4 *Papa præsumitur non habere notitiam juris ex speciali concessione competentis, sed ejus tantum, quod ex juris communis dispositione competit.*

5 *Nunquam censetur priori privilegio derogatum per aliud subsequens; nisi de illo fiat mentio propter præsumptam illius ignorantiam in Papa.*

6 *Clausulæ privilegiorum valdè prægnantes, & habentes vim specialis derogationis, non porriguntur ad ea, quæ præsumuntur ignorata; sed tantum ad ea, quorum verisimiliter Papa notitiam habet, & in quibus non requiritur specialis derogatio.*

7 *Derogatio regulæ de jure quæsito non tollendo, non ampliat, nec extendit principalem dispositionem, sed solum operatur respectu eorum, quæ in privilegio comprehenduntur.*

8 *Derogatio regulæ de jure quæsito non tollendo, non tollit privilegium & jus speciale, prout dicitur de clausula sublata, num sequenti.*

10 *Declaratur* Puteus decis. 332. lib. 3.

Archie-

ARchiepiscopus & Capitulum Ecclesiæ Valentinæ possident duas ex tribus partibus decimarum, de quibus agitur, ex donatione Don. Jacobi Regis Hispaniarum, qui earum Dominus erat, ex concessione Urbani. II. qui has decimas concesserat Regi, ejusque Successoribus in terris & Regnis jure belli recuperatis à Saracenis, vel ex eorum propriis hæreditatibus fundatis, ut habetur in privilegio Urbani, & donatione Regis, qui titulus fuit per Dominos approbatus, *coram R.P.D. meo Pamphilio. 27. Novembris* 1596. RR. Patres Societatis Jesuitarum prætendebant eorum bona & loca esse libera à solutione decimarum, vigore privilegiorum eis à diversis Romanis Pontificibus concessorum: Unde lite introductâ fuit dubitatum an privilegia Patrum Jesuitarum relevent in casu, de quo agitur: Et causâ maturè discussâ, fuit per Dominos ananimi sententiâ conclusum, non relevare; hocque potissimum ex eo fundamento, quod omnes exemptiones vigore privilegiorum summorum Pontificum concessæ in materia decimarum intelligi debent de exemptione solutionis earum decimarum, quæ Parochis, vel aliis personis, aut Collegiis ex juris communis dispositione debentur, non autem earum decimarum, quæ jure speciali, ex aliquâ particulari concessione ex privilegio debentur; maximè si talis concessio particularis facta fuit ex causâ onerosa, & ex quasi contractu Principis; his enim non solet Papa facilè derogare, cùm teneatur stare pactis, & Conventionibus per ipsum initis; tum etiam, quia derogationes generales non solent trahi ad ignorata, præsumitur autem Papam non habere notitiam juris ex speciali concessione competentis, sed ejus tantum, quod ex juris communis dispositione competit, ut fuit resolutum in hac causa *coram R.P.D. meo Pamphilio 9. Iunii* 1577. & fuerat idem dictum *in una Toletana Annatorum coram R.P.D. meo Orano, 23. Ianuarii* 1589. *per doctrinam communem Doctorum in C. 1. de resc.* dicentium nunquam censeri derogatum priori privilegio per aliud subsequens, nisi de illo fiat mentio propter illius præsumptam ignorantiam in Papa. *L. decurionibus C. de silentiar. lib. 11. Iust. in L. C. post quam Iulii. num. 11. C. de pact. Fel. in C. nonnulli num. 23. descript. Dec. in c. quæ in Ecclesiarum n. 44. de Constit. Put. decis. 93. lib. 3.* & in specie in terminis nostris exstat allegatio *Roderici Suarez. 28. nu. 9. cum sequentibus* à Dominis approbata. Non obstant Clausulæ privilegiorum ex adverso allegatorum, quæ videntur valdè prægnantes, & habere vim specialis derogationis, ut per *Anchar. consil. 335. n. 2. Alex. cons. 187. lib. 5. Dec. consil. 53. num. 5. cum similibus*, quia non porriguntur ad ea, quæ præsumuntur ignorata, sed tantum ad ea, quorum verisimiliter Papa notitiam habebat, & in quibus non requiritur specialis derogatio, *Curt. jun. consil. 130. num. 31. part. 3. purpurat. consil. 18. num. 42. Socin. jun. consil. 77. num. 60.* & *126. lib. 1. Natta. consil. 209. num. 6.* & *fuit dictum in una Tarvina plebis coram R.P.D. meo Mellino 18. Iunii* 1593. quod maximè procedit in casu isto, in quo Archiepiscopus & Capitulum vicissim ex causa remunerationis concesserunt Regi plura, de quibus per informantes. Non obstat quod in privi-

privilegiis Societatis adsint plures & prægnantiores clausulæ, quàm in privilegio Fratrum S. Hieronymi, contra quos Rota tulit sententiam, quia aliquæ aliò tendunt, nempe ut capiant aliud genus decimarum, quæ pro defensione patriæ, vel expeditione contra infideles imponuntur, & hæ nihil commune habent cum decimis de quibus agitur. Quæ verò respiciunt derogationem privilegiorum ad instantiam Imperatorum & Regum concessorum, non tangunt casum istum, præterquàm quod verba non conveniunt decimis de quibus agitur, quæ non sunt concessæ ad instantiam Imperatorum vel Regum, sed sunt ex contractu. *Natta consil. 69. num. 78. Felin. in d. cap. nonnulli num. 19. de rescript. Roman. cons. 439. num. 16. Roland. cons. 13. num. 32. lib. 3. Peregrin. decis. 46. lib. 3.* Ideò illa verba intelligi debent de extraordinariis, quæ aliquando ad tempus, non autem in perpetuum à Pontificibus ex causa imponuntur, ut per *Put. dec. 65. lib. 3.* Verùm decimæ de quibus agitur non sunt ordinariæ de sui natura, sed donatæ Regi, ut jam deductum fuit, quæ interpretatio colligitur ex eo, quod privilegium eximit à quibuscunque decimis, etiam Papalibus, quæ dicuntur extraordinariæ; nam aliæ sunt impositæ à jure divino, licet auctoritate Papæ translatæ de una persona in aliam ex causa onerosa, ut jam deductum fuit.

7 Non obstat quod derogatum sit in privilegio Societatis Regulæ de non tollendo jure quæsito, quia dicta derogatio non ampliat, neque extendit principalem dispositionem, sed solum operatur respectu eorum, quæ in privilegio sunt comprehensa. *Felin. in cap. licet num. 7. de off. Ordin. Sarnen. super regul. de infirm. resign. quæst. 34. num. 3. Paris. cons. 1. num. 91. lib. 1. Dec. cons. 10. lib. 4. Butrius cons. 19 Aegid.*

8 *decis. 333.* & in specie quod non deroget privilegio & juri speciali, tradit *glossa in cap. 1. verb. consuetudine de capell. Monach. in 6. Castren. cons. 187. num. 1. circa medium lib.*

9 2. & in simili dictum fuit de clausula sublata *in decis. R. P. D. mei Pamphilii 9. Junii 1597. & coram eodem in Calaguritana de victoria 15. Junii 1592.*

10 Non obstat quod dicitur Privilegium Urbani concessum Regi, non debere extendi ad Successores singulares. *Put. decis. 332. lib. 3.* quia Puteus non loquitur, quando quis est successor particularis in re ipsa donata, tunc enim ei quæritur una cum suis qualitatibus, ut in terminis donationis tradit *Socin. jun. cons. 74. num. 27. lib. 3.* Sed neque etiam hic agitur de extensione, sed an istæ decimæ comprehendantur sub exemptione Societatis. Et ex his concludum eodem jure, quantum ad hunc articulum attinet, esse censenda privilegia Societatis cum privilegiis aliorum Regularium, contra quos fuit jam causa decisa, & per sententiam terminata, ideoque non relevare casu de quo agitur.

* * *
* *

DECI-

DECISIO LXXXV.

Privilegium dicitur ex causa onerosa, quando habet commensurationem ad causam, alioquin si ipsum privilegium excedat causam, habetur pro gratioso.

Illustriss. Seraphino.

Valentina Jurispatronatus.

Inter impressas Seraphini decis. 518.

Veneris 12. Maii 1581.

SUMMARIUM.

1 *Jus patronatus de jure communi non competit, nisi ex fundatione, vel dotatione, vel totali refectione.*

2 *Jus patronatus dicitur ex privilegio ex causa onerosa, si habet commensurationem ad causam de futuro.*

3 *Alligans privilegium excedere causam, illud probare debet, & num. 4.*

5 *Commensuratio causæ in privilegio concesso ex causa onerosa quando sit facienda.*

6 *Privilegio concesso ex causa onerosa Papa derogare solet, quando privilegium est pinguius sua causa.*

7 *Ex observantia 40. annorum omnia præsumuntur vera & adimpleta.*

8 *Pecunia præsumitur solventis.*

FUit resolutum jus patronatus, de quo agitur, esse quidem ex privilegio, cùm de jure communi non competat nisi ex dotatione, fundatione, vel totali refectione, ut per *Doct. in cap. 3. de jure pat. Roch. in verb. construxerit, num. 12. de jure patron.* & in terminis fortioribus quam sit casus noster, *Anton. August. decis. 543. idem in Placentina lib. 2.* esse tamen privilegium ex causa onerosa concessum, cùm habeat commensurationem ad causam de futuro, si & postquam pecunias impenderit. *Are-* 1 2

tin. in C. novit. num. 29. de judic. Decius cons. 292. num. 7. faciunt notata per Tiraquell. in l. si un-

l. si unquam, verb. donatione largitus, num. 335. cum seqq. & quamvis Doctores velint,
3 quod id intelligatur quando id quod datur, commensuratur privilegio, alioquin in excessu sit mera gratia ut per *Socin. cons. 4. & cons. 85. num. 12. lib. 3. Alex. cons. 7. col. lib. 7. Tiraquell. d. numer. 335.* tamen ille qui allegat gratiam præponderare, debet hoc
4 probare. *Roland. cons. 13. num. 64. lib. 3 idem Tiraq. ubi sup. num. 341.* Unde cùm hic non constet de valore beneficii de illo tempore, standum est regulæ.

Præterea diversi considerari possunt effectus hujus commensurationis, nam si de
5 ea agatur ad effectum videndi an Papa potuerit revocare, necessaria est ista commensuratio, ut dici possit valere concessionem in vim contractus irrevocabilis juxta tradita per *Doct. in locis supra citatis.* si verò agatur de præsumpta mente Papæ, vel cumque dispositionis ad effectum voluntatis, non autem potestatis, tunc habenda videtur ratio istius causæ, etiam quod non esset æquivalens vel commensurata exactè
6 ad gratiam; quod colligi potest ex prælegata decisione Antonii Augustini, ubi nunquit; videndum an privilegium sit pinguius quàm cætera, quibus Papa solet derogare ut ex *consil. Cardinal. 147. quem sequitur Felin. in d. cap. novit. num. 10. vers. limita primò.*

Cætera quæ deducuntur, magis tangunt verificationem privilegii, quam dubium,
7 de quo agitur, & præsumuntur vera & adimplera omnia ex observantia 40. annorũ.

Nec obstant quæ contra solutionem deducuntur, quia fuerunt sublata in alia de-
8 cisione, & pecuniæ præsumuntur solventis, cùm de mandato comitis solutæ fuerint, & ex causa concessionis Leonis, ut in quietantiis dicit *Salic. in l. 2. num. 2. Cicer. pot. Bertrand. cons. 253. num. 2. in princ. Aymon. cons. 129. num. 3. in fine Dec. cons. 348. num. 4.*

Et ita concluſum &c.

Ad Quæst. 3. Additio.

QUanquam Legatus privilegia à Papa concessa regulariter revocare non possit, subsistente tamen justa causa, quæ etiam ipsum Papam moveret ad revocandum, idipsum facere poterit, cum tali casu valeat etiam contra jus introducta per ea quæ notat. *Gamb. de offic. leg. lib. 2. tit. de var. ordin. num. 154. & lib. 3. in de potest. Leg. in uniend. num. 153. & seqq.* ex quo in facto decidit Rota potuisse Cardinalem Legatum dismembrare quædam castra aliàs subjecta civitati Bononiensi, eaque à superioritate d. civitatis eximere, ex quo Bononienses ob rebellionem contra S. Sedem Apostolicam privilegiis suis privari meruissent. *ut in decis. 70. & 171. par. 3. recent.*

D E-

DECISIO LXXXVI.

Unio nonnullorum Castrorum facta civitati Bononiæ per Bonifacium IX. an potuerit revocari per Legatum de Latere ex causa rebellionis ejusdem Civitatis.

Eminentiſ. Ubaldo. *Inter recent. deciſ. 71. par. 5.*

Bononien. Exemptionis.

Veneris 21. Maii 1627.

SUMMARIUM.

1 *Legatus de Latere, an poſſit derogare unioni facta per Pontificem.*
2 *Subditi tenentur ſervire Domino, & ideò non neceſſaria recognitio. Subditi, quando præſtant aliqua ſervitia ampla, tunc ſi eis fiat aliqua remuneratio, non eſt inconveniens n. 2.*
3 *Conceſſio, per quam ſit reditus ad jus primævum, eſt favorabilis.*
4 *Civitas per rebellionem amittit omnia privilegia & jura quæſita.*
5 *Aſſertioni Legati ſtatur, quando non agitur de revocando contractu, ſed de revocanda unione gratioſa.*
6 *Mandatum in antiquis præſumitur adfuiſſe, amplia ut num. 7.*
8 *Conceſſiones quas aliquis confirmat, & de una tantum apparet, illa dicitur confirmata tantum.*
9 *Concilium Conſtantienſe de diſmembrationibus quando habeat locum.*

FUit in hac causa resolutum die 29. Novembris 1624. coram bon. mem. Burato constare de dismembratione Cardinalis Coſciæ, eamque suffragari communitatibus Medicinæ, Ganzanighæ, & Villæ Fontanæ, & hanc decisionem hodie utraque parte informante corã me, DD. dixerunt esse confirmandã. Et moti sunt quia licet supradicta castra fuissent jam unita civitati Bonon. per Bonifaciũ IX. de An. 1393. attamẽ benè potuit d. Card. tunc temporis Legatus de Latere derogare unioni Pontificis,

1 ficis, & facere ſupradictã diſmembrationẽ, propter ampla ſervitia Sedi Apoſt. prædictas communitates præſtita in recuperatione civitatis Bononiæ, quæ ab eadem Sede defecerat. *Gambar. de offic. leg. delat. lib. 2. tit. de variis ordin. numer. 154. in fine & lib. 1. tit. de poteſt. legati in uniend. num. 153. & ſeqq. Mandoſ. ſuper reg. 19. quæſt. 19. numer. 16. Roman. conſil. 428. in fine.*

2 Non obſtat, quod ſubditi teneantur ſervire Domino, & ideò non eſſet neceſſaria prædicta remuneratio, quia cùm ſervitia non fuerint ordinaria, ſed ampla, ut habetur in d. diſmembratione, quæ datur *in Summario communitatum, numm. 2.* non fuit inconveniens dicta remuneratio, juxta ea quæ à tradita in his terminis per *Alexandr. Imol. & Abb. Panormit. Decian. & alios relatos per Ludovic. Rom. in conſil. 100. num. 71. verſiculo reſpondetur, & ſequentibus lib. 11.* idque præſertim, cùm per hanc diſmembrationem non fuerit aliquod præjudicium allatum Sedi Apoſtolicæ, cui communitates immediatè remanſerunt ſubjectæ, & ſolùm redierunt ad

3 jus primævum, prout erant ante D. Bonifacii unionem, quod eſt favorabile, & ſolet iſte reditus fieri ſolet, *gloſ. in capit. ſtatutum de prabend. in ſexto, in verb. numerandum, circa med. Mandoſ. ſuper D. reg. q. 19. num. 12.* Idque maximè procedit, cùm civitas

4 Bononiæ per præcedentem rebellionem, jam amiſiſſet omnia privilegia, & jura ſibi acquiſita, *l. Quiſquis ubi omnes, C. ad leg. Jul. Majeſtat. & l. final. ff. eod. Affict. in conſil. quæ ſunt regal. in verb. & bona committentium, num. 14. Gig. de crim. læſ. Majeſtat. q. 14. num. 1. & ſeq. & quæſt. 25. num 2. & ſeq. lib. 2. Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 40. num. 16. & ſeqq. Peregrin. de jure Fiſc. lib. 3. tit. 8. num. 6.*

Non obſtat, quod circa cauſam d. diſmembrationis non ſit ſtandum aſſertioni legati ſuper hujuſmodi ſervitiis, & rebellione; tum quia de hac rebellione extat etiam *deciſ. Creſcent. 7. de probat.* Tum quia cùm non agatur de revocando contractu, ſed de revocanda unione gratioſa, ſtatur hujuſmodi aſſertioni, maximè concurrentibus adminiculis, *Creſcent. d. dec. 7. in princ.* In caſu autem noſtro pro corroboratione ſupradictæ aſſertionis, & ſupradictæ diſmembrationis cõcurrit explicita civitatis Bononiæ confeſſio, & approbatio, mediante decreto facto per DD. Antianos, & Vexiliferum repræſentantes populum Bononiæ, qui viſis Capitulis cum decreto Authentico communitatibus conceſſo per Cardinalem, ex auctoritate ſibi tributa in generali Concilio ſexcentorum populi gratias, exemptiones, confirmationes, privilegia, ac immunitates unanimiter conceſſerunt ac promiſerunt.

Non obſtat quod Antiani non poſſent populo Bononiæ præjudicare ſine ſpeciali mandato, quia cùm ibidem enuncietur facultas, & ſimus in antiquis, mandatum præ-

6 ſumitur adfuiſſe. *Purpur. in auth. ſi quis in aliquo, in fin. C. de eden. Cagnol. in l. vel. nu. 19. ff. de regulis juris, Bald. conſil. 337. columna penult. volum. 1. Dec. conſ. 36. n. 7. Caſſ. ad. dec. 13. de procurat.* & in puncto extat. *d. deciſ. Creſcent. 7. n. 4.* idque præſertim cùm fuerint

7 poſtea Capitula in Archivio publico civitatis reperta, *ad notat. in authent. ad hæc, C. de fide inſtrum. & bene conſiderat d. deciſ. Creſc. 7. num. 5.*

Non

Non obstat, quod Capitula necessariò non concludant approbationem istius dismembrationis, cum possint ad alia referri, quia cum non appareat, aliam concessionem fecisse Cardinalem Cosciam, præter d. dismembrationem, confirmatio, & approbatio est ad illam referenda, ut tradit *Bart. cons.* 196. *n.* 5. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 106. *num.* 166. *lib.* 2.

Non obstat, quod in Concilio Constantiensi fuerint annullatæ omnes dismembrationes, quia placuit responsio, quod ista dismembratio non fuit facta à Cardinali Coscia, uti Pontifice, quæ propterea non videtur comprehensa in d. revocatione, quæ loquitur de concessionibus factis ab iis, qui se gererent pro Pontificibus, vel essent verè Pontifices, ut habetur *in dec.* 355. *n.* 3. *par.* 2. *in recent.* & quod ista non fuerit revocata, suadetur ex observantia subsequuta, & exeo, quod per talem revocationem inferetur præjudicium Ecclesiæ Romanæ, cui communitates, per d. dismembrationem remanent immediatè subjectæ, quale præjudicium non est credendum, aliquo modo voluisse Patres Concilii.

Et ita decisum.

DECISIO LXXXVII.

Legatus de latere quam potestatem habeat in revocandis unionibus & privilegiis à Papa concessis.

Eminentiss. Ubaldo.

Majoricen. jurisdictionis. *In recent. Decis.* 171. *par.* 5.

Lunæ 15. *Maii* 1628.

SUMMARIUM.

1 *Legatus de latere potest dissolvere uniones pontificias, & dismembrare, subsistente justâ causâ.*

2 *Legatus de latere, etiam contra jus commune statuere potest.*

3 *Privilegio abutens, illo debet privari.*

4 *Civitas per rebellionem amittit omnia jura, & privilegia, per prius quæsita.*

5 *Vasallus, licet teneatur servire Domino in bello, tamen si subsidia ampla, & non ordinaria præstat, dignus est remuneratione.*

6 *Assertioni Cardinalis, junctis adminiculis, sufficienter creditur.*

7 *Rebellio qualiter probetur, n. 8.*

9 *Narrata ex cursu longi temporis præsumuntur vera, & justificata.*

DOmini confirmarunt hodie decisiones in hac causa factas, coram bon. mem. Bigratto, & coram me, in quibus fuit resolutum constare de dismembratione Card. Colsciæ, eamque suffragati communitatibus Medicinæ, Ganzanighæ, & Villæ Fontanæ, quia vera est conclusio in dd. decisionibus firmata, quod Legatus de Latere, prout erat d. Cardin. potest dissolvere uniones Pontificias, & dismembrare subsistente ju-
1 2 stâ causâ, cum tunc possit etiam statuere adversus jus commune, *c. fin. de transact. Abb. cons. 77. n. 4. vers. aut subest legitima causa, l. 2. Rom. cons. 428. incipit in terminis proposita consultationis n. 13. Gambar. de offic. & auth. Legat. de Later. l. 2. tit. de var. ord. n. 154. in fin. & l. 5. in tit. de potest. Legat. in unien. n. 153. & seq. Mandos. super reg. 19. q. 19. n. 16.*

In casu autem nostro fuit habita pro justa & sufficienti causa dismembrationis rebellio civitatis Bononiæ, & subsidia Sedi Apostolicæ præstita per communitates
3 pro illius recuperatione, nam sicuti rebellio præbebat causam auferendi privilegium
4 unionis civitati concessum, quia abutens privilegio, illo debet privari, *c. nit. de immun. Eccl. & c. Romana de sent. ex comm. in sexto*, & per rebellionem amittuntur omnia jura & privilegia per prius quæsita. *L. quisquis ubi omnes, C. ad Juliam Manes. Peregr. de jure fisc. l. 3. tit. 8. l. 6. & firmatur in decis. hac in causa facta coram me*, ita subsidia pro illius recuperatione præstita per dd. communitates, cum non fuerint ordinaria, sed ampla,
5 præbuerunt legitimam causam dd. communitates remunerandi, mediante d. dismembratione, quamvis alias essent subditæ Sedi Apostolicæ, ut in puncto voluit *Mynoch. in cons. 103. n. 71. vers. respondetur, & seqq. l. 1. & firmatur in d. decisione.*

Supradicta verò rebellio & servitia, quæ fuerunt causa dismembrationis, sufficienter remanent probata, non solum ex assertione ejusdem Cardin. Legati, junctis
6 adminiculis latè deductis in supradicta decisione, sed etiam ex historiis; nam Platina in vita Bonifacii IX. attestatur, quod Dux Mediolani recuperavit Bononiam absq; difficultate, & defensione civitatis, signum evidens rebellionis, & quod Cardinalis
7 Colscia postea d. civitatem obsedit, illamque redegit in potestatem Ecclesiæ existente militum Duce Brachio Fortebrachio Perusino, & quidem cum unio fuerit facta à Bonifacio IX. non est verisimile, quod eo vivente fuerit facta dismembratio à D. Car-
8 din. Colscia creatura ejusdem Bonifacii, nisi eo sciente, & consentiente, & nisi adfuisset supradicta causa rebellionis, & servitia respectivè ex parte communitatum, namaliàs facilis fuisset recursus ad eundem Papam, qui unionem concesserat. Concurrunt præterea, ut dixi, adminicula in decisione considerata, & desumpta ex attestatione *Crese.*
9 *dec. 7. de probat.* nec non ex capitulis anni 1411. in quibus eadem rebellio continetur,

& ex

& ex antiquitate, & cursu longi temporis, præsumitur vera, & justificata. *Seraph. dec.* 1433. *n.* 4. cætera fuerunt sublata in supradictis decisionibus, de quibus agitur.

Et ita utraque parte informante. &c.

Ad part. 3. Quæst. 9. *Additio.*

COnclusionem primam hujus quæstionis, scilicet quod generalis derogatio privilegiorum non comprehendat inserta corpori juris, intellige ut procedat, quandò dispositio derogans esset talis, quæ necesse habet expresè derogare juri communi, qualis est omnis dispositio facta per viam rescripti, secus verò si fieret per viam legis aut constitutionis, hæc enim semper tollit jus commune contrarium, etiam non facta de illo mentione, *c. 1. & ibi Doct. de const. in 6. Felin. in c. 1. n. 11. de rescript.* & eâdem ratione privilegium posterius satis derogat priori incompatibili in corpore juris inserto sine aliqua clausula derogatoria. *Innoc. in d. c. 1. n. 4. de rescript. Felin. in c. nonnulli n. 9. eod. tit. Bald. in l. item. lapilli n. 8. ff. de rer. divis.* quamvis lex vel privilegium posterius non omninò repugnans priori non tollat ipsum sine speciali derogatione; quo sensu Rota decidit Breve Leonis XI. cogens Patres Societatis ad solvendam vigesimam loco decimæ de quibuscunque terris, non comprehendere novalia, etiamsi in eo adessent clausulæ amplissimæ, quia cum in d. Brevi non fieret ulla mentio novalium in dispositiva, non poterant clausulæ derogatoriæ privilegiorum tollere privilegium exemptionis à decimis novalium insertum corpori juris. *in c. ex parte il. 1. de decim. vid. Rot. dec. 645. n. 5. par. 3. rec. & fusè Fagnan. in d. c. nonnulli præcipuè sub n. 41. de rescript.* ubi eleganter ait: derogationem privilegiorum, quæ potest referri tam ad inserta quàm ad non inserta, potius referri ad non inserta, sed si fiat lex specialis in materia, in qua adest privilegium in corpore juris clausum, tunc sicut ipsum jus commune, ita & privilegium in jure clausum satis tollitur generali derogatione.

De vi autem & effectu clausularum derogatoriarum vide latè *Gonzal. ad regul 8. glos. 63. per tot. Cardin. Tusch. concluf. 350. n. 6. lit. C. Rota coram Gregorio dec. 109. n 10. & in recent. dec. 666. n. 2. & 3 part. 1.*

DE-

DECISIO LXXXVIII.

Monachi & Religiosi omnes sunt exempti à solutione decimarum de novalibus, & huic exemptioni non censetur derogatum à Summo Pontifice per generalem derogationem, nisi expressa fuerit facta mentio.

R. P. D. Dunozetto.

Carthaginen. decimarum.

Dec. 644. par. 1. recent.

Lunæ 16. Februarii 1615.

SUMMARIUM.

1 *Religiosi & Monachi non tenentur solvere decimas de novalibus.*
2 *Dispositio literarum Apostolicarum & Brevis declarari debet à derogatione dictarum literarum.*
3 *Decimæ de novalibus an debeant solvi, quandò Pontifex sic statuit per verba universalia.*
4 *Decimarum appellatione generali non comprehenduntur decimæ novalium.*
5 *Privilegiorum derogatio non trahitur ad ea, quæ sunt inserta corpori juris.*
6 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*

1 ROta censuit R. P. Societatis Jesu non teneri ad solutionem decimæ, seu vigesimæ, de novalibus, quæ ipsimet propriis manibus, & sumptibus excolunt, cum enim non possit controverti ipsos esse religiosos, sequitur ipsos non esse obligatos solvere decimas de novalibus, cum omnes Religiosi ex dispositione *cap. ex parte, il primo, de decimis* fuerint exempti, quod privilegium indistinctè ad omnes religiosos, & Monachos extenditur, licet Adrianus Pontifex *in d. cap. ex parte*, utatur verbo,

verbo, ferè *tradit ibidem glos. & in c. commissum, in verbo Monachos. eod. tit. Hostien. in d. c. ex parte n. 4. Butr. n. 9. Anch. n. 3. Rebuff. de decim. q. 14. n. 45.*

Nec obstare visum fuit quod dicitur dictos Patres vigore Brevis fel. record. Leonis XI. fuisse coactos solvere vigesimam loco decimæ, quorumcuq; locorum, & bonorum, quæ nunc possident, quomodocunque, & undecunque ad eos pervenerit, aut pervenire potuerint &c. cum verbis, & clausulis amplissimis, sub quibus comprehendi novalia tradit *Soc. cons. 297. n. 5. l. 2 fusè Guttierez. cons. 5. n. 4.* qui multos cumulat 2 stante, quod in dicto Brevi leguntur derogationes amplissimæ quibusvis privilegiis & per viam legis generalis, & statuti perpetui, ex qua infertur derogatum huic privilegio concesso dictis patribus Societatis Jesu, tanquam Religiosis, cum dispositio Brevis declarati debeat ab ipsa derogatione. *Surd. cons. 453. n. 25. vers. id ipsum & n seq.*

Responderunt enim DD. verba illa generalia esse restricta per alia subsequentia verba, de quibus de jure, vel consuetudine decimæ solvi solent, quas mandat Papa illis Ecclesiis solvi, quibus alioquin circumscriptis privilegiis dictæ Societatis persolvi 3 deberent, ut legitur in dicto Brevi, & per consequens nullo modo comprehendi possunt decimæ ex novalibus, quas etiam dd. Patres tanquam Religiosi circumscriptis eorum particularibus privilegiis de jure communi persolvere non tenerentur, nec etiam de consuetudine, cum frustra in ea fiat fundamentum, nisi probetur. *C. 1. & ibi Doctores de const. in 6. l. 1. & ibi gl. & Doct. C. qua sit longa consuetud. Joan. Fab. in §. ex non scripto n. 20. Instit. de jur. natur.*

Considerant etiam DD. mentem fuisse Papæ sepelien. omnes differentias & lites natas inter Ecclesias, de quibus fit mentio in dicto Brevi, & dictos Patres Societa- 4
tis Jesu, ut ex integra Brevis lectura apparet, ex qua colligitur finalis causa & intentio disponentis. *L. fin. & ibi not. Bald. n. 4. in 1. oppositione ff. de hæret. instit.* certumque est nullum verbum in toto processu in Rota exhibito scripturisque productis coram Illustriss. Cardinalibus à Summo Pontifice deputatis legi de prætensione novalium, sed solum inter Partes ortam fuisse controversiam super solutione decimarum, à qua vigore privilegiorum particularium dicta Societas Jesu exemptam se asserebat, sicque non est verisimile voluisse Summum Pontificem obligare dd. Patres ad solutionem novalium, quæ à dictis non controvertebantur, cum peterent solum integram solutionem decimarū, sub quo generali verbo non comprehenduntur novalia. *C. cum contingat. c. tua de decim.* ex quibus concluditur, verba illa generalissima comprehensa in Brevi debere intelligi respectu quantitatis eorum, ex quibus solvenda sit de jure decima, & respectu modi acquisitionis, sive per donationem, emptionem, ultimam voluntatem, & similia: non autem extendi ad obligationem eorum, ad quæ de jure non tenebantur, nisi fuerint expressa: quandò enim verba generalia possunt se referre ad aliquid, salvâ ratione recti sermonis, nunquam trahuntur ad incogitata. *Surd. dec. 176. & 217.*

Quod ad generales derogationes attinet, placuit responsio data, indubitati juris
5. esse, dum lex, vel Princeps derogat simpliciter privilegiis universalibus, nullâ factâ specificatione, id non intelligi de iis, quæ sunt inserta in corpore juris. *Gl. in Auth. quas provincias, in versic. illic, in fin. C. ubi de crim. agi oporteat. quam ibi extollit & sequitur Bart. in secunda oppositione Bald. vers. 3 solutione, latè Felin. in c. 1. n. 12. & in cap. nonnullorum. 26. de rescript. fuit dictum in una Romana successionis de Girona 27. Junii 1574. coram Robustero.* Difficilius siquidem tollitur, quod est juris communis, quàm quod est juris specialis. *L. ejus militis ff. de test. milit.*

6. Ex quibus patet responsio ad id quod dicebatur pro parte Capituli, Papam dum exemit à solutione decimarum dictos Patres, quoad hortos, viridaria, & animalia eorum, à quibus jam erant exempti, ex dispositione dicti *cap. ex parte*, sicut Religiosi, voluisse ipsos obligare ad solutionem novalium, quia exceptio firmat regulam in contrarium in non exceptuatis. Fallit enim hæc regula quandò adsunt similes exceptuatis; trahi enim debent ab eodem ex paritate rationis. *Abbas in c. cum dilectus n. 7. de confirmat. util. vel inutil. cum multis aliis per informantes adductis*, quorum responsiones placuerunt DD. cum semper firmum remaneat hoc fundamentum, non posse dici illud Breve abstulisse jus quæsitum dictis Patribus, omnibus Religiosis concessum, &c. in corpore juris insertum, nisi appareat de expressa (non enim tacita sufficit, ex supradictis) Pontificis voluntate derogandi dispositioni dicti c. *ex parte*.

7. Verum quia pro parte Capituli dictum fuit sub prætextu novalium posse dictos Patres nimium dictis Ecclesiis præjudicium etiam in exactione vigesimæ loco decimæ inferre. Ideò DD. expressè declarant dictos Patres non posse prætendere exemptionem, nisi in novalibus, de quibus loquitur textus *in dicto capite ex parte, & in capite quid per novale, de verb. signific.* cui privilegio omnibus Religiosis concesso non fuit derogatum in dicto Brevi Leonis XI. cujus executioni in reliquis nullum præjudicium adferre voluerunt. Et ita utraque parte informante fuit decisum.

DE.

DECISIO LXXXIX.

Papa sciens inhabilitatem censetur tacitè dispensare, fallit tamen in duobus casibus hîc notatis. Clausulæ derogatoriæ quem effectum habeant.

R.P.D. Ludovisio postea S.D.N. Gregorio XV. *Inter impros. Ludovisii Decis. 108.*

Interamnen. bonorum.

Lunæ 5. Maii 1603.

SUMMARIUM.

1 *Milites Hierosolymitani sunt verè Religiosi, nec habent testamenti factionem.*
2 *Ampla etiam in milite non claustrali, & præfecto commendæ.*
3 *Præceptoriæ sunt beneficia manualia.*
4 *Monachus non redditur testabilis ex habitatione extra claustrum.*
5 *Monachus, etiamsi fiat Episcopus, non potest testari.*
6 *Tot dispensationes requiruntur, quot sunt obstacula.*
7 *Dispensare censetur Papa sciens inhabilitatem.*
8 *Hoc procedit non in cognitione personæ, sed in scientia in actu qui geritur, quæ sit expressa in privilegio, vel ex eo colligi possit.*
9 *Item non habet locum ista regula quando agitur de præjudicio tertii.*
10 *Derogatoria derogatoriarum quando censeantur sufficienter sublatæ.*

DOmini perstiterunt in resolutis, quia indubitatum est milites Hierosolymitanos esse intestabiles, quia non solum stabilimenta id expresse disponunt, sed etiam quia ut sæpius Rota resolvit, sunt verè religiosi, qui non habent facultatem testandi, *c. cum ad monasterium in fin. de statu Monach. late Franc. in rubr. de testam. in 6. n. 65.* 1

Non obstat quod Frater Ludovicus non esset claustralis, sed professus commendæ, & propterea haberet velle ac nolle *gl. in c. 2. in ver. religiosos de testam. in 6.* quia hoc 2

non procedit in his militibus, ut per *Mohedan. dec.10. de cau. poss. & propriet.* & alia
3 præceptoriæ non sunt beneficia perpetua, sed manualia, & ab illis possunt milites ad
nutum Magni Magistri amoveri, ut dicit ibi *Mohedan. & sæpius* Rota resolvit; ultra
4 quod habitatio extra claustrum non facit Monachum testabilem, ut videmus in Mo-
nacho facto Episcopo, qui testari nonpotest. *Gl. in c.1. & ibi Conarruv. de testam. Front.*
5 *in d. rubric. n.76.* stante autem inhabilitate personæ Fratris Ludovici ad testandum
non juvatur privilegio, quod tantùm habilitat ad disponendum de rebus Eccle-
sticis, & nihil disponit super incapacitate personæ, & tamen tot requiruntur habili-
tiones, quot obstacula. *Gem. conf.33. fuit dictum coram Sanctissimo in Pharen. persona.*
6 *& in Romana Palatii 5. Junii præteriti coram R.P.D. meo Sacrato.*

Non obstat clausula *omnibus & singulis*, quæ ostendit privilegium esse conce-
sum etiam singulariter, quia nihilominus non est magis latum, nec ulterius extenditur
in persona unius, quàm in persona alterius. Nec facit quod Papa sciverit habitum &
7 professionem Fratris Ludovici, ita ut propterea videatur dispensasse, quia regula non
procedit in cognitione personæ, sed in scientia in actu qui geritur, quæ sit expressa in
8 litteris privilegii, vel ex eis colligi possit. *Gl. in c. statutum in verb. litterarum de rescript.*
in 6. Natta. conf.420. n.22. Sarnen. in reg. de jure quæs. non toll. q.18. n.4. Nec habet lo-
cum, quandò agitur de præjudicio tertii, ut hîc religionis, cujus sunt bona. *Felin. n.4.*
cum inter n.4. in fine de except. Franc. in c. un. sub n.6. vers. hoc tamen fallit de excep.
9 *prælat. in 6. Sarnen. ubi sup. sub n.4.*

Domini etiam perstiterunt in ea sententia, quod facultas testandi, quatenus
d. privilegio esset concessa, esset sublata per constitutionem Pii V. nec relevant clau-
sulæ derogatoriæ derogatoriarum in privilegio appositæ, quia satis sunt sublatæ per
10 clausulas constitutionis, videlicet ibi: *etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specia-*
lis specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum &c. Federic. de Sen. conf.47. in
vers. & hoc intelligo verum Alexan. conf.7. n.17. l.4. Jason. conf.184. col.3. vers. item præ-
dicta fortius l.2. Paul. de Castro conf.206. n.1. vers. præterea ista mentio l.1. Joan. de Anan.
conf.56. n.3. præsertim accedente etiam clausula *pro expressis. Anton. Butr. Butr. sup.*
Mohedan. dec.1. de rescript.

DE-

DECISIO XC.

Agitur in hac decisione numquid per Regulam Cancellariæ octavam censeatur derogatum privilegiis religionis habentibus amplissimas clausulas derogatorias derogatoriarum in materia juris conferendi reservata.

R. P. D. Damasceno. *Decis. 666. par. 1. recent.*

Baren. seu nullius Archipresbyteratus.

Veneris 23. Januarii 1615.

SUMMARIUM.

1 *Papa antecessor non potest legem imponere successori.*

2 *Clausula* quorum tenores *latissimè extendenda operatur, ac si tenor litterarum fuisset insertus.*

3 *Papa revocans privilegium per viam legis generalis non tenetur revocationi inserere formulas speciales derogationis in d. privilegio appositas.*

4 *Papa potest revocare privilegia concessa de consilio Cardinalium, etiam sine novo eorundem Cardinalium consilio.*

5 *Privilegia emanata per viam legis nunquid comprehendantur sub regulis Cancellariæ.*

6 *Dispositionis substantia magis attendenda, quàm verba.*

7 *Clausula ex certa scientia in confirmatione posita habet vim novæ concessionis, dummodo Papa habuerit plenam notitiam.*

8 *Ignorantia Papæ præsumitur in his quæ sunt facti.*

9 *Confirmatio ex certa scientia non dicitur in forma communi.*

1 NOn placuit Dominis recedere à decisione in hac causa facta die 20. Junii 1614. Et ad illud, quod privilegia Religionis habeant clausulas derogatoriarum amplissimas, nempe quod illis non possit derogari, nisi de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, insertis, ac hujusmodi derogationibus consistorialiter factis, & per trinas distinctas litteras eundem tenorem continentes, tribus similiter distinctis vicibus magistro & conventui legitimè intimatis, & insinuatis, ac ipsorum magistri, & Conventus ad id expresè accedente consensu, & aliter factas non suffragari, fuit responsum: Aut ista deduci ad effectum ut Papa potuerit derogare, nisi servata dicta forma, & certum est, quod Antecessor nimè potest imponere legem successori, ut in istis terminis dixit *Rota apud me in causa Perusina pensionis* 13. *Januarii* 1614.

2 Aut verò deducuntur ad effectum voluntatis, ex quo non servavit dictã formulã, & respondetur, quod voluntas derogandi litteris, sub quacunq; forma concessis colligitur ex Regula VIII. ibi *nec non privilegia disponendi de hujusmodi beneficiis, &c. aut quod illa sub hujusmodi reservationibus nunquã comprehendantur etiam cum quibusvis derogatoriarũ derogatoriis, & fortioribus efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis deductis quorum tenores pro expressis habere, & latissimè extendi volumus quibusvis Collegiis, personis, & c. concessis adversus reservationem hujusmodi minus suffragari, &c.* Cùm enim Papa voluerit derogare quibusvis privilegiis cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, & fortioribus, & insolitis clausulis, satis derogavit contentis in dicto privilegio, quæ non sunt nisi derogatoriæ derogatoriarum cum clausulis insolitis, & efficacioribus, accedente maximè clausula, *quorum tenores, &c.* latissimè extendenda, quæ operatur perinde, ac si tenor dictarum litterarum cum derogatoriarum derogatoriis fuisset insertus in Regula. *Bald. in c. cum dilecta. sub nu.* 12. *vers. item ait de præscript. Butr. cons.* 2. *nu.* 6 *Jas. in l. fina. n.* 7. *C. si contra jus vel utilit. publ. Soranen. q.* 6. *n.* 8. *Cassad. decis.* 38 *super regul. vu.* 3. *Put. decis.* 89. *num.* 1. *lib.* 1. *Rota in Tolosana Annatarum* 19. *Junii* 1589. *coram bon. mem. Orano. & in Interamnen. bonorum* 4. *Martii* 1613. *coram Reverendiss. Bononien. cum aliis deductis in causa Venetæ pensionis* 6. *Februarii* 1612. *coram me.*

3 Aliàs si ista non sufficiunt, erit dicere, quod fuerit imposita lex Papæ, servandi illam formulam, cùm per verba generalia non possit clarius loqui, & prædicta ob ficlus procedunt, quando, ut in proposito, revocatio fuerit per viam generalis legis, quia ridiculum esset dicere, quod in illis Papa teneretur facere insertiones similium formularum *ad Felin. in c. accedentes, n.* 5. *de præscript. Faciunt tradita per Sarnen. in prim. regularum Cancellariæ, q.* 5. *Bald. in l. humanum, n* 4. *vers. sed dicit, C. de legib. Rom. cons.* 436 *n.* 21. *vers. respondes illud verum. Covarr. in rubr. de testam. par.* 2. *sub n.* 19. *vers. quantum nostræ, q. Cald. cons.* 11. *sub n.* 1. *de privil. Ripa cons.* 6 *n.* 2. *de constit. in* 6. *Cassad. decis.* 38. *n.* 8. *super Regula*, & in terminis regulæ octavæ latissimè comprobavit *Rota in causa Camerinen.*

raceu. Canonicatus 4. Julu 1579 coram bon. mem. Card. Lancell. & in Compsana juris patronatus, 3. Decembris 1604 coram R. P. D. Litta.

Circa illud motivum, quod privilegia sint concessa de consilio Card, unde cum eodem consilio debuerint revocari, fuit responsum, tale consilium minimè esse necessarium, ut latè probat *Abb. in c. 2. nu. 3. vers. nunquid autem de Cleric. non residen.* & de communi; & magis communi, *Jacob. de concil. l. 7. a. 5. n. 136.* & de communi quo ad ea, quæ non concernunt mutationem status universæ Ecclesiæ. *Alber. in rubr. C. de legib. n. 3. Gemin in C. super eo, n. 4. vers. communis conclusio est, de hæretic. in 6. Dec. in rubr. de constit. sub n. 2. vers. & quid sit, Crot. in repet. ejusdem rubr. n. 2. & 3. Germon. tract. de indult. Card. §. quod tu, Rom n. 56. & de veriori testatur prob. ad Monach. in d. C. super eo, n. 34. & 35. de hæretic. in 6. Troil. de canonic. Sanctorum, num. 33.* 4.

Ad illud, quod ista privilegia emanaverint per viam legis, ex quo Summi Pontifices in illis concedendis voluerunt esse tales, ut patet ex illis verbis ibi perpetuæ Constit. edicto &c. & etiam adsunt super hoc stabilimenta ipsius religionis materiam collationis diffinentia; ex quibus infertur, quod cùm ista privilegia emanaverint per viam legis, non comprehenduntur sub regulis Cancellariæ ut in *Trasonen. Vicariæ 13 Octob. 1595. coram bon. mem. Litta*; fuit responsum illam decisionem loqui in terminis constitutionis Pii Papæ V. super Vicariis *ut in Bullario constit. 46. in ordine.* quæ quidem Constitutio est generalis, unde nil mirum, si non cadit sub Regulis Cancellariæ, quæ in hac materia non tollunt leges generales, sed speciales seu privatas, ut patet in verbis Regulæ octavæ ibi *consuetudines etiam immemorabiles optandi, &c. privilegia & indulta &c.* Leges autem generales non possunt dici Constitutiones Pontificis ad favorem religionis, nec minus stabilimenta, cùm respiciant unum tantum corpus; unde respectu regularum Cancellariæ, quæ sunt generales, & tangunt omnes, ista pro specie reputantur. *Decian. consil. 382. numer. 4. Prob. ad Monach. in C. cum personæ, numer. 6. de privileg. in 6.* & quod Papa in Regula octava voluerit derogare istis legibus specialibus, probatur ex eo, quod derogaverit consuetudinibus optandi, quæ quidem consuetudines respectu inducentium possunt dici leges, ad tradit *in cap. consuetudo, distinctione prima. Innocentius in cap. certificari, de sepult. Abb. in rubric. de constit. numer. primo. §. ex non scripto, instit. de jure nat. gent. & civ. Iason in l. de quibus ff. de legib.* 5.

Non obstat quod Papa in istis privilegiis usus fuerit verbo Constitutionis, quia non attenditur nomen, sed ipsa rei substantia. *C. sedulo, distin. 38. C. intelligentia, ubi glossa in verb. rei est sermo, de verb. signif. l. quoniam indignum, C. de testam. Paris. consil. 62. numer. 35. lib. 3.* ultra quod nomen Constitutionis non est ita generale, quin possit accommodari ad negotia privatorum, ad tradita per *Abb. in rubr. de constit. num. 2. Bartol. in l. omnes populi, num. 53. ff. de justit. & jure, Marcambr. consil. 262. num. 25. & seqq.* 6.

Ad

7 Ad illud quod privilegia Religionis fuerint à S. D. N. post regulam confirmationis cum clausula ex certa scientia, quæ importat novam concessionem. *C. si apostolice, in glos. verb. confirmamus, de præbend. in 6.* fuit responsum, verum quidem esse, quod Papa habuisset plenam notiam privilegiorum Religionis, & signanter super jure conferendi, & quod privilegia religionis non debeant cadere sub reservationibus Apostolicis, posset dubitari, quod Papa confirmando voluerit illa convallidare, etiam cum derogatione regulæ octavæ; sed difficultas esset an Papa habuerit plenam notiam in hoc casu, prout requiri demonstrat textus in illis verbis ibi: nosque possimodum plena de his facta narratione. Et tradunt *Bartol. in l. fin. col. penult. vers. dicas iam, C. sent. rescin. non posse, Alex. cons. 23. numer. 12. lib. 5. Castren. cons. 84. in fine lib. Decius cons. 142. num. 7. Gozadin. cons. 5. num. 14. & 15.*

8 Quod autem non habuerit in hoc casu, patet ex lectura confirmationis, qua nihil de jure conferendi dicitur, & præsumitur ignorantia eorum, quæ sunt facti. *C. præsumitur de reg. jur. in 6. glos. in l. versus ff. de probat. Paris. consil. numer. 132. lib. 1.* quia non fuisset narrare Papæ quod religio haberet jus conferendi, nisi expressisset hæc qualitas, quod in privilegiis contineatur hoc, quod beneficia deberent cadere sub reservationibus Apostolicis, quia non censeretur Papa sub in volucro verborum sibi voluisse præjudicare, *ad Bald. in cap. veniens, numer. 4. versic. sed quid si princeps de jure jur. cum aliis per aliam decisionem allegatis.* sicut nec minus sub generalitate verborum præsumitur voluisse derogare Regulis Cancellariæ, *ut per Sarnen. in promio regul. quæst. 5. num. 2. Felin. in cap. nonnulli num. 7. de rescript.* cum aliis in prædicta decisione allegatis. Quinimo ex proëmio confirmationis, & aliis ponderatis in dicta decisione apparet, quod Papa non intendebat confirmare privilegia Religionis, nisi circa exemptionem à decimis, & facultatem uniendi, & nec illa quidem revalidare, quatenus nulla, vel revocata fuissent, sed tantum roborare, ut patet in illis verbis ibi, *ut ipsa privilegia firmius subsistant, quo sapius confirmata exstiterint.*

9 Non obstat, quod in confirmatione adsit clausula ex certa scientia, quæ dicit, ut non possit dici confirmationem esse in forma communi, ex allegatis, quia respondetur, posse quidem clausulam operari quoad exemptionem à decimis, & facultatem uniendi, quæ specialiter fuerunt expressa, secus quoad prærogativilegia conferendi maximè in mensibus reservatis, quæ Papæ non fuerunt expressa, & de quibus non apparet Sanctitatem suam habuisse notitiam. *Abb. in cap. 1. numer. 6. versic. & dicitur ex certa scientia de confirmat. util. vel inutil. Alex. consil. 123. numer. 19. & 22. Paris. consil. 3. numer. 46. & 47. libr. 4.* quæ jura magis procedunt de pleno, quoad ea, quæ de facili non conceduntur, & sunt præjudicialia ipsi concedenti, ut est jus conferendi beneficia reservata, quia ista requirunt majorem & clariorem expressionem quàm alia *ad Bald. in cap. veniens de jurejurand. cum aliis supra allegatis, &c.*

Ad

Ad part. 3. Quæst. 12. & 13. Additio.

NOn suffragari præscriptionem contra exemptos nisi data scientia & patientia Papæ, cui exempti sunt immediatè subjecti, decisum fuit *coram Seraphino decisione* 1025. *numer. vigesimo tertio.* imo etiam requiri scientiam ac patientiam ipsorum exemptorum ad hoc ut ipsis præjudicetur, dictum fuit *coram Mantica decisione* 40. *numer.* 9. *& coram Bichio decisione* 100. *numer.* 7. *& in recent. decis.* 274. *num.* 9. *par.* 17.

Quo vero ad non usum privilegii tenendæ sunt tres declarationes. Prima: privilegium non amittitur per non usum, nisi hic simul implicet contrarium usum. *Gabriell. consil.* 78. *numer. decimo & seqq. libro secundo. Menoch. consil.* 201. *numer. sexagesimo sexto & seqq. Rota coram Bichio decis.* 57. *nu.* 10. *&* 12. *& in recent. decis.* 285. *num.* 15. *part.* 15.

Secunda. Non usus etiam habens implicitum contrarium usum non sufficit ad tollendum privilegium, quando actus contrarii habent causam æquivocam; unde post Concilium Tridentinum actus visitationum ab Episcopo factarum non lædunt exemptionem, cùm possint referri ad jus delegatum ex eodem Concilio. *Rota decis.* 447. *num.* 4. *par.* 1. *recent. & decis.* 313. *num.* 14. *par.* 9.

Tertia. Stante hodie communicatione privilegiorum inter Regulares privilegia concessa Ordini non tolluntur etiam per non usum longi temporis, quia sufficit usus unius Religionis. *Rota decis.* 285. *numer.* 17. *part.* 15. & multò magis sufficiet usus unius Monasterii ejusdem Religionis ut *in decis.* 704. *numer.* 10. *& seqq. coram Buratto.*

* * *
* *
*

DECISIO XCI.

Manuteneri non debet Episcopus in jurisdictione, quando inferior docet de antiquissima possessione cum privilegio non obstantibus contrariis actibus æquivocis pro Episcopo.

Inter recent. decis. 447. par. 1.

R.P.D. Coccino.

Theatina jurisdictionis de Atissa.

Lunæ 12. Decembris 1612.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus habet fundatam intentionem in locis suæ diœcesis quamvis inferior allegaret immemorabilem fallit. ut num. 5.*

2 *Privilegium concessum ab Episcopo absque consensu Capituli an valeat.*

3 *Manutentio non datur Episcopo ubi inferior allegat possessionem & privilegium.*

4 *Visitationes ab Episcopo factæ post Concilium Tridentinum non arguunt aliquam jurisdictionem, cum possint fieri vigore Concilii.*

1 Licet locus Atissæ sit intra limites diœcesis Theatinæ juxta resolutiones in hac causa factas, ut propterea Reverendiss. Archiepiscopus habeat intentionem fundatam de jure ut in *cap. omnes Basilicæ, 16. quæst. 7. Rom. cons. 180. num. 4. vol.* habet enim, *Federic. de Senis cons. 145. num. 6. ante fin. vers. unde si aliquis.* etiam ad effectum manutentionis ut *in c. cum persona, de privil. in 6.* & tanto magis in criminalibus & matrimonialibus vigore Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 20. §. ad hæc de reform.* ex cujus sententia sacra Congregatio censuit, quod etiamsi inferior alleget immemorabilem, nihilominus ordinarius debeat manuteneri, donec de ea per tres sententias conformes cognoscatur.

2 Tamen Rota in casu, de quo agitur, censuit Præposito Atissano dandum esse mandatum de manutenendo, quoad cognitionem causarum civilium, matrimonialium, & criminalium. Quia nedum constat de possessione d. Præpositi, verùm etiam docet de privilegio sibi concesso usque de anno 1118. à tunc existente Episcopo & Capitulo Theatino, subscripto ab ipsomet Episcopo, quod privilegium cùm fuerit

datum

datum ante Paulinam de consensu Capituli, absque dubio suffragatur. *cap. 2. & cap. cum nos, & c. tua de his quæ fiunt à Prælat. C. pastoralis, in fine de donat. Federic. de Sen. cons. 111. numer. 3. vers. nam cum in tali, & fuit dictum in alia Theatina jurisdictionis 26. Martii præteriti coram R. P. D. meo Cavalerio.* Ultra quod ex observantia subsecuta nempe ex solutione Bizantii, de quo in d. privilegio, & ex cognitione causarum, quatenus Beneplacitum Apostolicum esset necessarium, esset præsumendum. *Gonzal. ad reg. 8. glos. 12. num. 76.*

Unde sequitur, quod cùm Reverendiss. Archiepiscopus nitatur sola dispositione 3
juris communis, Præpositus autem alleget possessionem & privilegium, procul dubio Præpositus sit manutenendus, & habetur *in d. C. cum persona, ubi Anchar. nu. 2. Gemin. in § fin. circa finem, & ibi etiam Franc. num. 2. & 3. & dixit Rota in Salamantina jurisdictionis, 17. Decemb. 1582. coram Cardin. Seraphino, & in Aquilana jurisdictionis 30. Maii 1670. coram R. P. D. meo Pamphilio.*

Neque obstant visitationes datæ pro parte Reverend. D. Archiepiscopi, quia nulla 4
visitatio datur ante Concilium Tridentinum, illæ autem quæ dantur, sunt post dict. Concilium; unde cùm non constet illas fuisse factas jure ordinario, vel vigore Concilii, ista probatio tanquam dubia non relevat D. Archiepiscopum *cap. in præsentia de probat.* & in puncto fuit resolutum in d. Aquitanen. in qua dicitur, quod non deceatur de visitationibus ante Concilium, verisimile erat, quod fuissent factæ vigore Concilii, allegando in argumentum. *text. in l. quadam mulier, ff. de rei vindic. & in l. 2. ff. de acquir. possess.*

Non obstat dispositio Concilii Tridentini & declaratio Illustrissimorum Inter- 5
pretum, quia licet verum sit, quod, dum cognoscitur super immemorabili per tres conformes, Ordinarius debeat manuteneri; tamen quidquid sit, an Concilium procedat in Decanis & aliis dignitatibus in eadem Ecclesia tantum, vel etiam in aliis inferioribus Ecclesiis, in quibus non habere locum dispositionem Concilii censuit *Rota in Salamant. jurisdict. 1. Julii 1606. coram Ioanne Aldobrandino, & in Burgen. jurisdict. 16. Decemb. 1594. coram Orano*; quia postmodum non fuit facta ista distinctio *coram me in causa Baren. jurisdict. & in alia Theatina jurisdict. coram R. P. D. meo Cavalerio*, decisiones Concilii videntur indistinctè loqui, & propterea quidquid sit de hac responsione, firmiter fuit dictum, quod declarationes Concilii loquuntur, quando agitur super immemorabili tantum, hic autem docetur de privilegio, & de antiquissima possessione. Unde nisi aliud censuerit Sacra Congregatio, placuit Dominis dispositionem sacri Concilii esse intelligendam quoad manutentionem dandam inferiori, qui docet de privilegio & possessione secundùm terminos. *cap. cum persona, de privil. in 6.* Et ita concluſum.

DECISIO XCII.

Moniales S. Claræ, quarum annui reditus non excedunt valorem 25. ducatorum auri de camera pro qualibet moniali, exemptæ sunt à decimis ex speciali privilegio Gregorii XIII. & an hujusmodi privilegium amittatur per non usum vel contrarium usum.

Inter impressas Buratti decis. 704.

R. P. D. Buratto.

Conchen. decimarum S. Clementis.

Veneris 12. *Maii* 1623.

SUMMARIUM.

1 *Monasteria monialium tertii Ordinis S. Francisci ac eorum bona quæcunque sunt penitus ab omnibus decimis & collectis exempta.*

2 *Exemptio à decimis debet continere derogationem* cap. nuper de decim.

3 *Negativa probatur per testes coarctantes etiam virtualiter tantum.*

4 *Oeconomi seu collectores deponentes de redditibus Ecclesiæ prævalent aliis.*

5 *Moniales non ideò probantur esse divites quod ædificaverint.*

6 *Nec ex receptione aliquarum sine dote, si potuit subesse alia causa recipiendi.*

7 *Expensæ & oneraquæ sunt extra victum & vestitum monialium, deducenda sunt ad probandam monasterii abundantiam vel paupertatem.*

8 *Præscriptio quadragenaria sufficit contra Ecclesiam.*

9 *Privilegium Ordinis non admittitur per non usum unius tantum monasterii.*

10 *Privilegium non amittitur per non usum vel per præscriptionem, quando in eo adest decretum irritans vel prohibitivum.*

11 *Privilegium exemptionis à decimis amittitur per solutionem per 40. annos factam.*

12 *Privilegium amittit privilegiatus per non usum, quando per eum stat quominus privilegio utatur.*

Fuit

FUit per Dominos resolutum, privilegium exemptionis decimarum concessum per S.mem. Gregorium XIII. Monialibus Assumptionis B. Virg. suffragari; fundamentum fuit, quia casus exemptionis litteraliter legitur in d. privilegio, & auctoritas concedentis controverti non potest, tantò minus voluntas, cum verba sint clara, ut ex lectura d. privilegii confirmantis, imò de novo innovantis privilegia Sixti IV. Leonis X. Clementis VII. & Pauli III. prædecessorum, & declarantis Monasteria Monialium tertii Ordinis S. Francisci, ac eorum bona quæcunque esse penitus libera, ac exempta ab omnibus decimis, primitiis & collectis, cum clausula, *sublata* decreto irritante, & aliis derogatoriarum derogatoriis, pro quibus privilegiis Rota resolvit *in Zamoren. exemptionis decim. quæ est Seraphini* 951. *& in Cochen. decim. coram Orano* 30. *Januarii* 1589. *impressa par.* 4. *divers. dec* 240. *ac aliis duabus decisionibus in eadem causa factis coram eodem* 17. *Martii &* 17. *Maii ejusdem anni* ad favorem Monialium Conceptionis dicti Ordinis civitatis Conchen. contra Capitulum & Rectores tunc adversarios, super quibus fuit pro Monialibus lata sententia Rotalis confirmatoria duarum conformium in patribus latarum, illaque executa, ut patet ex executorialibus à Rota concessis 10. Junii 1589. in processu productis, *& latè Roderic. q. regul. tom.* 2. *q.* 44. *art.* 5. *& tom.* 3. *q.* 74. *art.* 16. ubi registrat etiam d. privilegium S. mem. Gregorii XIII. 1

Verum quia contra d. privilegium plura opponebantur, ideò sigillatim fuit illis, ut infra, responsum. Ad primum, quod careat derogatione dispositionis concilia- 2
ris *c. nuper de decim.* quæ debet esse individua, ut fuit dictum in *Valentina decimar.* 28. *Novembris* 1603. *coram Card. Lancelloto* responsum fuit, imò fuisse illi sufficienter derogatum, ut in puncto fuit resolutum *in d. Conchen. decim.* 17. *Martii* 1589. *coram bon. mem. Orano confirmata dicta die* 17. *Maii ejusdem anni*, de qua derogatione fuerat ordinatum, ut particulariter videretur, *ut in d. dec.* 240. *par.* 4. *divers. in fine* cum quibus & earum rationibus Domini transierunt.

Ad secundum, quod non sit verificata narrativa dicti privilegii, videlicet, quod singulæ Moniales non habeant congruam ducat. 25. auri de camera singulis annis, & sic extensio privilegii Pauli III. de duc. 16. ad 25. respondebatur, dictam narrativam esse justificatam ex depositionibus 11. testium in prima instantia examinatorum coram provisore Conchen. optimè concludentium super quarto, & quinto articulo de summa inopia dicti Monasterii, de ære alieno, quo est gravatum: qui benè sunt informati, cum plerique fuerint œconomi, & administratores, qui dicunt, in prædicto Monasterio semper adesse ad minus numerum 60. Monialium ultra famulas, & personas necessarias pro servitio Monasterii, annuumque redditum non excedere ducatos mille illarum partium, prout etiam affirmant testes Capituli super quinto videlicet 23. 24. 27. & 28. & sic apparet, quamlibet Monialem non habere congruam ducatorum 25. auri de camera propter solitum valorem ducatorum, & numerum prædictarum Monialium prout etiam deponunt in specie ex prædictis testibus Monialium

lium 4.5.6.8.10. & 11. *in summario num.2.* quorum præcipuè 6. optimè coarctat ne-
3 gativam, prout cæteri, quamvis directè super illa non deponant, sed virtualiter, cum fuerint administratores, & optimas reddant rationes. *Parisc. cons.162. numer.14. lib.4. Surd. consil.196. num.65. Farinac. de testib. quæst.65. num.229. & fuit dictum in Cusentina pensionis coram Litta apud Marches. de commiss. tom.1. pag.629. cum relatis per Ad-*
4 *den. ad decis. sanctissimi 325. num.27.* quorum testium depositiones vilæ sunt Dominis prævalere testibus Capituli, cum sint magis & melius informati, *ut in dicta decis. Seraph.951. num.7.* & meliores rationes assignent, quàm dd. testes Capituli, qui generaliter deponunt de auditu, & non sunt de qualitate, & quantitate redditum informati, ut ex lectura eorundem facilè liquet: & qui etiam omnes fundantur præcipuè eâ ratione, quia Moniales fabricarunt satis amplum ædificium pro Ecclesia, & habitatione, quod non fecissent, nisi essent divites; quæ ratio est valdè frivola; quam ultra quod vigesimus quartus ex eisdem testibus deponit, quod hujusmodi fabrica fuit illis necessaria ob angustiam domus, & Ecclesiæ, nec indè infertur, quòd Mo-
5 niales sint divites, cum potuerint ædificare ex piorum oblationibus, & eleëmosynis, prout quotidie videmus in Urbe: sicut etiã est frivola alia ratio, quod receperint du-
6 as Moniales sine dote; quia hoc non probatur, & quamvis fuissent receptæ sine dote, id fuit ratione peritiæ cantus in choro necessarii: aliàs enim semper recipiuntur cum dote solita, ut deponunt testes Capituli *Summ. Monalium.n.3.* quod sufficit, ne dicantur receptæ in fraudem Capituli, *Seraph.d.dec.951.n.6.* neque exindè inquireretur, quod haberent congruam ducatorum 25. de camera pro qualibet, & nihilominus si deducerentur expensæ necessariæ pro servitio, & reparatione Ecclesiæ & conservatione redditum, & aliæ quæ sunt deducendæ, ut per *Seraph.dec.677.n.2.*
7 utique apparebit redditum etiam fore minorem, quàm testes deposuerint.

Ad tertium, quod privilegium esset amissum per non usum, nedum decen-
8 lis, sed quadragenariæ præscriptionis, quæ sufficit contra Ecclesiam juxta notata *per gl. in cap. cum accessissent, verb. melius videtur, & ibi omnes, de constit. & in cap. accedentibus de privileg. Ruin. cons.163. in fin. vol.5. Gabr. cons.162. in princ. lib.1.* Responsum fuit non adesse cursum quadraginta annorum necessarium contra Ecclesiam, & ordinem Monialium S. Claræ, cui fuit concessum privilegium, ut est text. *in d. cap. accedentibus, & ibi post glos. DD.* & idem notatur communiter *in dicto cap. cum accessissent & ibi Doct.* quia tempus hoc non intervenit, cum privilegium Gregorii fuit concessum de anno 1581. & lis cœpta à Monialibus de anno 1616. secundo, quia equali possessione exemptionis aliorum Monasteriorum ejusdem Ordinis fuit conservatum jus dicti privilegii huic Monasterio, ad instar patronorum, quam conclusionem approbavit *Rot. in dd. duabus decis. Orani, & coram Seraph. dicta decis. 951. num.1. & 2.* Tertiò, quia non potuit amitti per non usum, stante decreto irritanti prohibitivo, de quo infra, quod tollit præscriptionem, cum constet de intentione Principis, cui de-

roga-

rogari non potest, *ut ex Archid. Joan. And. & Gem. Felin. in d. c. cum accessissent n. 30. vers. quartò limita, qui allegat. dec. Rotæ q. 3. de privil. in antiq. Ruin. cons. 228. n. 11. in fin. l. 1. Menoch. præsumpt. 41. l. 6. n. 10. & tenuit Rota in eadem dec. 240. parte 4. divers.*

Ad quartum, quod privilegium fuit amissum per contraventionem, quia Mo- 11
niales solverunt decimas ultra 40. annos juxta notata *per DD. cap. cum accessissent, & accedentibus.* Respondebatur primò non constare de solutione quadragenaria facta per Moniales post privilegium Gregorii, quia non effluxerunt quadraginta anni à die concessionis usque ad diem motæ litis, neque ante dictum privilegium; nam licet de terris à Monialibus nunc possessis fortè fuerint solutæ decimæ ultra quadraginta annos; testes tamen concludenter non probant; quia deponunt terras prædictas fuisse quondam Isabellæ dictæ pediala, quæ illas possedit usque ad obitum, & in illis Monasterium hæredem instituit: neque testes percutiunt tempus, à quo Moniales illas ceperint possidere, ut proprias, ita ut præscriptionem contra Moniales probare possent; qui testes alias terras, exceptis prædictis, sic uti supra relictis Monasterium possidere nesciunt, ut deponunt *Summario cap. n. 3.* & nihilominus propter supervenientiam privilegiorum Pii V. & Gregorii XIII. & usum aliorum Monasteriorum ejusdem Ordinis fuit interrupta quælibet prætensa præscriptio, ut in dictis decisionibus *Conchen. supra relatis.* Secundò nec dicto decreto irritanti impediente, posse per contraventionem privilegio derogari, ut latè *per Felin. Ruin. Menoch. & Rot. suprarelatos.* Tandem videbatur probandum pro capitulo, quod post privilegium Pauli III. loquens de ducatis 16. & aliud Gregorii XIII. de ducatis 25. Moniales de 12
tempore prætensæ solutionis decimarum non habuerint dictam congruam ducatorum 16. & respectivè 25. privilegium enim non amittitur, nisi quandò illud habens est in causa privilegii, & per eum stat, quo minus eo utatur, ita ut exindè resultet ejus negativa. *Gl. fin. in cap. Abbate de verb. signif. ubi Butr. n. 24. vers. 2. Abb. n. 18. & alii. Surd. cons. 419. n. 27. & 28.*

Et ita decisum utrâque parte informante.

DE-

DECISIO XCIII.

Exemptio Monasterii seu Ecclesiæ à jurisdictione ordinarii ex quibus probetur, & an exemptus possit huic privilegio renunciare, seu illud amittere per non usum & negligentiam.

R.P.D. Celso. 50. per. 10. recent.

Gandaven. Exemptionis.

Veneris 10. *Maii* 1647.

SUMMARIUM.

1 *Exemptio Ecclesiæ resultat ex privilegio Pontificis declarantis illam sub jure Sedis Apostolicæ existere.*
2 *Amplia quamvis in d. privilegio non esset facta mentio Ordinarii.*
3 *Renunciatio extorta per vim & metum nullius est roboris vel momenti.*
4 *Exemptus non potest sine consensu Papæ renunciare privilegiis Apostolicis, & num. 5.*
6 *Renunciatio exemptionis an sustineatur in præjudicium renunciantis, & n. 8.*
7 *Exemptio respicit non solum favorem exempti sed etiam eximentis.*
9 *Jurisdictio ab Episcopo exercita non potest præjudicare juribus Sedis Apostolicæ.*
10 *Exemptionis privilegium non amittitur per non usum exempti, quando non adest decretum irritans.*
11 *Privilegium posterius derogat cuicunque constitutioni anteriori.*
12 *Ordinario non competit jus visitandi loca & monasteria exempta, in quibus regularis observantia exercetur.*

EXistentibus Monasteriis tam Fratrum quàm Monialium SS. Salvatoris Ordin. S. Birgittæ Teneramundanæ in pacifica possessione exemptionis ab auctoritate & potestate Episcopi Gandaven. ordinarii, contendentis eadem monasteria nec non personas, & bona illorum jurisdictioni suæ esse subjecta, fuit per Signaturam Sanctissimi commissa causa Eminent. Card. Panzirolo tunc Rotæ Auditori, in cujus locum

locum suffectus, dubitavi an constaret de omnimoda exemptione & libertate à jurisdictione Ordinarii: & Domini in contumaciam Episcopi negligentis comparere, informantibus tantùm Monialibus, Fratribus & Confessario, affirmativè responderunt, moti ex amplissimis privilegiis & indultis Summorum Pontificum Bonifacii IX. Joannis XXII. Pauli II. & Leonis X. datis in *Summ. n. 2. 3. 4. & 5.* ex quibus apertissimè constat dd. Monasteria, Abbatissam, Moniales & Confessarium, nec non bona quæcunque tam præsentia, quàm futura esse prorsus exempta & immunia ab omnimoda ordinariorum, & aliorum quorumcunque jurisdictione, auctoritate, potestate, dominio, visitatione & correctione, & sub jure, proprietate ac protectione D. Petri eque S. Sedis fuisse susceptа; ex cujus amplissimæ concessionis forma clarè resultat omnimoda & totalis exemptio eorundem Monasteriorum à jurisdictione Ordinarii, juxta text. *in c. si Papa & in cap. cum persone de privil. in 6. Innoc. in cap. veniens n. 7. vers. libertate de verb. signif. Angel. in summ. verb. exemptus n. 2. Tabien. n. 4. Decius cons. 113. n. 6. vers. & in isto privilegio & n. seq.* ubi ampliat, etiamsi non fuerit facta mentio de jure Ordinarii, quod etiam voluit *Chockier de jurisd. ordin. par. 1. q. 11. à n. 5. vers. nec erat necesse usque ad fin. Mascard. de probat. concl. 713. num. 1. & 2. Antonin. var. resol. l. 3. resol. 4. n. 1. Barbosa de potest. Episc. allegat. 123. n. 11. vers primo si Pontifex, & n. seq. Rota in Brundusina jurisdictionis 9. Februarii 1579. coram Bubalo & coram Seraphino dec. 1025. per tot.* 1

Nec obstare visum fuit, quod Abbatissa & Moniales, nec non Fratres & confessarius renunciaverint privilegiis prædictis subjiciendo se & bona sua jurisdictioni ejusdem Episcopi; nam ultra quod hujusmodi renunciatio extorta fuit per vim & metum, ut firmatum fuit *in præsenti causa sub die 29. Aprilis 1641. coram Eminentissimo Panzirolo*, & propterea nullius est roboris & momenti. *tot. tit. ff. & C. quod met. causa Bartol. in l. §. 2. n. 4 ff quar. rerum act. non datur. Calderin. cons. 1. de renunc. Roland. cons. 100. n. 112. & seqq. l. 4. & firmatum fuit in Posnanien. Abbatiæ 15. Junii 1646. coram me.* 2

Adhuc dicebant Domini renunciationem prædictam non sustineri, ex quo non potest exemptus sine consensu Pontificis, cui immediatè subjectus est, renunciare privilegiis Apostolicis, & jurisdictionem alterius prorogare text. est expressus *in c. cum tempore de arbit.* ibi: cum etsi spontè volueris, de jure tamen nequiveris sine licentia Romani Pontificis renunciare &c. notat ibi *Abb. n. 2. idem Abb. in c. significasti. n. 8. in fine vers. concludo ergo & n. 9. de foro compet. Castren. cons. 431. n. 3. vers. quod autem l. 1. Ferret. cons. 102. num. 17. & 18. Gaill. pract. observ. l. 1. observ. 40. à n. 1. per tot. ubi num. 5.* reddit rationem, quia interest superioris, ne subditus ab alio judicetur, *Roderic. quæst. regul. tom. 1. q. 36. art 5. col. 1. vers. præterea facit. Mandos. de signat. grat. §. exemptiones, v. exemptus à jurisdictione. Sanch. in decal. l. 4. c. 39. n. 29. vers. prima negat. Modern. de jure. Abbatiss. & Monial. disp. 17. q. 4. n. 2. & seqq. & in puncto firmavit Rota dec. 456. num. 10. 14. & seqq. & decis. 461. num. 20. & seqq. par. 5. recent.* 3

6 Et quamvis *glos. fin. in d.cap.cum tempore de arbitr.* firmet sustineri renuntiationem in præjudicium renunciantis, licet secus in præjudicium superioris, nihilominus quicquid sit de hujusmodi opinione, quam in terminis exemptionis reprobat
7 *Abb. in eodem cap.cum tempore n.7.* eâ ratione, quia privilegium exemptionis respicit non solum favorem exempti, sed etiam eximentis, quorum jus taliter est conjunctum, & connexum, ut dividi, ut separari non possit, & firmavit etiam *Rot.dec.456.n.11.& tribus seqq.& dec.461.ánu.24.par.5.recent.*

8 In omnem casum non procedit in exempto immediatè Sedi Apostolicæ subjecto, ut advertit *Felin.in cap.P & G.num.13.vers.& intelligo de offic. & potest.jud.deleg.Rota coram Seraph.dec.595.num.7.vers.cum enim isti, & coram san.mem. Greg. XV.dec.225.n.23.ibique Add.num.29.*

Exceptio verò præscriptionis in partibus alias deducta nullo modo meretur allegari, tum quia illa non justificatur in facto prout necessario esset justificanda, tum etiam quia dum in contrarium, constat de quasi possessione exemptionis, quæsita per Fratres, & Moniales, cessat quæcunque præscriptio prætensa per Epis-
9 pum circa exercitium jurisdictionis, quæ in omnem casum non relevaret, cum non possit præjudicare juribus Sedis Apostolicæ. *per text.in c. ad audientiam in fine, ubi Abbas n.12.& Felin.n.17.de præscript. Auth.quas actiones C.de sacros.Eccl. Rota coram Seraphin.dec.1024.n.22.vers.præter has,& n.23.*

Præsertim attento decreto irritanti in præfatis indultis Apostolicis apposito propter quod inficitur, quicquid in contrarium gestum fuerit, tam quoad titulum, quàm quoad possessionem, adeò ut per negligentiam, & non usum, nullum fuerit eisdem Monasteriis præjudicium illatum, *ut post Archidiac. & alios probat. Felin.ut cum accessissent n.30.vers.4.limita de constit. Rot.dec.3.de privil.in antiq.& dec.240.n.4. par.4.diu. & coram Buratto dec.704.n.10.vers.3. quia.* Et fortius vigore constitutionis san.mem. Urbani VIII. editæ sub die 5. Junii 1641. *incipien. Romanus Pontifex &, nec non reliqua omnia.*

Minus relevat, quod juxta regulas ejusdem Ordinis *in cap.26.* constituatur Episcopus tam Sororum, quàm Fratrum dictorum Monasteriorum Pater, ac visitator,
11 nec non etiam judex in omnibus causis, quia cum postea supervenerint privilegia exemptionis à Bonifacio IX. & aliis Pontificibus concessa, per quæ omnis jurisdictio Ordinario competens in personas, & bona hujus religionis, sublata fuit, utique dubitari non potest, quin fuerit derogatum dispositioni ejusdem *reg. per text. in c.1. de constit.in 6. Rota coram Greg.XV. dec.267.n.9.*

12 Demum ad id quod dicitur ex dispositione Concilii Trident. competere Ordinario jus visitandi Monasteria, & loca exempta, placuit pro nunc DD. responsio aliàs data in decisione Eminentiss. Card. Panziroli, nempè dispositionem prædictam non habere locum in illis Ecclesiis & Monasteriis, in quibus regularis observantia

exact-

exercetur, ut apparet ex verbis ejusdem Conc. *sess.21. cap.8. de reform.* ibi, *propterea commendata Monasteria &c. in quibus non viget regularis observantia &c. exempta ab Episcopis, etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegatis annis singulis visitentur &c.* & *notat Roderic. quæst. reg. tom.1. q.36. col.3. vers. sed his quæ diximus.*

Et ita &c.

Ad part.3. Quæst.19.& 20. Additio.

DE quæstione an destructâ Ecclesiâ pereant omnia ejus privilegia vid. plenè *Barbastren. de Eccl. Cathedr. c.25. num.444. Barbos. de jure Eccl. l.2. cap.2. n.51.* & *seqq. Bursat. cons.353. per tot.* & de suppressione collegii *Rot. dec.221. n.22. par.6. recent.* & de suppressione religionis *dec.321. n.15. par.15. recent.* & de destructione Ecclesiæ facta casu fortuito, vel ab infidelibus, quodque per illam non pereant privilegia. *dec.58. n.8. par.12.* & *coram Bichio dec.640. n.11.*

De eo verò an Ecclesia noviter ædificata succedat quoad omnia antiquæ dirutæ vid. *Azor. Instit. moral. par.2. l.9. c.3. q.13. Dian. par.3. tract.12. resol.20. Lotter. de re benefic. l.1. q.30. n.26. Rot. dec.177. n.3.* & *4. par.15.* & ultra hîc allegata distingui potest, quod suppresso loco aut certo genere personarum, si locus denuò ædificetur, vel aliæ personæ subrogentur sub eadem natura & qualitate, tali casu privilegia suppressorum transeunt in subrogatos, qui est casus *decisionis 252. n.8. par.6. recent.* Si verò reædificatio vel subrogatio fiat sub diversa natura & qualitate, privilegia non transeunt, ut in casu, quo in Monasterium suppressum & sæcularizatum substituuntur Clerici sæculares respondit *Rot. dec.33. n.14.* & *15. par.11. recent.* quamvis localis exemptio non tollatur per sæcularizationem, *ut in dec.197. n.8. par.14.* & *dec.219. n.10. par.8. quæ est dec.8. supra in hoc tomo.*

* * *
* *
*

DECISIO XCIV.

Privilegia & jura antiquorum Monachorum non transeunt in Canonicos noviter institutos, & sub diversa natura & qualitate subrogatos.

R. P. D. Cerro.

Vicentina jurisdictionis.

Intereo. Decis. 33. par. 11.

Lunæ 2. Maii 1650.

SUMMARIUM.

1 *Litteræ Apostolicæ de jure habent paratam executionem, quandò apparent justificatæ & n. 2.*

3 *Sententia contra sententiam non valet, nisi priori revocatâ, & quandò secus, num. 5.*

4 *Clausula* quam & quas *operatur, ut sententia ferri possit prout in prima.*

6 *Via executiva quandò non vulneretur per sententiam.*

7 *Acta gesta in judicio à quo fuit appellatum, sunt transportanda.*

8 *Ordinarii nomine propriè designatur Episcopus.*

9 *Ordinarii appellatione comprehenditur etiam Archipresbyter, qui ordinariam habet jurisdictionem.*

10 *Ordinarii nomen si congruè adaptari potest tam Episcopo quam Archipresbytero, quando ad Episcopum tantum referri debeat.*

11 *Discretivi loquendi modi distinguunt & separant.*

12 *Declarationes Sacræ Congregationis absque ulla discussione à Rotâ recipiuntur.*

13 *Breve Apostolicum lite pendente impetratum quandò dicatur subreptitium.*

14 *Privilegia & jura Abbatum & Monachorum non transeunt in Archipresbyterum & Canonicos sub diversa qualitate subrogatos.*

15 *In subrogatis servanda est expressa forma in litteris subrogationis edita.*

16 *Papa si in suppressione aliquorum Monasteriorum declaraverit se nolle pre-*

præjudicare eorum antiquis privilegiis, talis declaratio non extenditur ad alia monasteria.

17 *Ecclesia licet sit de jure patronatus Regio, non præjudicat jurisdictioni ordinaria.*

Litteras Apostolicas tam Sanct. mem. Clementis VIII. sub data 14. Kalend. Septembris 1592. in quibus Ecclesia Sancti Joannis de Abbatissis in Collegiatam erecta cum suis dignitatibus, Canonicatibus, Præbendis, Capitulo, beneficiis & quibuscunque ministris submittitur jurisdictioni ordinariæ; quam etiam fel. record. Urbani VIII. sub data 18. Januarii 1624. illarum confirmatorias exequendas esse definitivè pronunciatum fuit per sententiam Rotalem, à qua interposita appellatione, & causa mihi commissa cum clausula: *parito litteris arbitrio*, dubitavi an intret arbitrium, & illud non intrare pro illarum retardatione, Domini dixerunt, quia litteræ Apostolicæ de jure habent paratam executionem. *cap. si Capitulo, ubi glos. in verb. exequatur de concess. præb. in 6. Mohedan. decis. 13. ut lite pend. Cavaler.* 1

decis. 230. numer. 1. & seqq. Buratt. decis. 435. num. 1. Vrgellen. decis. 60 numer. 2. præsertim in proposito, quo ex præfata sententia rotali, quæ est valida & justa, ut infrà 2
rius probabitur, apparent justificatæ, ut responsum fuit *in Nazarena, seu Montis viridis Beneficii 15. Decemb. 1645. coram R. P. D. meo Verospio, in Gerunden. Parochialis, 16. Novembris 1646. & in Beneventana Canonicatus, 8. Februarii 1647. coram R. P. D. meo Bichio.*

Validitas est clara, nec obstat nullitas ex eo deducta, quod sententia Rotalis 3
fuerit prolata contra sententiam de partibus latam ad favorem Archipresbyteri, à qua fuit per Episcopum appellatum, ea non revocata contra *l. 1. C. quando prov. non est necess.*

Quia cum Rota pronunciaverit, prout in prima, sicut validè pronunciare po- 4
tuit vigore clausulæ, *quam, & quas*, appositæ in commissione, *Cardin. Seraph. in decis. 241. num. 2. & decis. 1327. num. 3 Buratt. decis. 241. num. 6. & decis. 405. num. 1. Rota. in recent. decis. 305. num. 3. cum seqq. part. 6. & decis. 303. num. 2. part. 7.* Non fuit opus 5
dictam præcedentem sententiam revocare, ex deductis *coram Card. Caval. decis. 31. num. 3. in recent. decis. 161. sub num. 2. vers. præterea, part. 1. decis. 264. num. 1. & 2. part. 6. & decis. 26. numer. 3. part. 7. cum cæteris allegatis in Romana fideicommissi de fructibus 14. Junii 1645. coram me §. altera verò.* Nec ipsa vulneraverat viam executivam, dum 6
coram illo Judice non fuit actum pro executione dictarum litterarum, nec super ea pronunciatum, ut respondit *Rota decis. 132. num. 12. part. 2. divers. coram Buratt. decis. 329. num. 6. in Romana, seu Mutinen. dotis. 30. Aprilis 1638. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo penes Zach. de oblig. Camer. decis. 56. num. 9. & decis. 200. nu. 13. secundum ult. impress.*

Deinde non obstat altera, ob non integram transportationem actorum, quia 7
sufficit,

sufficit, quod transportatus fuerit integer processus fabricatus coram Decano Tarraconen. à quo fuerat appellatum, *Pen.decis.644.num.3.& 4.Buratt.decis.313.num. 2.& 3.Card.Cavaler.decis 43.num.2.*

Justitia convincitur ex lectura earundm litterarum san. mem. Clementis VIII. ibi: *dictaque Ecclesia, ac ejus dignitates, Canonicatus, & prabenda, altaque beneficia, Capitulum, & ministri hujusmodi suo Ordinario subjecti sint, &c.* quibus sanè verbis 8 pertè dignoscitur, illos subjectos fuisse jurisdictioni ejusdem Episcopi, qui propriè in præfatis litteris Ordinarii nomine fuerat designatus, *juxta gloss.in cap.2.verb.loci Ordinario de usur.in 6.& in cap.Ordinarii,verb.locorum,de offic.ordin.in 6. Mandos.consil. 37.num.8.Chokier.de jurisdict.ordin.lib.1.q.1.nu.9.Lotther.de re benefic.lib.1.quæst.14. sub num.102.cum pluribus seqq.*

9 Nec turbat, quod appellatione Ordinarii veniat etiã Archipresbyter, cùm immateria de sua natura adaptabili sub hujusmodi denominatione comprehendatur quicunque alius inferior, dummodo ordinariam habeat jurisdictionem, ut tradit *Card Zabarell.in clem.quia regulares, sub num.11. vers.8. quæro de supplen. neglig. Pralat.cum aliis quos refert, & sequitur Chokier dic.quæst.1.d.num.9.vers.sed etiam, Rota in recent.decis. 493.num.5.part.2.& coram bon.mem.Coccin.decis.346.num.1.*

10 Quia in casu, de quo agitur, de Episcopo tantum, non autem de Archipresbytero Ordinarii nomine Pontificem intellexisse, Dominis suadebant contextus litterarum, & subjecta materia; tum quia, submittendo dignitates, Canonicos, & Capitulum suo Ordinario, Archipresbyterum ipsum (in quo unica, & principalis residet dignitas) illius jurisdictioni per necesse submisisse censetur, ac proinde nomen illud adipsum congruè referri non potest, ne eodem tempore dentur actio & passio in eodem subjecto contra regulam, *text.in l.si quis pro eo.§.de fideiuss.l.frater à fratre, ff.decon-* 11 *duct.indebit.* Tum quia pluries de Ordinario & Archipresbytero ibidem discretivè loquutus fuit, ideòque illos pro distinctis, & omninò separatis inter sese habuisse præsumitur, nec unum voluisse sub alterius denominatione comprehendere, *ex alleg.in Surd.consil.426.num.1.& consil.554 num.7.8.& 9.Menoch.consil.215.num.69.& 70.* 12 *Card.Seraph.decis.1486.num.12.Rota in decis.667. num. 5. cum aliis per Add.ad Greg. dec.301.num.18.* Tum denique hoc tollit omnem difficultatem, quia ita declaravit Sac. Congregatio Eminentissimorum DD.sacri Concilii Tridentini Interpretum, nedum sub die 12. Decemb. 1623. quæ deinde confirmata fuit per speciale Breve sel. record. Urbani VIII. sed etiam 1. Decembris 1640. 21. Septembris 1641. & 15. Martii 1642. quibus proinde declarationibus omninò est deferendũ, cùm Rota soleat illas absque alia discussione revereri, & responsum fuit *coram Card.Cavaler.decis.614.nu. 8.in Vicen.portionum.18.Martii 1639.coram Reverendiss. D. meo Decano, in oppiden. Processionum, 18. Maii 1646. coram R.P.D.meo Verospio, §. & hæc juris dispositio, & prius in Romana pensionis 19. Novembris 1640. coram me, §. final.*

Nec

Nec refert, quod dictum breve san. mem. Urbani uti interpretatum lite pendente, nulla facta de ea mentione videatur subreptitium: Quia cum Archipresbyter & Canonici deinde eundem Pontificem adiverint pro illius moderatione, & nihilominus hujusmodi declarationis articulum eidem sacræ Congregationi denuò remiserit, quæ successivè pluries auditis partibus, ac re mature discussa præcedentem resolutionem ter confirmavit, utique objecta subreptionis exceptio omninò sublata remansit, *ex notat. in cap. 1. ut lit. non contest. in 6. & faciunt tradita per Card. Zabarell. consil.* 92. *num.* 2. *&* 3. 13

Prout minus obstat asserta antiqua concordia celebrata de anno 1262. inter tunc temporis Episcopum, ac Abbatem & Monachos Ecclesiæ, de qua agitur super ipsorum exemptione ab illius jurisdictione. 14

Quia, ultra alias responsiones ab informantibus deductas, dum Monasterium, Abbas, & Monachi, illorumque Ordo, & jura extincta penitus, & suppressa fuerunt à prædicto san. mem. Clemente VIII. terminarunt prorsus, & cum eis pariter extincta remanserunt omnia ipsorum privilegia, & concordiæ, quæ propterea in Archipresbyterum, & Canonicos, aliosque deinde principaliter institutos, ac sub diversa natura, & qualitate subrogatos transire non potuerunt, ad tradita *per Natt. consil.* 638. *num.* 44. *vers. Ecce quod, Baldus Rimin. Iun. cons.* 112. *num.* 121. *&* 129. *cum aliis per Gabr. de regul. jur. concl.* 2. *num.* 48. 66. *&* 88. sed in ipsis servari debet expressa, & præcisa forma in dictis litteris ejusdem Pontificis super hujusmodi suppressione, ac nova erectione editis contenta juxta prædictas subsequentes, & & reiteratas declarationes dictæ sacræ Congregationis, ut responsum fuit *in decis. hujus causæ emanata coram bo. mem. Merlino* 20. *Iunii* 1638. *§. final.* 15

Nec relevat, quod in suppressionibus, & novis erectionibus aliarum similium Ecclesiarum tam ab eodem sanct. memoriæ Clement. VIII. quàm felicis record. Paulo V. appositæ fuerint declarationes de non præjudicando antiquæ jurisdictioni, & privilegiis earum, quia cùm hujusmodi declarationes restrictæ, & limitatæ fuerint ad prædictas alias Ecclesias, extendi non debent ad istam, de qua agitur, cujus suppressio & nova erectio diverso modo facta fuit ut respondit *Rota coram bon. mem. Merlino. §. prout, nec etiam & in Vicen. Camerarie,* 1. *Februarii* 1639. *coram R. P. D. meo Royas, §. non obstant Brevia.* 16

Deinde non obstat quod hujusmodi Ecclesia sit de jure patronatus Regio, quia hoc non præjudicat jurisdictioni Ordinarii, juxta dispositionem sacri Concilii Tridentini. *sess.* 25. *cap.* 6. *de reformat.* 17

Et ita resolutum fuit, &c.

Ad

Ad Quæst. 42. part. 3.

DECISIO XCV.

Per mutationem ſtatus non amittitur privilegium compatibile cum ſtatu mutato, ſecus ſi ſit incompatibile.

Illuſtriſſ. Seraphino.

Inter impreſſas Seraphini deciſ. 1444

Lovanien. Juris nominandi.

Mercurii 26. Junii 1602.

SUMMARIUM.

1 *Appellatione beneficiorum in privilegiis non continentur beneficia in Cathedralibus. vide contrarium num. 7.*

2 *Omnis diſpoſitio intelligi debet rebus ſic ſtantibus. & num. 10.*

3 *Mutato ſtatu Eccleſiarum, cenſeri debet immutata diſpoſitio, ita ut non cadat ſub indulto ipſis Eccleſiis prius conceſſo, declaratamen, ut nu. 10. & 12.*

4 *In exſpectativis, & mandatis de providendo, tempus vocationis, & exequutionis attendi debet.*

5 *Qui habet mandatum de providendo ad beneficium ſimplex, non poteſt illud acceptare, ſi poſtea effectum fuerit ſyratum.*

6 *Facultas nominandi ad beneficia non trahitur ad nova erecta.*

8 *In diſpoſitione quælibet ſemper cenſetur reſervata tum ius tertii.*

9 *Penſio conceſſa ſuper Collegiata, quæ poſtea erigitur in cathedralem, non remanet extincta.*

10 *Per mutationem ſtatus non extinguitur privilegium, quod eſt compatibile cum ſtatu mutato, ſecus ſi ſit incompatibile ut num. 12.*

11 *Eccleſia Iuris patronatus ſiin Collegiatam erigatur, patronus in ea retinet ius præſentandi ad præbendas, licet non poſſit præſentare nec Abbatem, nec Epiſcopum.*

Con-

CONcessa fuerunt diversa privilegia à diversis Pontificibus Romanis nempè Sixto IV. Leone X. Adriano VI. & Gregorio XIII. Rectori Universitatis Lovaniensis, nec non Decano facultatis artium dictæ Universitatis ; scilicet dicto Rectori jus nominandi singulis Prælatis, Capitulis, Conventibus, & personis Ecclesiasticis sæcularibus, & regularibus etsi Abbatiali, Episcopali, Archiepiscopali, aut Cardinalatus fungantur dignitate, ad quos vel quæ provisio beneficiorum pertinet, unum clericum ex studentibus, & graduatis dictæ Universitatis, ad unum beneficium Ecclesiasticum, etiamsi Canonicatus, & Præbenda, administratio, vel officium in Collegiatâ, vel Parochiali Ecclesia, vel Capellâ extiterit in terris temporalibus Domini Maximiliani Austriæ Archiducis, & infantis Philippi illius primogeniti, cujus modis, & qualitatibus in dicto privilegio expressis, quod fuit per alios Romanos Pontifices confirmatum. Decano verò facultatis artium aliud simile privilegium concessit Leo X. pro nominandis Magistris in artibus, & in eo includit nominatim plura alia loca, in quibus concedit istam facultatem nempe Leodin. Comitatum Lossen. Ducatum Bullonens. Civitates Cameracens. Tornacens. Morinens. Attrebatens. & Trajecten. postmodum Adrianus VI. confirmando supradicta privilegia, & in specie in privilegio Decani includit beneficia existentia in Ecclesiis Cathedralibus, & Metropolitanis, fuitque confirmatum cum eadem expressione per Gregorium XIII. & ulterius respectu valoris beneficiorum æquavit Rectorem Universitatis, & Decanum prædictæ facultatis. Evenit postea, ut multæ istarum Ecclesiarum, in quibus competebat Rectori jus & facultas nominandi ad beneficia in eis consistentia, fuerint in Cathedrales erectæ ; unde prætendere cæperunt earum Clerus, & Episcopi, extinctum fuisse jus nominandi in dictis Ecclesiis, ex eo præcipuè, quod in privilegio concesso Rectori nulla fit mentio Ecclesiarum Cathedralium, & ideò appellatione beneficiorum non contineri existentia in Cathedralibus, *c. quamvis, il. 1. de præbend. in* 6. Ideò ex Ordine S. D. N. pro sedandis controversiis fuit propositum in Rota dubium, an Rector Universitatis Lovaniensis possit nominare ad beneficia contenta in Ecclesiis, quæ postea in Cathedrales erectæ. Pro cujus dubii resolutione est advertendum, nunc agi de facultate Rectoris, non autem Decani, nam Decanus habet facultatem expressam ex concessione Adriani nominandi ad beneficia in Cathedralibus & Metropolitanis existentia. Est insuper animadvertendum, videri Rectorem non posse prætendere nominationem in Ecclesiis, quæ tempore indulti erant Cathedrales, cum de illis nulla fit mentio in privilegio, neque in Ecclesiis regularibus respectu beneficiorum regularium, licet enim fiat mentio Prælatorum, Episcoporum, Archiepiscoporum, & Cardinalium, hoc fit tantum ratione personarum, ut etiam isti comprehendantur ratione dictorum beneficiorum, ad quæ competit nominatio, cumsieri possit, ut istæ personæ tales Ecclesias extra Cathedrales & Abbatiales possideant, & potuissent prætendere prætextu dignitatis

nitatis personalis se non esse comprehensos in Indulto; Et licet super hoc posset dubitari, quia oriri difficultas ex doctrina Joan. And. allegati pro parte Rectoris; tamen quia etiam circumscripto hoc fundamento Domini fuerunt pro Rectore; Ideò super eo non est insistendum, unde tota hæc inspectio restringitur ad illas Ecclesias, in quibus prius competebat jus nominandi, & postmodum effectæ fuerunt Cathedrales; & idcirco videndum, an per hanc mutationem & erectionem in Cathedrales fuerit præjudicatum juri Rectoris, ita ut non possit uti Jure nominandi: Et pro parte Cleri, & Episcoporum deducitur primo ratio supradicta, desumpta *ex cap. quamvis.* 2 *1. de præbend. in 6.* Secundò, dicitur omnem dispositionem intelligendam esse rebus sic stantibus, *l. continuus, §. cum quis de verb. obligat, l. cum quis, de solution. cum similibus*, hinc que infertur, quod mutato statu Ecclesiarum, censeri debet immutata dispo- 3 sitio, ita ut non cadant sub indulto. Tertiò offertur simile exspectativarum, & man- 4 datorum de providendo, in quibus debet attendi tempus vacationis, & exequutionis, 5 *Oldr. consil. 58. Anchar. in Clem. unica num. 37. de concess. præbend.* ubi traditur quod habet Mandatum ad beneficium simplex, non potest acceptare illud, quod postea 6 fuit effectum curatum, si non applicatur qualitas exspectativæ. Quartò quod faculter nominandi non debet trahi ad beneficia noviter erecta, *Clem. fin. de rescript. Genuen. consil. 69. Ferret. consil. 2. num. 5.* Quintò non esse in hac facti specie habendam rationem præjudicii Rectoris, cum hoc eveniat in necessariam consequentiam exoppressione Ecclesiæ, & mutatione status, *Dec. consil. 113. num. 7. & consil. 152. Pars. consil. 22. num. 8. lib. 4.* præcipuè cum Indultum remaneat in aliis Ecclesiis quæ remanserunt in suo statu. *Sarnen. in reg. de jure quæs. non toll. quæst. 1. num. 8.* & potest adduci simile ex deductis *coram me in causa Burgen. quindenniorum, & in Messanen. stipendii anno 1593. & in Salamantina privilegiorum coram bon. mem. Cantuccio in novissi. decis. 759. par. 1.* Sextò allegatur simile de Monasterio existente in termino Archidiaconatus, quod si erigatur in Cathedralem, censetur exempta Ecclesia à jurisdictione Archidiaconi, *cap. cum inferior. de major. & obed. cum ibi notat. per Hostiens. num. 13.*

7 His tamen non obstantibus fuit concluſum pro Rectore, scilicet eum posse nominare ad beneficia existentia in locis, in quibus prius habebat jus nominandi, licet postea fuerint in Cathedrales erecta; nam etiam concesso, quod privilegium Rectoris non comprehendat Cathedrales, nec verum sit, quod tunc in Dominio Maximiliani nullæ essent Cathedrales, neque suffragetur privilegium Decani loquendo de Cathedralibus, cum sit concessum diversæ personæ, & privilegium Gregorianum super quo fit pro hac parte fundamentum, contineat verba potius enunciativa, quam dispositiva; tamen per hanc mutationem Ecclesiarum in Cathedrales, non est dicen- 8 dum illatum fuisse præjudicium Rectori, cum in unaquaque dispositione semper censeatur reservatum jus tertii, *cap. cum olim de censib. cap. 2. de religios. dom. Rota decis. unica de sepultur. in antiq. cum aliis, & facit Extravagans 1. & 2. Joannis XXII. in pri. de*

tit. de conces. præbend. facit Innocent. in cap. 2. num. 2. de oper. novi nunc. Rebuff. in concord. tit. de reg. ad Prælat. nomin. §. fin. in verbo privilegia ei concessa, qui licet loquatur de privilegio competenti Ecclesiæ, cujus status immutatus est, tamen ex rationis iden- 9
titate idem dicendum, si alteri tale privilegium competat, & sic videmus quod pensione concessa super Collegiatâ, si ea postea erigatur in Cathedralem, non tamen ideò extinguitur, & in hac re amplectenda est distinctio data per Rotam coram me *in causa Burgen. quindenniorum*, in qua dictum fuit, quod per mutationem non 10
extinguitur privilegium, quod est compatibile cum statu immutato, secus si sit incompatibile, & in his terminis procedit regula illa, quod dispositio intelligitur rebus sic stantibus.

Confirmantur prædicta argumento à simili, cum in Ecclesia jurispatronatus, si 11
in Collegiatam erigatur, patronus retineat jus præsentandi ad præbendas, ut tradit *Joan. Andr. in cap. postulasti de jurepatron. num. 10. & ibi Abb. num. 5.* & licet non possit præsentare Abbatem vel Episcopum, hoc procedit ex eo, quod status iste est contrarius & incompatibilis cum priori statu, & contradicit originali statui respectu istius effectus, & devenit ad statum, à quo incipere non potest. *cap. nobis ubi DD. de jure patron.* respectu verò compatibilium priora jura remanent omnino intacta.

His accedat observantia allegata post erectiones, de quâ fuerunt dati testes extrajudicialiter examinati pro Rectore, cui non obstat renunciatio Ludovici Carrionis, nam ipse elegit potius consequi pacificè Canonicatum in Audomarensi Ecclesia, quàm vigore nominationis prosequi lites cum impensâ gravi & molestiis; sed non ideò minus verum est, in aliis Ecclesiis ita fuisse observatum, quod facilè erit Rectori per veras & legitimas probationes ostendere, si opus fuerit, ut præsupponitur. Et hanc sententiam confirmat Indultum Gregorii, quod interpretandum est saltem de Episcopatibus de novo erectis, in quibus prius locum habebat nominatio, quod verò revocatur in contrarium de revocatione privilegii, antequam supervenerit erectio Cathedralium, non pertinet ad præsentem discussionem. Et ex his colligitur re- 12
sponsio ad allegata in contrarium, quæ procedunt in his, in quibus status ultimus est incompatibilis cum priore, ita ut in necessariam consequentiam tollatur jus illud, quod prius competebat, secus verò ubi simul stare possunt priora jura cum statu novissimo. Et ita concluſum pro Rectore.

Ad part. 3. Quæst. 34.

DECISIO XCVI.

Tractatur an Commissarius generalis Fratrum S. Francisci de Observantiâ potuerit dimittere ab eorum obedientiâ & jurisdictione Moniales S. Claræ, & quando aliquis possit favori proprio renunciare?

R.P.D. REMBOLDO.

In recent. decis. 436. par. 5.

Vlixbonen. Monasterii.

Lunæ 2. Junii 1625.

SUMMARIUM.

1 *Renunciare nemo potest juri quod non habet.*

2 *Renunciatio juris alieni non tenet in præjudicium tertii.*

3 *Commissarius Generalis Fratrum S. Francisci de Observantiâ habet eamdem jurisdictionem in sua familia quam habet Minister Generalis in tota religione declara, ut numero 4. & 5.*

6 *Favori proprio quilibet potest renunciare.*

7 *Favori mixto, id est, proprio & alterius nemo potest renunciare.*

8 *Clericus non potest renunciare privilegio clericali ut conveniatur coram judice sæculari.*

9 *Jus & jurisdictio an sit idem, & an illatio fiat ad diversa.*

10 *Monasterium immediatè subjectum sedi Apostolicæ, non potest se subtrahere jurisdictioni ordinarii sine beneplacito ejusdem Sedis, & numero 15.*

11 Re-

11 *Renuntiatio tenet in præjudicium exempti.*
12 Felin. in cap. cum accessissent num. 6. de constit. *declaratur.*
13 *Eximentis interest suam jurisdictionem salvam manere.*
14 *Libertatis & exemptionis jus est ita connexum inter subditum & superiorem, ut commodè separatio fieri non possit.*
16 *Moniales S. Clara profitentur & tenentur vivere sub gubernio Fratrum S. Francisci, & num.* 17.
18 *Factum à majori parte non potest aliis præjudicare in his quæ omnes particulari tangunt.*
19 *Sub conditione datum illa non adimpleta, non habetur in consideratione.*

REverendissimus Pater Commissarius Generalis totius familiæ Cismontanæ Indiarum Fratrum S. Francisci de Observantia, & Patres Diffinitores Provinciæ Portugalliæ de communi consensu die 30. Novemb. 1619. dimiserunt ab eorum obedientiâ & jurisdictione Moniales S. Claræ oppidi de Santarem, attentâ dd. Monialium Abbatissæ inobedientia, cum declaratione tamen, quod si eveniret, quod dd. Moniales suam culpam agnoscerent, & veniam peterent, datis in omnibus claris, & evidentibus pœnitentiæ demonstrationibus, Pater Provincialis illas iterum admitteret ad suam obedientiam, quâ dimissione sub die 2. Novemb. 1620. dd. Monialibus intimatâ, Abbatissa cum majori parte Monialium illam acceptavit, & Archiepiscopo Vlixbonen. ut eas in suas reciperet supplicarunt, qui eas recepit, sub obligatione tamen, quod infra sex menses confirmationem à sede Apostolicâ obtinerent, reliquæ verò contradixerunt, & ab eâ ad sedem Apostolicam ac ad Generalem appellarunt.

Unde contingit dubitari an d. dimissio & subjectio sustineretur? & Domini unanimiter censuerunt tam dictam dimissionem, quàm subjectionem non sustineri. Quo enim ad dimissionem, ea visa fuit nulla ex pluribus. Primò quia ex constitutionibus Innocentii IV. & Bonifacii VIII. administratio d. Monasterii spectat ad Ministrum generalem Ordinis S. Francisci, hoc propterea potuit ea dimitti à Comissario d. Ordinis, quia nemo potest renunciare juri quod non habet. *l. nemo plus juris ff. de reg. jur. Cephal. cons.* 146. *num.* 2. *Rebuff. cons.* 186. *num.* 10. & renunciatio juris alieni non tenet in præjudicium tertii, *l. jubemus & ibi DD. C. ad Velcian. Surd. cons.* 332. *nu.* 9. *& cons.* 359. *n.* 3. *Cephal. cons.* 152. *n.* 67. *Natta cons.* 470. *n.* 15. *Seraphin. decis.* 341. *nu.* 6. 1 2

Nec obstat quod Commissarius habet eandem jurisdictionem in sua familia, quam habet Minister Generalis in tota religione ex constitutione Leonis X. registrata *per Roderic. quæst. regul. Tom.* 1. *qu.* 51. *art.* 1. quia d. Commissarius habet quidem ampliss. facultatem visitandi & corrigendi familiam sibi subditam, non verò etiam immutandi statum religionis, & renuntiandi in præjudicium Ministri Generalis & totius Ordinis, administrationi & regimini eidem Ministro Generali commisso. 3 4

missio. *Bald. in l. circa finem vers. inducitur etiam C. de bon. matern. Alexand. in l. Procuratoribus num. 3. vers. intellige C. de Procuratori.* quin idemmet Commissarius et subditus sicut cæteri Prælati ejusdem Religionis Ministro Generali, ut expresse cavetur in d. constitutione, ibi, *tamen, quod Commissarius præfato Ministro Generali*
§ *omnimodè subjiciatur.* & à decretis dicti Commissarii datur appellatio ad Generalem, & Generalis potest eum corrigere si deliquerit, & prohibere aliqua negotia, si causam dederint legitimam, ut per eundem *Rodriquez d. q. 5. art. 4.* ideoque potest sine dicta idem Generalis hujusmodi dimissionem sine legitima causa factam revocare, prout cum effectu revocavit, neque eâ renuente Generali in præjudicium totius Religionis sustinetur.

Secundò minus tenet dicta dimissio, quia administratio dicti Monasterii sit Fratribus dictæ Religionis, & Ministro ejus Generali per summos Pontifices demandata, ex causis, & rationibus publicum favorem, & utilitatem respicientibus; unde non licuit commissario sine sedis Apostolicæ beneplacito huic administrationi
6 renunciare, nam licet quilibet possit favori proprio renunciare *l. si quis in conscribendo C. de Episc. & Cler. l. penult. C. de part. cum simil.* non potest tamen renunciare fa-
7 vori mixto, hoc est, quando id, quod renunciatur, non solum proprium favorem ipsius renunciantis, sed etiam favorem alterius, seu publicam utilitatem concernit. *Imin cap. si diligenti num. 16. de foro compet. & in cap. cum accessissent sub num. 29. & ibidem Deci. num. 23. & 24. de constit. Castrens. in l. penult. num. fin. & ibi Jas. num. 14. C. de pact. Calder. consil. 1. in fin. vers. si verò de pact. Gozad. consil. 88. numer. 20. Castrens. consil. 259. ante num. 6. lib. 1.* ubi adducit simile in Clerico, qui non potest renunciare privilegio Clericali, ut conveniatur coram Judice sæculari, ut notatur *in C. si diligenti de foro compet.*

Nec obstat, quod in dictis constitutionibus Innoc. IV. & Bonif. VIII. detur Ministro facultas instituendi Moniales prout secundum Deum viderit expedire, quia non propterea potest censeri data facultas abdicandi administrationem ejus publicam utilitatem commissam, sed tantum ea peragendi, quæ circa dictam admi-
9 nistrationem, atque ad eam explicandam sunt necessaria; facultas enim instituendi, & destituendi, ac Jus & jurisdictionem à se abdicandi sunt inter se diversa, & sic abdicato ad alterum non benè infertur. *l. Papinian. exuli ff. de minor. Surd. consil. 150. n. 9. lib. 1. Reb. in prax. titul. de devol. n. 96. Paris. de resign. l. 7. quæst. 24. num. 19. cum duobus seq.*

Tertiò non tenet dicta dimissio, vel saltem illa fuit resolubilis, quia facti species (ut supra relatum est) ad tempus, & donec Moniales suam culpam agnoscerent, unde cum plures ex dictis Monialibus culpam agnoverint, & à dicta dimissione appellaverint, illaque postea fuerit per Ministrum Generalem solemniter revocata, meritò non erit amplius habenda in consideratione. Minus tenet subjectio Monialium Regimini D. Archiepiscopi, quia dictæ Moniales sunt immediatè sedi Apostolicæ subje-

subjectæ, & à Jurisdictione Archiepiscopi exemptæ, nec propterea potuerunt se à 10
dicta jurisdictione sedis Apostolicæ eximere, & jurisdictioni seu regimini D. Archiepiscopi se subjicere sine ejusdem sedis Apostolicæ beneplacito, *cap. eum tempore ubi Abb. num. 2. de arbitr. idem Abb. in cap. 1. numer. 19. de re judic. Rom. consil. 369. num. 18. Surd. consil. 47. num. 25. cum aliis per Castr. consil. 432. incip. videtur dicendum sub num. 3. circa med. vers. quod autem non potuerit expresse renunciare. Card. Mantic. decis. 237. num. 4. & coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 325. num. 23. cum seq.*

Nec obstat, quod teneat renunciatio in præjudicium exempti *ad trad. per Fel. in* 11
cap. cum accessissent, num. 6. de constit. quia Fel. & alii pro Monialibus adducti pro- 12
cedunt, quando privilegium, cui renunciatur, respicit favorem renunciantis tantum, quod non est in privilegio exemptionis, quia illud respicit non solum favorem exempti, sed etiam eximentis, *ut per Abb. in d. cap. cum tempore num. 2. de arbitr.* ubi quod 13
interest eximentis suam jurisdictionem immediatam non perdere, quodque subditus suus non judicetur, nec etiam absolvatur ab alio, ideoque tali privilegio renunciari non potest. *Rom d. consil. 369. num. 18.* & talis renunciatio non tenet, nec etiam quo- 14
ad renunciantes, quia ut inquit *Abb. in d. cap. cum tempore num. 7.* Jus libertatis, & exemptionis est ita conjunctum inter subditum & superiorem, ut commodè separatio fieri non possit.

Nec obstat quod Moniales se subjecerunt D. Archiepiscopo, quoad regimen tantum, quod erat penes Commissarium, non verò etiam quoad jurisdictionem, quæ erat penes sedem Apostolicam; quia nihilominus dicta subjectio tendit in præjudicium jurisdictionis sedis Apostolicæ, quæ voluit dictas Moniales Regi per dictum Commissarium, & non per D. Archiepiscopum, unde non potuerunt se dictæ Moniales ab hujusmodi Regimine sine sedis Apostolicæ beneplacito eximere 15
ex supra allegatis.

Præterea, ex alio etiam dicta subjectio non tenet, quia dictæ Moniales ex Regulâ S. Claræ quam profitentur vivere sub gubernio, & regimine Fratrum Ordinis 16
S. Francisci, sicque non potuerunt se contra formam dictæ Regulæ gubernio dicti Archiepiscopi subjicere.

Et ex his patet etiam responsio ad id, quod dicitur, quod per dictam subjectionem, fuit factus reditus ad jus commune, quia ex primævâ institutione & fundatione dicti Monasterii, & Ordinis quem profitentur dictæ Moniales, tenentur vivere sub obedientia dictorum Fratrum, & in omnem casum hæc mutatio non potuit 17
fieri sine sedis Apostolicæ beneplacito, tam ex parte Fratrum, quibus dicta administratio fuit à sede Apostolica ob publicam, & privatam Monialium utilitatem commissa, quàm ex parte Monialium, quæ vivere tenentur sub gubernio, & regimine illorum, quibus illæ fuerunt à sede Apostolica subjectæ.

Ultra

Ultra quod talis subjectio non fuit facta ab omnibus Monialibus, sed solum prætenditur facta à majori parte, & aliis contradicentibus, quo fit, ut factum à ma-
18 jori parte, non possit aliis præjudicare in his, quæ omnes in particulari tangunt, ea. *cum omnes, & ibi gloss. & Fel. num. 15. de constit. Capit. decis. 152. num. 3.*

Nec ipse Archiepiscopus simpliciter recepit, sed cum obligatione confirmationem à sede Apostolicâ impetrandi, quæ nunquam fuit subsequuta, & sic acceptans
19 sine effectu remansit, per reg. quod datum sub conditione, illâ non adimpletâ, non habetur in consideratione. *Card. Mantic. dec. 245. num. 9. cum simil.*

Et ita fuit resolutum utraque parte informante, &c.

DECISIO XCVII.

Papa si immunitatem à jurisdictione ordinarii alicui Monasterio concesserit, illudque receperit sub protectione sedis Apostolicæ, & ejus administrationem aliquibus concesserit, non possunt deinde isti in præjudicium Papæ & sedis Apostolicæ iterum se subjicere jurisdictioni ordinariorum.

R.P.D. COCCINO.

Decisio 461. par. 3. recent.

Vlixbonen. Monasterii.

Mercurii 19. Novemb. 1625.

SUMMARIUM.

1 *In Rota ad effectum præventionis extenditur præsentatio commissionis.*

2 *Moniales S. Claræ sunt exemptæ à jurisdictione ordinariorum, & S. Sedi Apost.*

Apostolicæ immediatè subjecta reperiuntur.

3 Papæ auctoritas immensa est.

4 Subjectio Religiosorum erga suos Prælatos à Summo Pontifice dependet, sine cujus intentione, & ministerio & intentione Prælati regularis nullam haberent auctoritatem.

5 Papa est summus Prælatus omnium cujuscunque Religionis.

6 Papa si demandaverit gubernium Monialium aliquibus religiosis, ipsi non possunt inconsulta Sede Apostolica dictum gubernium dimittere.

7 Administratores Apostolici non possunt præjudicare Summo Pontifici, nec contra ejus præceptum disponere, os in cœlum ponendo.

8 Ministri Summi Pontificis, non possunt ejus potestatem coarctare, quia cum ipsi sint subditi, imminet sola necessitas parendi.

9 Favori pro se introducto, quilibet potest renunciare.

10 Sedis Apostolicæ plurimum interest plures habere immediatè subjectos.

11 Privilegio concesso alicui si simul etiam adest favor concedentis, non potest ei renunciare.

12 Concessio facta alicui de certa aliqua re, non extenditur ad casum diversum.

13 Actionis mutatio, nec substantia facti est mutabilis in libello, sed solum augmentum, vel diminutio condemnationis firmâ remanente actione, & substantiâ.

14 Concessio facta alicui, intelligitur facta secundùm leges, non autem secundùm ejus voluntatem.

15 Monachus incorrigibilis potest ejici è Monasterio.

16 Monachus incorrigibilis, quibus concurrentibus possit ejici ex Monasterio.

17 Moniales propter incorrigibilitatem non ejicienda è Monasterio. Sed nisi ibi corrigantur, possunt ad aliud Monasterium transferri.

18 Conventu totum si sit incorrigibile, quid sit faciendum & n. 19.

20 Exemptus à jurisdictione Ordinarii non potest sine licentia Summi Pontificis renunciare exemptioni.

21 Superioris valdè interest suos subditos ab aliis non judicari.

22 Exemptus ab Ordinario efficitur immediatè subjectus D. Papæ & Ecclesiæ Romanæ quamobrem sine illius licentia in alium consentire nequit.

23 Papa ex quo soleat moveri ad eximendum aliquem jurisdictione Ordinarii.

24 Privilegio potest renunciari in præjudicium ejus, cui illud fuit concessum.

25 Libertatis ius est ita connunctum inter exemptum, & eximentem, ut commodè separatio fieri nequeat.

26 Exemptionis privilegio an possit renunciari, quandò non fuit concessum motu proprio.

27 Exemptio sit gratia exemptoris, & vide num. 28.

29 Prælatus potest conditionem Ecclesiæ facere meliorem, non autem deteriorem.

30 *Renunciare tacitè ei non potest, si nec expressè id sit permissum.*

31 *Contra privilegium si omnes de communitate vellent facere, unus solus potest contradicere, sed hoc non procedit, si per renunciationem vertatur ad jus commune, & num.* 32.

33 *Sedis Apostolicæ interest habere emptos.*

POst commissionem mihi directam, alia pars præsentavit commissionem R. P. D. meo Buratto in forma & prævenit in citando valde solers, ut causa per quam cognosceretur, sed certè decipiebatur, quia in Rota attenditur præsentatio commissionis, ita nempe, ut usque ab An. 1375. mandavit Cancell. ut habetur in *dict. d. constit. in antiq.* & passim servatur, *ut in decis. 6. de rescript.* pariter in antiq. quoad 1
tiam disponit Constitutio Innocent. de qua *Cassad. decis. 5. de rescript. Vest. in prin lib. 3. cap. 11. num. 1. Mandos. in commiss. 10. audiat, qui prævenit, vers. 3. promittentia pro decis. 470. lib. 2. Thom. de Tan. decis. 57. A. A. in ut. de rescript.* §. 16. sed ad tollendas omnes difficultates cum R. P. D. meus Buratus valetudine præpeditus non esset tam cito venturus ad Rotam, pars altera recursum habuit ad S. D. N. qui per mentem le mihi rescripsit, ut procederem in causa servatis servandis, hoc est parte legitimè citata, quæ cùm nisi moras quæreret, & citasset etiam ad dicend. contra articulos eram eodem D. meo infirmo, & postmodum accesserit ad me, ut tanquam Decanus ob malam habitudinem D. mei articulos admitterem, id facere recusavi, cùm suus esset mea, ideoque appellationi interpositæ refutatorios dedi, cùm ista serie facti cognoverim, partem nihil aliud quærere prætet fugam. Quapropter elapso dierationis ad informand. proposui dubium, an esset recedend. à decisione R. P. D. mi Remboldi sub die 2. Junii hujus anni, quod dubium pendet ex duobus. *Primo*, licei, ut videatur, an Commissarius Generalis potuerit dimittere has Moniales *secundò*, An dictæ Moniales potuerint se subjicere obedientiæ Ordinarii.

Ad primam partem fuit dictum, quod quicquid sit de jurisdictione Commissarii Generalis, etiam quod in Religione ipsa haberet amplissimam facultatem, nihilominus nec ipse, imò neque ipsemet Generalis, ac tota Religio has Moniales potest dimittere, cùm agatur de Monialibus S. Clatæ, quæ sunt exemptæ à Jurisdictione ordinariorum, & sanctæ Sedi Apostolicæ immediatè subjectæ, ut patet ex Bulla 2
Eugenii IV. sub datum Florentiæ anno 1439. Id. Aug. Anno Pont. 9. *quæ est apud Rodrig. 29.* & fuerunt positæ sub gubernio, & obedientia Generalis, & Provincialium Minorum, sublatis protectoribus, quorum auctoritate regebantur, ut in Constitutione ejusdem Eugenii, sub datum Bononiæ anno 1427. 8. Idus Decembris anno 7. *apud eundem Roderig. const. 27.* quæ licet anterior, non tamen fuit per sequentem, revocata cùm in posteriori expressè dicatur, quod Summus Pontifex non intendit per illam præjudicare gubernio, quod Generales Ministri,

nistri, aliique officiales dictarum Monialium habent; quare cùm Summus Pontifex has Moniales subjecerit Curæ Regularium, & postmodum à Jurisdictione ordinariorum exemerit, & immediatè Sedi Apostolicæ subjecerit, non potuit Commissarius eas dimittere sine licentia Pontificis, cujus auctoritas immensa est. *cap. ad honorem de auth. & us. Pal. Gemin. consil. 14. in princip. numer. 2. Rom. consil. 369.* 3 *col. 2. in princip.* & in specie subjectio Religiosorum erga suos Prælatos à Summo Pontifice dependet, sine cujus ministerio, & intentione Prælati Regulares nullam haberent jurisdictionem, *Medin. de indul. cap. 24. Sot. de justitia, & jur. lib. 10.* 4 *quæst. 1. art. 4. & lib. 8. quæst. 3. art. 1. Victor. in relect. de potest. Eccles. quæst. 2. numer. 28. Alph. de Castr. lib. secundo. de just. hæret. punit. cap. 24. & contra hæreses in verbo Episcopus*, ipse nimirum Pontifex summus, est summus Prælatus cujuscunque Religionis, ut bene advertit *Suar. de relig. Tom. 4. lib. 3. cap. 17. num. 1. & lib. 6. cap. 4. numer. 21.* 5 *ante fin.* Quapropter cùm Papa gubernium dictarum Monialium Fratribus demandasset, & illas ab Ordinariorum Jurisdictione exemerit, & immediatè Sedi Apostolicæ supposuerit, cujus nomine Fratres gubernant, non potuerunt illas inconsultâ Sede Apostolicâ dimittere, *Ang. consil. 369. numer. 7.* ubi quod Administratores Apostolici non possunt præjudicare Summo Pontifici; nec poterant admittendo dictas Moniales ponere os in cælum, & Summi Pontificis coarctare potestatem, cùm ipsi sint subditi, quibus imminet necessitas sola parendi, ut pulchrè dicit *Bald. consil. 331. ante med. vers. nec possunt lib. 4.* 6 7

Non adversatur, quod Commissarius potuerit renunciare huic privilegio, ut quisque potest juri suo renunciare *ad l. si quis in conscribendo, C. de pact.* quia motivum posset considerari, & privilegium simpliciter fuisset concessum favore Fratrum, sed cùm Pontifex sub protectione Sedis Apostolicæ eas receperit, & ea occasione gubernium confirmaverit, hoc fuit actum non solùm favore Fratrum, sed ipsius etiam Sedis, cujus interest multos habere immediatè subjectos, *Clem. pastoralis de re judic. Rebuff. consil. 142.* ideò non potuerunt dicto privilegio renunciare, *Felin. in cap. cum accessissent, numer. 29. de constit. & ibi Dec. col. penult. vers. secund. prædicta conclusio, & numer. 13. col. ult. concl. 6.* & generaliter de renunciatione *Gloss. tom. 1. lib. 3. cap. 1. numer. 4. vers. & ideo, & numer. 63. ex l. non videtur ff. de reg. jur. & l. si quaramus ff. de testam. Bald. Tit. qualiter feud. alien. poss. § porro, numer. 1. Cast. in l. penult. col. fin. & ibi Jas. num. 14. C. de pact.* 8 9 10 11

Non obstat Constitutio Bonifacii VIII. apud Rodriq. IV. quam etiam refert *Tom. 1. qq. Regul. quæst. 17. art. 8.* quia etsi Bonifacius concedat facultatem Ministris per se, vel alios visitandi, corrigendi, & reformandi tam in capite, quàm in membris ea quæ correctionis & reformationis indigent, nihilominus ista facultas procedit, quoad visitationem, & correctionem morum, non autem quoad mutationem status, renunciando gubernio, ut bene ad propositum *Bart. in l.* 12

*edictan.8.C.de eden.*ubi quod nec mutatio actionis, nec ſubſtantia facti eſt mutabi-
13 lis in libello, ſed ſolum augmentum, vel diminutio condemnationis firmâ remanente actionis ſubſtantiâ, namque facultas intelligitur conceſſa ſecundum legem, non autem ſecundum voluntatem ſuperiorum, *Dec.conſ.*146.*n.*9.& in terminis cla-
14 ſulæ facultatis addendi, vel minuendi fuit dictum *coram me in cauſa Montis Regalis iuriſdictionis* 4. *Maii* & 15. *Novemb.* 1604.

Non obſtat quod Monachus incorrigibilis poteſt ejici è Monaſterio. *Caſtill.*
15 80. *numero primo de regul. & in tract. de reg. comment.* 2. *numero* 36. *verſ. propter verb. negante.* Quod motivum fuit deductum in alia poſitione, cui Domini nihil reſponderunt, quia non meretur allegari, ſed quoniam hodie vociferabatur hoc tollere omnem difficultatem, ideò fuit reſponſum hic non applicari materiam objectionis: primò, quia agitur de Monialibus, licet enim Monachus incorrigibilis poſſit ejici à Monaſterio, & habitu privari, ad hunc tamen effectum reperi-
16 tur ultra incorrigibilitatem, quod defectus non ſolùm innoteſcant Fratribus, ſed etiam ſæcularibus, quod ex iis alii de facili poſſunt corrumpi, ut eſt originale dictum S. Bonaventuræ *quæſtione* 14. *ſuper reg. S. Franciſci*, quod certè non militat in Monialibus, quæ propter incorrigibilitatem non ſunt ejiciendæ ſimpliciter à Monaſterio, ſed niſi ibi puniantur, poſſunt ad aliud transferri, ut eſt conſtitutio
17 Urbani IV, quæ loquitur in puncto de Monialibus S. Claræ, quam refert *Roder. in regul. tom.*1.*q.*49.*art.*1.*poſt princ.* & *Miranda de monial. q.*3.*art.*2. quæ conſtitutio in hac parte neque per Conſtit. Pii V. neque per Conc. Trident. licet ſtrictiora ſint, cenſetur revocata, ut per *Roderic. ibid. art.*5.*verſ.*2. & *Miranda cit. loco verſ. quartus caſus.* Sed
18 cundò fuit dictum hic non applicari, quia agitur de toto conventu ejiciendo, & jure non reperitur cautum, neque aliquis eſt qui dicat integrum conventum poſſe ejici, ſed quandò Monaſterium delinquit in caſu, quo Monachus particularis ejicitur, Monaſterio providetur per mutationem ſuperiorum. *Cap. quoniam de ſtatu*
19 ibi: *quod ſi fortè propter nimiam multitudinem aliqui nequiverint commodè collocari, vel damnabiliter in ſæculo evagentur, recipiantur in eiſdem Monaſteriis, mutatis prioribus eis, & inferioribus aſſignatis.*

Quantum attinet ad ſecundum caput, an Moniales potuerint ſe ſubmittere obedientiæ Ordinarii? negativè fuit reſponſum, quia exemptus ſine licentia Summi
20 Pontificis non poteſt renunciare exemptioni, ut eſt textus rotundus *in cap. cum in-pore* 5.*de arbitr. ubi Abb. num.*2.*verſ.* & *per iſtum textum gloſſa fin. in Clement. penult. de ſent. excomm quam Abb. ibidem* & *in d. cap. cum tempore dicit ſingularem*: ratio eſt, quia intereſt Romani Pontificis, qui eſt ſuperior, ſubditos ſuos ab alio non judicari. *Id. Abb. in cap.*1.*num.*19.*de re iudic.* & *in cap. ſi de terra num.*5.*de priv.* & *in cap. ſi-*
21 *gnificaſti num.*8. *in fin.* & *numer.*9.*de foro comp. Joan. Andr. in cap. ſcienti* 27. *in fine verſ. ſi verò reperitur* & *ibi Franc. numer.*4. *de reg. iur. in* 6. *Felin. in cap. cum olim*

*num.*3.

num.3.de præscript. Armill.in sum.verb.exemptio num.8. Gaill.lib.1.observ.40.numer.
2. *Galeat.de renunciat.tom.2.cent.2.renunc.140.numer.18. Chokier. de jurisdictione*
ordinaria in exemptos lib.2.quæstione 7. & libro 3. quæstione 34.per tot. & per dictum
textum *in cap. cum tempore*, & per alias rationes in terminis exemptionis regularium
est consilium *Castren.432.incip. videtur dicendum numero 3. libro 1. ubi in vers. quod* 22
autem ponderat, quod per privilegium exemptionis effecti sint immediatè subjecti
D. Papæ & Ecclesiæ Romanæ, quamobrem sine illius licentia in alium consentire non
possunt, hoc nempè tenderet in derogationem jurisdictionis pontificiæ. Considerat
ulterius, quod privilegium videtur fuisse concessum in odium Ordinariorum, qui di-
ctis religiosis erant nimis infesti, eosque nimium gravabant, & concludit, quod ideò
non possunt se subjicere jurisdictioni Ordinariorum, & quamvis in casu Castren, le-
geretur in privilegio, quod ipsi Ordinarii erant nimis infesti, hæc tamen est una ex 23
rationibus, ex quibus Papa censetur concedere privilegium exemptionis, ut dicit
Bald.de privil.in tract.exempt.c.1.n.4. Rebuff.cons.142.col.2.in princ. Erasm.à Chokier
de jurisd ordin.in exempt.l.1.c.1.n.17. & l.2.q.7.n.3.in fine & l.3.q.34. & in terminis re-
gularium *Roman.cons.369.n.18. quem ultra Castren. loco cit.n.5. sequitur Felin.in c. cum*
olim n.3.de præscript.

Non obstat, quod privilegio possit renunciari in præjudicium exempti, secus 24
verò eximentis. *Glos.fin.in d.c.cum tempore de arbit.* quia ut dicit *Abb. ibidem.num.7.*
non potest considerari aliquis effectus quantum ad exemptum; nam jus libertatis est
ita conjunctum inter exemptos & superiorem, ut commodè separatio fieri non
possit; neque est verum quod ait *Alberic.in l. si quis in conscribendo 39.numero sexto* 25
C. de Episc. & Cler. quod scilicet possit renuntiari privilegio specialis exemptionis,
quandò motu proprio non fuit concessum, quia *Silvest.in summa verb.exemptio §.*
10. dicit contrarium esse verius, evidentissimâ ratione, scilicet quia exemptio fit 26
gratiâ exemptoris, quod dictum sequitur *Armill.eod.verb.numero octavo. Rebuff.*
dicto consilio 142.col.2. vers.exempta. Chokier loco citato numero decimo septimo libro 27
primo. Et licet in aliis non Ecclesiasticis possit dari jurisdictio in præjudicium eorum
qui se submittunt, non tamen in præjudicium superiorum. *Archidiac.in cap. con-*
quæstus num.4.quæst.3. Bald.in l. si quis ex consensu num.8. C.de Episcop. audient. Af- 28
flict.de prohib. feudi alien. per Federic. §. præterea inter duos numero 23. cum alleg. per
Surd.consil.47.num.25.libro 1. Nihilominus ut advertit *Abb.in d.cap.cum tempore in*
fine hoc indistinctè non procedit in Ecclesia. Remittit *ad not. per Innocent. in cap.* 29
accedentibus de privileg. & in cap. veniens de præscript. ubi *num.21.* dicit, quod
Prælatus potest conditionem Ecclesiæ meliorem facere, non autem deteriorem, ut
in cap.fraternitatem de donat. Et subdit post Innocent. quod per unum vel plures a-
ctus non censetur renunciatum favori Ecclesiæ, cum etiam expresè non possit re- 30
nuntiari; & rursus addit, quod si omnes vellent facere contra privilegium, unus

31 solus posset contradicere, prout evenit in casu isto, ubi magna pars Monialium, licet non major, contradixit. *Suarez de leg. l.8. c.33.n.2.* & quamvis *idem Abb.n.22.* dicat prædictam non procedere, quandò per renuntiationem revertitur ad jus com-
32 mune; hoc tamen dictum quatenus verum in hac facti specie non officit, propter præjudicium Sedis Apostolicæ, cujus interest habere exemptos, ut supra dictum est, & benè *Gaill. observat. 40.n.2.l.1.* quapropter meritò Ordinarius noluit simpliciter
33 recipere dictas Moniales, sed reservato beneplacito.

Et ita per Dominos causâ per binas vices maturè discussâ, fuit unanimiter conclusum, perpensis etiam omnibus in alia positione allegatis, & his quæ ulterius objici possent, cum sua egeat celeri expeditione ob magna scandala, quæ in illis partibus hac de causa quotidiè nascuntur.

Ad partis 4 Quæst. 1.2.&3. *Additio.*

AD id quod in fine quæstionis tertiæ D. Auctor adducit de non usu seu non receptione extravagantis Pauli II. quæ incipit. Ambitiosæ *vid Silvest. in verb. excommunicatio 7.n.83. Navarr. lib.3.cons.10.de reb. Eccles. & in Man.c.27.n.149. Covarruv. variar. resol. l.2.c.16.n.6.* ubi testantur in pluribus locis d. extravagantem receptam non fuisse, & pro hoc allegatur etiam quædam decisio *Mohedan 250.de reb. Eccl. non alien. & 219.de decim.* Verum cum supra *ad quæstionem 50.partis* notaverimus vim & potestatem Constitutionum Apostolicarum non pendere à receptione subditorum, non immeritò posset de hujus assertionis relevantia dubitari & in terminis extravagantis Ambitiosæ expressè contrarium resolvit. *Pet. de Benintend. decis. 3.n.9.* quem sequitur *Redoan. de reb. Eccl. non alienand. quæst. 58.n.25.* ubi dicunt, quod cum prædicta constitutio disponat prohibendo & pœnam imponendo, sicque cum aliis impressa in corpore juris, ac quotidie Romana curia pro ejus observantia pronunciet, non potest dici, quod non sit moribus uteatium recepta: & ad summum dicta non receptio suffragari posset quoad evitandas pœnas & censuras in d. constitutione comminatas, non verò quoad ipsam dispositionem principalem, maximè cum ab Episcopis & Prælatis, qui à Papa confirmantur, juramentum exigi soleat, de non alienando inconsulto Romano Pontifice, ut appositè consideravit *Laymann Theol. mor. l.3.tract.4.c.10.n.10.vers. atque hac dicta.*

* * *
* *
*

AD

Ad Quæst. 5. part. 4. *Additio.*

REgulam, quod electi in concordia, si sint immediatè Papæ subjecti, & ultra montes constituti, possunt administrare ante habitam confirmationem. Restringè primò, ut procedat tantùm in electis, non etiam in provisis à Papa ante habitas litteras sive Bullas suæ provisionis, quamvis enim pronunciatus per Papam in Consistorio etiam ante levatas Bullas sit verus Prælatus, cum litteræ non sint de substantia gratiæ. *Felin. in cap. eam te num. 2. vers. cave. de rescript. Sarnen. in reg. de infirm. q. 1. vers. nam considerandum.* Attamen cum sic promoti aliter de sua promotione certi esse non possint quàm per inspectionem Bullarum, vix careret periculo eosdem ad simplices curialium sive agentium missivas de provisione testificantes administrationi sese ingerere *ut not. Fagnan. in cap. nihil. num. 31. de elect.*

Restringe secundò, ut nec electi in concordia possint ante confirmationem administrare, quandò in illa provincia adest Legatus Sedis Apostolicæ, idque non obstante quâvis contrariâ consuetudine. *Idem Fagnan. in d. c. nihil. n. 19. vers. limitabis & in c. cum venerabilis n. 14. de consuetud.*

Ad part. 4. Quæst. 11. *Additio.*

HOc loco conjungenda sunt illa, quæ infra hac eadem *parte 4. q. 42. & duabus sequentibus* satis dubiè scripsit D. Auctor circa susceptionem Ordinum & cæterorum pontificalium per exemptos faciendam, nec non de concedendis dimissoriis, de quibus omnibus teneas certam Conc. Trid. determinationem *sess. 23. de reform. c. 10.* ubi statuit Abbates aliosque Prælatos quantumcunque exemptos, etiàsi nullius diœcesis sint, neque consequenter eisdem dimissorias concedere, sed hæc omnia pertinere ad ipsum Episcopum, intra cujus diœcesis fines loca sic exempta vel nullius diœcesis existere dicuntur. *Rot. coram Seraph. dec. 985. per tot.* & de hac re vid *Tamburin. de jure Abb. tom. 3. disp. 5. q. 11. n. 70. Azor. instit. moral. tom. 1. l. 12. c. 20. q. 7. & tom. 2. l. 3. c. 48. q. 15. & alios allegat. per Barbos. ad d. c. 10. sess. 23.*

Amplia 1. quod hæc decisio procedit etiam quoad Prælatos habentes omnimodam jurisdictionem in clerum & populum, etiamsi extra fines cujuscunque diœcesis esse dicantur, quia hoc casu jus ordinandi & dimissorias concedendi spectabit ad Epi-

Episcopum viciniorem, ad quem ex eodem Concilio spectat visitatio jure delegato plenè. *Fagnan. in cap. significasti num. 12. & seqq. de offic. archidiac. & in cap. nullus n. 10. de paroch.*

Ampliа 2. Ut quamvis Abbas exemptus simul sit Episcopus alterius loci, tamen non posset ordinare subditos suos ratione Abbatiæ, quia eos ordinatet ut Abbas, nō ut Episcopus. *Fagnan. in d.c. significasti n. 30. de offic. archidiac.*

Ampliа 3. Quod quamvis Prælati exempti subditis suis regularibus possint dimissorias concedere, debent tamen illas dirigere ad Episcopum diœcesanum, vel si sint extra fines cujuscunque diœcesis, ad viciniorem. *Fagnan. in cap. cum olim n. 15. & 16. de præscript. Barbosa ad Concil. d.c. 10. sess. 23. num. 11. & de offic. Episc. par. 2. leg. 7. num. 18.*

Limitantur hæc omnia in illis exemptis, qui speciali privilegio possunt Episcopalia à quocunque maluerint Episcopo recipere, de quibus *vid. Rot. coram Bichio dec. 594. num. 9. & 10.*

DECISIO XCVIII.

De facultate quam habent Abbates ordinandi subditos suos, eisdemque dimissorias concedendi, & de restrictione hujus facultatis per sac. Concilium Trident. facta.

Illustriss. Seraphino. *Int. imp. Seraphin. dec. 35.*

Dubium sacræ Congregationis Concilii.

Lunæ 27. Aprilis 1592.

SUMMARIUM.

1 *Abbates regulares hodie non possunt tonsuram & ordines minores conferre personis secularibus etiam sibi subditis, vel habentibus dimissorias proprii Ordinarii, & n. 5. & 8.*

2 *Abbates non possunt dimissorias concedere*

dere Clericis sæcularibus suæ jurisdictionis, ut ab aliis ordinentur.

3 Ejusdem potestatis est ordinare & dimissorias concedere.

4 Ordinatio Clericorum sæcularium ad solos tantum Episcopos pertinet.

6 Papa non potest dare licentiam ei qui non est ordinatus conferendi Ordines sacros, quia nemo dat quod non habet.

7 Licentia audiendi confessiones non potest demandari personæ non idoneæ & potestatem non habenti.

9 Sublato antecedente, tollitur consequens.

FUit mihi injunctum ab illustrissimo D. meo Cardin. Matthæio de Ordine Sanctissimi Domini nostri, ut sequens dubium proponerem in Rota: An Abbates, qui habent facultatem conferendi tonsuram, vel majores Ordines subditis sibi Regularibus, possint stante decreto Concilii Tridentini *cap.* 10. *sess.* 23. Tonsuram ac majores Ordines conferre personis sæcularibus habentibus litteras dimissorias à suis Ordinariis? & re maturè discussâ Domini iverunt in sententiam negativam, ut non possint: Quamvis enim de jure communi ante Concilii dispositionem Abbates ex privilegio Apostolico habentes jura Episcopalia possent conferre primam tonsuram, & etiam Ordines minores saltem usque ad Lectoratum, ex sententia *gloss. in capt. Abbates in verb. Tonsuram de privileg. in 6.* non solum Monachiis, & conversis suis, sed etiam puris Laicis, nec conversis, nec convertendis, dommodo in eos Episcopalem jurisdictionem obtinerent, ut per illum textum *tradit gloss. in d. cap. Abbates in verb. quasi Episcopalem, & post Guid. & Archidiac. confirmat Turrecrem. in cap. quoniam. num. 6. distinct.* 69. cui sententiæ accedit *Innocent. in rubric. de Cler. peregr. num. 3. Angel. Clavas. in summ. in verb. Ordo secundo. post Joan. Andre. & But. in cap. cùm contingat. de ætat. & qualit.* tamen Concilium restringere voluit hanc facultatem ad Regulares subditos tantum, ut his solis liceat Abbatibus, quantumvis exemptis tonsuram, vel minores Ordines conferre: & quamvis verba sint Clara, ita ut nulla comprobatione indigere videantur: Potest nihilominus hæc sententia confirmari ex eo, quod in eodem loco prohibetur, ne ab Abbatibus litteræ demissoriæ aliquibus Clericis sæcularibus, ut ab aliis ordinentur, concedantur, cùm enim ejusdem sit potestatis, ordinare, vel litteras dimissorias concedere, *cap.* 1. *distinct.* 72. satis apparet eis adimi facultatem dandi dimissorias, quia neque etiam ordinare possunt, & ideò denegatur eis hæc facultas respectu Clericorum sæcularium tantum, quorum ordinationem ad solos Episcopos vult pertinere: Et hoc probabiliter eâ ratione, quia noluit Religiosos vacare aliis negotiis præter ea, quæ ad eorum Religionem pertinent, & quia fortè multi his facultatibus abutebantur in præjudicium Episcopalis dignitatis ad quam solam de jure spectat jus ordinandi suos subditos, *cap. nullus, de tempor. Ordin.* Hinc sequitur Abbates non posse subditos alienos, etiam cum dimis-

dimissoriis proprii Episcopi, ordinare; nam, quemadmodum Papa non potest dare licentiam ei qui ordinatus non est, conferendi Ordines sacros, ut tradit *Innocent. in C. quanto de consuetud.* cùm nemo det id, quod non habet, ita nequeat dimissorias suas potest Episcopus dare facultatem ei, qui eâ facultate ex dispositione Concilii privatus erat, prout etiam videmus, quod consecratio Suffraganei ab Archiepiscopo committi debet ei, qui aliàs ejus muneris obeundi sit capax, *cap. quod sedem. de offic. Ordin. & ibi Doctor.* & similiter audientia confessionis habenti, demandetur, ut tradit *Stephan. de Cajet. in repet. ca. ad limina* §. 5. *numer.* 17. *quæst.* 1. quod eò magis in hoc decreto Conciliari statuendum est, cùm veniat addendo, & immutando respectivè dispositionem juris communis, ut patet ex illa verbis, *non liceat imposterum*: Cùm itaque ex juris communis dispositione ipsi Episcopo non liceret alienum subditum ordinare sine dimissoriis, *d. cap. nullus Episcop. de temp. Ordin.* videretur superflua hæc prohibitio Concilii respectu non subditorum, nisi intelligeremus eam etiam in casu, in quo ordinandus haberet literas dimissorias: ideoque concludendum est ex mente Concilii, neque etiam licere 8 cum dimissoriis ordinare, ex quo sublata est præcisè, & absolutè facultas Abbatibus conferendi Ordines, præterquàm Regularibus eorum subditis: Nam sublato 9 antecedente, necessariò sublatum etiam censetur consequens ex eo proveniens, *ut per Bald. in L. Conventicula, num. 3. vers. item Argumentum à remotione pœnis, C. de Epis. & Cleric. & in L. 1. num.* 11. *C. de fidei commiss.* Hocque est dicendum omninò, ne incidamus in absurdum, quod licentia inferioris tollat inhibitatem provenientem ex lege Superioris. *C. cùm inferior. de major. & obed. infer. dist.* 21. *cum similibus.* Et ita concludum salvâ semper Sanctiff. D. N. determinatione.

DECI-

DECISIO XCIX.

Confessarii Monialium non egent approbatione Episcopi, quando ex privilegiis Apostolicis sunt ab Episcopali Jurisdictione exemptæ, & ex quibus hujusmodi exemptio resultet.

R.P.D. BICHIO.

Montis Cassinen. Jurisdictionis.

Inter impressas Bichii decis. 419.

Lunæ 27. Martii. 1651.

SUMMARIUM.

2 *Rota semper solet declarationes sacræ Congregationis reverenter amplecti.*

2 *Confessarii Monialium Prælatis Regularibus subjectarum, approbatione Episcopi non egent.*

3 *Monasterium Monialium esse exemptum, ac subjectum jurisdictioni Abbatis Regularis probatur ex privilegiis Apostolicis suscipientibus sub protectione B. Petri, & Sedis Apostolicæ nedum Monasterium, sed personas, & bona.*

4 *Exemptio à jurisdictione Episcopi resultat, si privilegia exemptiva expresse prohibent, ne Episcopus in loco exempto ullam exerceat jurisdictionem.*

5 *Appellatione jurisdictionis comprehenditur tam civilis quàm criminalis.*

6 *Dictio aliquid est universalis, & in materia jurisdictionis omnem actum etiam minimum jurisdictionis comprehendit.*

7 *Exemptio à jurisdictione Episcopi resultat, si privilegiis Apostolicis expresse prohibetur ne Episcopus in personas sententiam excommunicationis, vel interdicti pronulget, quod aliàs ad ipsum spectat, seclusâ exceptione.*

8 *Exemptio Monasterii Monialium à jurisdictione Episcopi probatur, si in privilegiis Monialibus indulgetur, quod Chrisma, Oleum sanctum, Consecrationes altarium, & similia petant à quocunq; antistite, quæ omnia de jure ad Episcopum spectant, nisi lex omnis tam jurisdictionis, quàm Diœcesis esset ab eo abdicata. & num. 10.*

Ad dignitatem Episcopalem, & legem Diœcesanam pertinet administratio

Chrismatis, Olei sancti, consecrationes altarium, nec non Collationes Ordinum &c. ibidem num. 9.

11 Pontificalia in aliena Diœcesi Episcopo exercere non licet.

12 Locus exemptus, quando constituat Territorium verè & propriè, non autem impropriè, & per modum æquiparationis, & quoad certos effectus, quamvis sit intra limites Diœcesis Episcopi? & num. 13. & supra num. anteced.

14 Exemptio simplex differt ab exemptione plenâ.

15 Locus exemptus constituere dicitur Territorium separatum, si enunciatur in litteris Apostolicis nullius Diœcesis, & talis censetur agnitus ab Episcopo, si dictas litteras executioni demandavit.

16 Enunciativæ antiquæ ultrà centum annos & adminiculatæ, valdè conducunt ad probandam qualitatem enunciatam.

17 Monasterium esse subjectum jurisdictioni Abbatis prævià translatione potestatis quasi Episcopalis privativè ad Episcopum, ex quibus potissimè probetur? & remissivè numer. 18. & seqq.

19 Unio beneficii facta ab Abbate Monasterio exempto denotat subjectionem Monasterii, ac potestatem Episcopalem unientis.

20 Confirmatio electionis Abbatissæ est actus jurisdictionis.

21 Indulgentias concedere Episcopalem potestatem denotat, ac etiam, quod illi, quibus sunt concessæ, subjiciuntur potestati concedentis num. 22.

23 Visitatio pendet ab ordinaria jurisdict.

24 Clausura Monialium soli Episcopo demandatur etiam in Monasterio Regularium.

25 Abbas si Sacramentum Confirmationis administravit, denotat ejus Monasterium esse separatum à Diœcesi Episcopi & sibi subjectum

Confirmationis Sacramentum non potest ab alio, quàm ab Episcopo ministrari. ibidem.

26 Monasterium esse subjectum jurisdictioni Abbatis probatur, si ultra actus jurisdictionis suprarecensitos, censuras promulgavit, & excommunicatos absolvit.

27 Item si visitavit Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, Olea sancta, fontem Baptismalem, & omnem sacram suppellectilem, quod sanè solius Episcopi munus est.

28 Monasterium dicitur propriè Diœcesis Abbatis, in quem jurisdictio Episcopalis fuit translata 29. Constitutio sanc. mem. Greg. XV. quæ incipit inscrutabili subjiciens Moniales correctioni Episcopi Diœcesani, ac prohibens, ne Confessarii tam ordinarii, quàm extraordinarii deputentur, nisi prævià approbatione Episcopi Diœcesani, locum non habet in locis exemptis constituentibus Territorium separatum de per se.

COnfessionarius Monialium Monasterii Sanctorum Cosmæ & Damiani Terræ Tagliacotii deputatus per Abbatem Montis Cassini, an indigeat approba-

tione

tione Ordinarii Marsicani disputatũ hodie fuit, & negativè responsum, qui ita aliàs declaravit sacra Congregatio Eminentissimorum sacri Concilii Tridentini Interpretum, cujus declarationes Rota solet semper reverenter amplecti, ut testatur *Buratt. in decis. 479. num. 2. & fuit dictum in Majoricen. Parochialis. 13. Iunii 1646. coram R. P. D. meo Celso, & in Alexandrina Canonicatus. 13. Februarii proximè præteriti coram Reverendiss. D. meo Decano.* 1

Justaque ex abundanti eadem declaratio apparet, fiam Confessariis Monialium Prælatis Regularibus subjectarum, quales ut infra dicam sunt istæ, approbatione Episcopi non egent, disponitur in sacro Concilio Tridentino *sess. 25. de regul. cap. 11. circa fin. vers. atque aliis Monasteriis, & tradit Azor. instit. moral. p. 1. lib. 13. cap. 9. quæst. 2. vers. quæres Armendar. in add. ad recoppillat. Navarr. lib. 2. tit. 18. lib. 7. de relig. num. 98. Barbos. de potest. Episc. alleg. 25. num. 37. & in Collect. ad Concil. Trid. d. sess. 25. de Regular. cap. 10. num. 4. aliique relati à Modern. Monacho Vallis umbrosæ de jur. Abbatiss. disput. 16. quæst. 2. num. 2.* 2

Esse autem has Moniales ac Monasterium exemptum prorsus à potestate Episcopi Marsicani, & subjectum jurisdictioni Abbatis Montis Cassini probatur quoad primam partem ex privilegiis Apostolicis Alexandri Tertii, Clementis Tertii, Cælestini Tertii, Honorii Tertii & Alexandri Quarti, relatis *in summ. Abbatis n. 4. & seqq.* quorum aliqua nedum Monasterium, & Moniales, earumque bona suscipiunt sub B. Petri, & Sedis Apostolicæ protectione, sed ultra statuunt primò, quod nullus Marsorum Episcopus in hanc Ecclesiam, vel ejus Moniales, & Clericos illi inservientes, aliquid juris exerceat; unde excluditur prorsus Episcopi Marsicani jurisdictio tam Civilis, quàm Criminalis, quàm appellatione jurisdictionis comprehendi notant *Doctores in L. 2 ff. de jurisdict. omn. Iudic. & in puncto similis privilegii advertit Maceraten. var. resol. lib. 3. resol. 4. n. 2.* 3

Ponderatâ præsertim dictione *aliquid*, quæ universalis est secundùm subjectam materiam; & omnem etiam minimum jurisdictionis actum comprehendit, *Cened. post lib. practic. & Canon. quæst. singul. 5. nu. 5. Barbos. dict. 21. nu. 2. Grat. discept. 509. num. 35. Surd. decis. 283. n. 8. Monach. decis. Florent. 50. n. 18.* Nec non proximâ subsequenti prohibitione, quod nulli Episcopo fas sit Moniales vel Clericos præfatos excomunicationis, vel interdicti vinculo innodare, quod licuisset Marsicano, si aliqualis jurisdictio penes ipsum remansisset, *cap. cum Capellæ. 16. cap. quanto 26. de privil. Ioan. Andr. in Tract. de interd. nu. 23. Chokier. de jurisd. in exempt. par. 2. q. 25. n. 122. Gigas. de pension quæst. 60. n. 1. Belencin. de charit. subsid. q. 24. nu. 2. & in puncto ponderavit Rot in Rossanen. Exemptionis. 20. Aprilis 1640. §. quod conformari in fine coram Rever. Salamantino* 4 5 6 7

Secundo, quod Chrisma, oleum sanctum, Consecrationes altarium, seu Basilicarũ, Ordinationes Clericorum, qui ad sacros Ordines fuerint promovendi, absq; omni contradictione, & appellatione, Moniales suscipiant à quocunq; maluerint Episcopo ad 8

po ad illarum Ecclesiam vocato, quæ omnia cùm peti ab Episcopo Marsicano debuissent, nisi lex omnis tam jurisdictionis, quàm Diœcesis ab eo abdicata fuisset, quia
9 concernunt Ordinem, & dignitatem Episcopalem, ac petinent ad legem Diœcesanam. *Io. Andr. in cap. 1. numer. 7. de privileg. in 6. Brunell. de legat. concluſ. 10. col. 3. Gratian. diſcept. 212. ſub num. 49. Lotther. de re benef. lib. 1. quæſt. 25. ſub num. 6. ſanc. mem. Greg. XV. deciſ. 434. num. 13. Text. in cap. veniens §. Chriſma de præſcript. cum aliis allegatis à Moder. Carpen. converſ. foren. cap. 220. num. 119. in fin. &*
10 *120.* Exinde clarè dignoscitur ab utraque lege Episcopi Marsicani Monasterium & Moniales fuisse solutas. *Chockier de jurisdictione in exempt. par. 2. quæſt. 45. num. 16. & part. 4. quæſt. 11. numero 2. & 3. Barbos de poteſt. Epiſc. alleg. 105. num. 65. Lotther. de re benefic. lib. 1. quæſt. 24. ſub num. 135. verſ. at non ſufficit. Rotain dict. Roſſanen. exemptionis §. præterea coram Reverendiſſimo Salamantino.*

Quo magis, quia non solum fuit Monialibus concessum prædicta petere à quocunque Episcopo maluerint in propria, sive alterius Ecclesiâ celebrante, sed etiam ad ipsarum Monialium Ecclesiam vocato, & sic permittitur alieno Episcopo absque Marsicani consensu ad libitum Monialium Pontificalia exercere in hac
11 Ecclesia, quod non liceret, si illa esset in Diœcesi, vel de Diœcesi Episcopi Marsicani, *Aldan. in compen. Can. reſol. lib. 1. titul. 4. num. 3. ſpeculator. part. 3. titul. de Cler. pereg. ſub. numero 5. verſ. licet enim. Chockier de juriſdict. in exempt. quæſt. 11 ſub numero 3. verſ. ſed non tamen. Barboſ. in Collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 24. de refor. cap. 2. num. 3. & de poteſt. Epiſc. alleg. 30. num. 15.*

Ex quibus corollariè sequitur, quod eadem Ecclesia & Monasterium consti-
12 tuat Territorium separatum non impropriè, & per modum æquiparationis, & ad certos tantum effectus, ut de simpliciter exempto declarat *Rota deciſ. 207. nu. 3. verſ. non etiam & num. 4. par. 2. diverſ. deciſ. 207. nu. 3. verſ. non etiam, & num. 4. par. 2. diverſ. deciſ. 324. numero 7. par. 1. recent. Lotther. de re benef. lib. 1. quæſt. 24. numero 124. & ſeqq. Chokier. de juriſdict. in exempt. par. 2. quæſt. 45. num. 1.*
13 *14. & ſeqq.* Sed verè & & propriè, quamvis sit intra limites Diœcesis Marsicanæ, *Geminian. in cap. cùm Epiſcopus num. 4. de offic. Ordin. in 6. & in cap 2. num. 19. de conſtit. eodem tit. Rota d. deciſ. 207. num. 5. in fin. verſ. ſeu taliter par. 2. diverſ. dec. 105. num. 2. inter impreſſ. poſt conſil. Farin. lib 2. dec. 42. num. 2. & 6. dec. 65. nu. 3. apud Moder. de jur Abbat. tom. 3. deciſ. 635. numero 2. verſic. unde par. 3. recent. deciſ. 54. numero 2. verſ. adeò quod, & num. 5. coram Mart. Andr. cum aliis*
14 *allegatis per addend. ad Buratt. dec. 578. num. 21.* & distinguendo inter exemptionem simplicem, & plenam tradit *Lotther d. lib. quæſt. 24. numero 127. Gratian. diſcept. 212. num. 33.* Maximè quia nusquam in supra citatis privilegiis Monasterium enunciatur, ut solet sub alicujus Episcopi Diœcesi, quinimò tam in Epistola Cardinalis Medices anno 1499. *ſummar. numer. 1.* quam in litteris delegatoriis

Inno-

Innocentii VIII. directis eodem anno ipsi Episcopo Marsicorum *summar. numero* 18. Monasterium dicitur nullius Diœcesis; quas litteras cùm idem Episcopus exe- 15
cutioni demandaverit, agnovisse videtur veritatem hujus enuntiativæ *ad text. in cap. ex ore vers. per hoc. de his quæ fiunt à mai. part. capit. Dec. cons. 206. numero* 7. Cumque enuntiativæ sint duæ & antiquissimæ ultra centum annos, ac adminiculentur, ut infra, longævâ possessione Abbatis Montis Cassini, valdè conducunt ad probandam qualitatem enunciatam. *Put. decis. 149. num. 2. lib. 3, Rota* 16
in recent. decis. 91. numer. 2. in fine decis. 312. num. 6. part. 1. decis. 54. numero 10. coram Mart. Andrea & in puncto decis. 66. num. 6. apud Modern. de jure Abbat. Tom. 3. referendo enunciativas contrarias, quæ fortè adessent, ad tempus ante privilegia Apostolica, ut in proximis terminis respondit *Rota d. decis. 54. num. 6. in fine coram Mart. Andrea.*

Quo verò ad secundam partem videlicet subjectionem omnem Monasterii & Monialium Abbati Montis Cassini, & in eum translationis potestatis quasi Episco- 17
palis privativè quoad Episcopum Marsorum, probatio resultat, tum ex Epistola sacræ Congregationis super negotiis Regularium scripta de anno 1587. ad Abbatem Montis Cassini, & data in *summar. num 2.* ibi: *Sapendo la paternita vostra che da centinara d' anni in qua, quel Monastero* (scilicet Monialium Tagliacotii superius nominatarum) *e stato Sottoposto à Monte Cassino, e che l' Abbati pro tempore come Ordinarii l' hanno visitato, Governato, è Cornetto le Monache, e i preti, però con la presente Ordiniamo à V. P. Che debba mandarui subito un Monaco della Congregatione vostra, si come s' e fatto sempre per il passato, ad arbitrio dell' Abbate, il qual Monaco habbi da Confessarle &c. & hauer cura così dell temporale come del Spirituale e se Monsig' di Marsica e suo Vicario desse in cio impedimento alcuno, che non vogliano crederle, ci procureremo il rimedio conveniente.* Tum ex ipsis supra memoratis privilegiis Apostolicis, in quibus conceditur exemptio Monialibus salvâ Montis Cassinensis debita 18
justitiâ & reverentiâ, hæc enim reservatio denotat in Abbate Cassinensi potestatem quasi Episcopalem, cùm Episcopo hujusmodi reverentia debeatur. *Felin. in cap. cum inter num. 3. & 4. de rejudic. Seraphin. decis. 1025. num. 18. Rota in Cathacen. pretensæ obedientiæ 23 Maii 1650. §. 1. vers. etiam admisso: coram me.* Et in puncto hujus Monasterii & Abbatis *decis. 83. num. 4. apud Comitulum.* Tum ex eorundem privilegiorum bis centenariâ & amplius observantiâ, & actibus successivis ab Abbate gestis mox recensendis, utramque legem jurisdictionis & Diœcesis respicientibus, qui declarant sensisse pontifices potestatem omnem in Abbatem per eadem privilegia transferre. *Gabriell. cons. 66. nume* 19
vigesimo quarto, libro secundo, Seraphin. decis. 600. numero 3. & in proximis tervenus Cyriac. controv. 141. num. 38. relatus à Moderno Carpen. controvers. foren.

cap.

cap. 110. num. 10. Martin. Andreæ. decis. 54. num. 16. Rota apud Postb. de manuten. decis. 71. num. 1.

Constat siquidem Abbatem usque de anno 1266. confirmasse statuta à Monialibus edita summar. num. 9. de anno 1335. univisse huic Monasterio Ecclesiam S. Joannis de Camerata summar. num. 11. quod denotat subjectionem, & respectivè potestatem Episcopalem unientis. Federic. de Sen. cons. 111. numero 8. Oldrad. consil. 257. num. 5. & seqq. Rota in Mulevitana unionis 22. Iunii 1640. coram. Reverendiss. mo D. meo Decano. De anno 1557. 1588. confirmasse electiones Abbatissarum cum
20 assertione, quod Monasterium est membrum & grancia sacri Monasterii Cassinensis, ipsique immediatè subjectum, summar. num. 12. quæ confirmatio est actus jurisdictionis. cap. ex frequentibus de instit. Letter. de re benef. lib. 2. quæst. 18. num. 27. & 28. Seraphin. decis. 637. num. 1. Buratt. decis. 578. num. 8. & 9. Rota in Marsicen.
21 jurisdictionis 18. Februarii 1647. coram me. Indulgentias non semel concessisse Monialibus, quod pariter Episcopalis potestatis est. cap. accedentibus de excessib. Prælat. Navarr. de indulgent. notab. 31. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 55. qu. 3. Barbosa de
22 potest. Episc. alleg. 88. num. 17. & denotat subjectionem Monialium concedenti. Vgolin. de potest. Episc. cap. 41. §. 2. num. 2. vers. 2. Barbosa d. allegat. 88. num. 26.

23 Insuper pluries incipiendo ab anno 1319. summar. num. 10. & prosequendo ad annum 1595. summ. num. 14. & seq. visitasse Monasterium & Moniales, quod ab ordinaria jurisdictione pendet C. 1. in fine de censib. in 6. Barbosa de potest. Episc. alleg. 102. num. 4. & seqq. Gratian. discept. 212. num. 36. Rota decis. 117. num. 5. apud Tamburin. de jure Abb. Tom. 3. Et hic advertendum est, quod in visitationibus hujusmodi Abbas plurimos actus exercuit legem jurisdictionis & Diœcesanam concernentes, multa enim sancivit circa clausuram Monialium, quæ soli Episcopo demandata est, etiam in
24 Monasteriis Regularium ex Concilio Trident. sess. 25. de Regul. cap. 5. ut not. Suarez de Relig. tom. 4. tract. 9. de variet. Relig. lib. 1. c. 11. in fine Barbosa d. alleg. 102. num. 3. & alleg. 105. num. 31. Chokier de jurisdict. in exempt. par. 2. qu. 45. num. 5. Piasec. in praxi Episcop. par. 2. cap. 3. art. 7. num. 2. cum aliis relatis à Sperello decis. 97. num. 19. Administravit Sacramentum Confirmationis, quod non potuisset, si Monasterium non
25 esset separatum à Diœcesi Episcopi & sibi subjectum. Roderic. quæst. Regul. tom. 1. qu. 18. art. 3. Azor. Instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 30. quæst. 4. Covarr. lib. 1. var. cap. 10. num. 6. & 14. Navarr. cons. 14. n. 2. de privil. Barbosa de potest. Episc. alleg. 30. num. 4. & 15. Comminatus fuit Censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas pecuniarias Monialibus
26 & Clericis Ecclesiæ inservientibus, idemque ab excommunicatione incursa absolvit, visitavit SS. Eucharistiæ Sacramentum, Olea sancta, Fontem Baptismalem, calices & omnem sacram Suppellectilem, quod sanè solius Episcopi munus est in propriâ Diœcesi. Barbosa de potest. Episcop. alleg. 74. num. 18. Rot. in Barchinonen. ju-
27 risdict. 4. Iulii 1646. §. 1. coram me. Ac tandem aliquando prohibuit Monialibus

& Cleri-

& Clericis, ne in pertinentibus ad Ordinem sive jurisdictionem Episcopalem ad- 27
eant Episcopum Marsorum, ut signanter in visitatione anni 1540. *summar. num. 2.*

Quapropter cùm de promissis clara sit exclusio Episcopi Marsorum ab omni
jurisdictione in hoc Monasterio, illud propterea dicitur propria Diœcesis Abba- 28
tis. *Anch. in C. postulasti num. 45. de foro comp. Gratian. discept. 212. n. 33. Rota decis. 100. num. 3. post consil. Farinacii. & dec. 42. n. 2. & 3. apud Tamb. de jure Abb. tom. 3. Chokier. de jurisd. part. 1. quæst. 9. numero 7.* prout etiam de-
ponunt testes dati in *summario numer. 16.* Et per consequens non urget no vissima
Constit. S.M. Gregorii XV. relata per *Tambur. de jure Abbatiss. disput. 16. quæst.* 29
2. Subjiciens Moniales visitationi & correctioni Diœcesani, & prohibens, ne Con-
fessores tam ordinarii, quà extraordinarii, ad confessiones Monialium etiam Regu-
laribus subjectarum deputentur, nisi prius ab Episcopo Diœcesano idonei judi-
centur, & approbationem obineant: Quia loquitur de Episcopo Diœcesano, qua-
lis in prædictis non est Episcopus Marsorum, nec militat in locis alterius jurisdictio-
ni omnimodè subjectis, ac Territorium separatum constituentibus, ut declaravit
Sacra Congregatio Concilii *relat. à Tambur. d. disput. 16. vers. advertium. & in terminis similium Decretorum Concilii advertit Grilinzon. cons. 142. num. 21. & 22. Grat. discept. 212. n. 33. aliique relati à Modern. Carpen. controv. Foren. cap. 67. num. 26. & cap. 220. num. 12. & 13. Rota apud Tambur. de jure Abbat. decis 117. num. 3. & 4. tom. 3.*

Et ita &c.

Ad part. 4. Quæst. 17.

DECISIO C.

Ex dispositione Sacri Concilii Tridentini Ordinariis non subjacent Ecclesiæ nullius Diœcesis etiam euratæ; & de jure celebrandi in Ecclesia exempta quoad Episcopum, & celebrandi extra eandem quoad Prælatum ipsius Ecclesiæ exemptæ.

R. P. D. CERRO.

Lucen. Jurisdictionis.

In recent. dec. 493. par. 33.

Lunæ 26. Junii 1662.

SUMMARIUM.

1 *Exemptio privativè concessa quoad Ecclesiam principalem, censetur etiam concessa quoad membra.*
2 *Episcopi præcipua jurisdictio consistit in visitatione.*
3 *Jurisdictio Episcopo expresè non delata arguit exemptionem præservatam.*
4 *Observantia declarat actum & animum præcedentem.*
5 *Episcopis non denegatur celebratio Missæ in Pontificalibus in quibusvis Ecclesiis Regularibus etiam exemptis.*
6 *Factum de licentia alterius probari non posse sine ea.*
7 *Ecclesia Parochialis Regularium subjacet Episcopo quando est exempta, secus quando est nullius Diœcesis. & num. 8. & 9.*
10 *Abbates prohibentur exercere Pontificalia extra eorum Ecclesiam, nisi contrarium ex privilegio doceatur.*

ORta est controversia inter Episcopum Lucensem, & Abbatem S. Vincentii *del pino Oppidi de Monforte* super nonnullis actibus jurisdictionalibus, & plu-

& plures emanârunt sententiæ coram diversis judicibus in partibus: at causâ devolutâ ad Rotam, mihique commissâ, discutiendum proposui.

An Episcopus Lucen. habeat jurisdictionem cumulativam etiam in Ecclesia Monasterii S. Vincentii exceptâ visitatione.

An Abbas possit exercere Pontificalia extra Ecclesiam sui Conventus, & ab illa exire cum Mitra, & Baculo in Processionibus publicis, quæ solent fieri per vias dicti Oppidi, & suorum terminorum, vel potius hoc spectet privativè ad Episcopum.

An Abbas possit exercere pontificalia in Ecclesiis aliorum Conventuum, qui non sint sui Ordinis, licet habeat licentiam eorum Superioris absque licentia Episcopi, & dictus Abbas possit concedere tales licentias aliis Abbatibus, vel potiùs hoc spectet privativè ad Episcopum.

An Abbas possit indicere Processiones generales in dicto Oppido, vel potius hoc spectet privativè ad Episcopum, quæ omnia fuerunt resoluta pro Abbate. Respectu enim primi Articuli concernen. jurisdictionem privativam Abbatis in dicta Ecclesia proprii Monasterii, ipse fundat suam intentionem in instrumento concordiæ inter olim Episcopum, & Abbatem initæ de anno 1604. ubi inter cætera declaratur, quod jurisdictio ordinaria Oppidi de Monforte, inter ipsos ad præventionem administretur cumulativè in omnibus Ecclesiis d. Oppidi, & deinde convenerunt Abbatem in Ecclesiis unitis proprio Monasterio habere jurisdictionem priavativam in causis Matrimonialibus, Beneficialibus, Criminalibus, Civilibus, decimalibus, & mixtis, reservata eidem Episcopo personali visitatione cum nonnullis conditionibus, unde dum postea dictum fuit, quod Monasterium cum Ecclesia S. Vincentii remanere debeat liberum & exemptum à visitatione Episcopi in totum, ex hoc patet, Abbatem habere privativam jurisdictionem ordinariam in d. Ecclesia, quia si illa conceditur privativè, quoad Ecclesias unitas ipsi Monasterio ad favorem Abbatis, eò magis dicendum est voluisse partes à cumulativa jurisdictione Episcopi eximere Monasterium ipsum cum Ecclesia Abbatiali, cui tanquam principali cæteræ Ecclesiæ annexæ inhærent, uti membra & partes, *cap. recolentes §. Cæterum de stat. Monach.*

Idque colligitur ex eo, quod privativa jurisdictio in Ecclesia unita præservatur Abbati cum præfato pacto ad favorem Episcopi, quod habeat facultatem illas per semetipsum visitandi, successivè verò dum agitur de Monasterio, dicitur quod illud remaneat liberum à visitatione in totum, quæ dispositio demonstrat, quod partes voluerint prosequendo ordinem, non solum præservare Abbati privativam, etiam in Monasterio, quemadmodum antea immediatè fecerunt in annexis, sed ulterius tribuendo majorem exemptionem Monasterio, illud à visitatione Episcopi liberant; unde arguendo à majoritate rationis, sicut voluerunt à visitatione Episcopi, ita

2 pi, ita dicendum est voluisse eximere à cumulativa jurisdictione, quod semper eidem competit, non obstante exemptione, ut habetur in Concil. Trid. *sess.* 7. *cap.* 8. *de reform. & aliis allegatis, dixit Rota in Barchionen. jurisdictionis.* 4. *Julii* 1646. §. *nam quoad Episcopum coram bon. mem. Bichio.*

Quod fortius evincitur, ex quo nulla alia potest assignari ratio, propter quam Abbati fuit præservata cumulativa in Ecclesiis unitis, nisi quia à principio jurisdictio plenaria Oppidi de Lemos hodie nuncupati de Monforte cum suis Confinibus fuerat Abbatibus prædecessoribus concessa cum potestate ligandi & absolvendi, ut patet tam ex dispositione Concilii Oveten. Anno 819. quam etiam ex donatione Alphonsi Regis Hispaniarum, cui accessit subscriptio plurium Episcoporum Hispaniæ, signanter Episcopi Lucensis, junctâ confirmatione Innocentii Papæ III. quod magis congruit Monasterio, quàm Ecclesiis sibi annexis, quia concessiones prædictæ, non d. Ecclesiis, sed eidem Monasterio factæ fuerunt, & sic in dubio, dum con-
3 stat de præcedenti titulo & possessione Abbatis, transactio ad ejus favorem strictè est intelligenda, ita ut ubi expressè non fuit delata jurisdictio Episcopo, censeatur eidem Abbati præservata, juxta doctrinam *Ancharan in cap. postulasti, num.* 45. *de for. compet. Rota in Toletana jurisdictionis* 9. *Maji* 159. §. *Quoniam illud in fine. ram R. P. D. meo Bevilaqua.*

Comprobantur prædicta ex Testibus relatis *in summario Abbatis num.* 4. qui deponunt de privativa jurisdictione ejusdem Abbatis in Ecclesia Sancti Vincentii per annos quadraginta, & ultra, absque eo quod Episcopi Lucenses aliquid egerint in contrarium, & quod aliter esse non possit, quin ipsi sciverint, vel audiverint, exquo desumitur privativam jurisdictionem fuisse in concordia præservatam Abbati etiam
4 in dicta Ecclesia Sancti Vincentii, nam observantia optimè declarat animam, & actum præcedentem, *per Text. in L. sed etsi Iulianus* §. *proinde, &* §. *interdum ff. ad Maced. Coccin. Dec.* 77. *num.* 4. *& Sancti Severini decimarum* 27. *Junii* 1647. §. *non obstat circa med. coram Reverendiss. Terracinen.*

Non obstant actus, qui ab Episcopo prætenduntur gesti in prædicta Ecclesia S. Vincentii. Quia, vel non concernunt jurisdictionem, prout celebratio Missæ in
5 Pontificalibus, quæ non denegatur Episcopis, in quibus Ecclesiis Regularibus etiam exemptis, quamvis ibidem jurisdictionem non habeant, ut ex Decreto sacræ Congregationis Rituum tradit *Modern. Pat. Dian. oper moral. Tom.* 3. *Tract.* 2, *dub.*
6 *gul. quæst.* 109. *vers. Nota tamen*; vel demum fuerunt facti annuente Abbate, ut de Sacramento Confirmationis liquet ex Epistolis, tam ejusdem Abbatis, quam Episcopi, proinde non relevant, sed potius retorquentur, cùm alias absque licentia Abbatis videatur non licuisse.

Et hinc non est momenti, quod Ecclesia Sancti Vincentii sit Parochialis, &
7 curata, tanquam talis sit subjecta Episcopo in concernentibus curam animarum,

ex De-

ex Decreto Concilii Tridentini *sess. 25. cap. 11. de Regul.* quia Concilium loquitur de Ecclesiis & Monasteriis exemptis, quæ sunt in Diœcesi, ibi: *in cujus Diœcesi sita sunt*, & sic non comprehendit Monasterium, de quo agitur, quod est nullius jurisdictionis, & ejus Abbas reperitur in possessione illam exercendi privativè ad Episcopum, cui propterea nec juxis assistentia suffragatur, ex deductis *in Elnen. Iurisdictionis §. hinc non relevat 19. Iunii 1647. coram bon. mem. Dunozetto.* 8 9

Idem Domini censuerunt, quoad secundum, tertium, & quartum articulum, non obstante Decreto Sacræ Congregationis Rituum edito 27. Septembris 1659. ubi prohibentur Abbates exercere Pontificalia extra eorum Ecclesias; quia cùm Abbas per transactionem per Sedem Apostolicam confirmatam habeat in Oppido de Monforte, & illius Ecclesiis cumulativam jurisdictionem, non potest Episcopus allegare dictum Decretum seu privilegia, per quæ valeat Abbati impedire hanc jurisdictionem sibi per pactum præservatam in transactione Episcopo summoperè favorabili, dum exprædictis constat, quod talis jurisdictio ante existebat penes Abbatem. 10

Et ita utraque parte informante.

Ad part. 4. Quæst. 19. *Additio.*

EXempti an teneantur ad Synodum? Nota quod fundamentum & ratio accessus ad Synodum est subjectio jurisdictioni Episcopali, & præcipuè illi speciei jurisdictionis, quâ expeditur visitatio; Synodus enim est præambulum visitationis, ut notavit *Fagnan. in C. quanto numero 56. de offic. Ordin.* Et ex hoc ibi colligit unam Regulam, quod omnes illi exempti etiam Regulares, qui ex decretis Concilii Tridentini visitari possunt ab Episcopis etiam jure tantùm delegato, teneantur venire ad Synodum Diœcesanam, ut in specie decisum fuit de Regularibus, qui vel Capitulis Generalibus non subduntur, vel curam animarum personarum sæcularium exercent. Item de Rectoribus Ecclesiarum curatarum nullius Diœcesis sacra Congregatio respondit, teneri ipsos interesse Synodo vicinioris Episcopi qui ex Concilio jus habet visitandi. Refert idem *Fagnan. in C. quod super his numero octavo & decimo, de major. & obed.* & novissimè per fan. memor. Alexandrum VII. declaratum fuit Abbates, & alios

Superiores parvorum Conventuum in Italia, qui ex decreto Innocentii X. omnimodæ jurisdictioni Episcoporum tanquam Sedis Apostolicæ delegatorum subjecti fuerunt, teneri ad eorundem Episcoporum Synodos accedere.

Ad Quæst. 21. *Additio.*

DE clausula: quatenus sacris Canonibus & Decretis Concilii Tridentini non adversentur, adverte quod contra interpretationem Hieronymi à Sorbo hoc loco à d. Auctore allatam, apertè tenet *Fagnan. in cap. Canonum statuta. numer. 23. de constit. & in cap. Tuarum. num. 26. de privileg.* Et meliori quidem ratione, cùm enim, ut legenti & intuenti patet, Canones sacri Concilii Tridentini nil aliud sint nisi diffinitiones & dogmata fidei, contra quæ nec ipse Summus Pontifex indulta & dispensationes concedere potest, prorsus ineptum videtur per supradictam clausulam Canones & dogmata Concilii Tridentini præservare velle, & non potiùs antiquos Canones Summorum Ponticum, & Conciliorum Generalium in materia disciplinæ Ecclesiasticæ editos.

Ad Quæst. 23. & 24. *Additio.*

DE materia visitationis locorum & personarum exemptarum. *vid. Fusc. de visit. lib. 2. cap. 8. & cap. 26. Roderic. quæst. regul. tom. 1. quæst. 36. art. 3. Zerolam. praxi Episcop par. 1. verb. visitatio & par. 2. verb. exemptus. Azor. Instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 40. Barbosa in Collectan. ad Concil. Trident. sess. 7. de reform. cap. 8. & 9. & sess. 25. de Regular. cap. 8. & cap. 11. latè Fagnan. in cap. Grave. num. 11. & seqq. de offic. Ordin. & in cap. nullus num. 23. & seqq. de Paroch.* ex quibus omnibus breviter elici possunt sequentes conclusiones.

1. Ecclesias exemptas qualcunque visitat Episcopus uti Sedis Apostolicæ delegatus præter Regulares in Congregationem redactas, vel quæ Ordinum suorum capitibus subsunt. Concil. Trident. *sess. 7. de reform. cap. 8. sess. 25. de Regul. cap. 8. & 11. sess. 21. cap. 8.* Si tamen his etiam immineat cura animarum, visitari quoque possunt quoad concernentia d. curam.

2. Ecclesiæ nullius Diœcesis sæculares visitantur vel ab Episcopo intra cujus Diœcesis limites sunt constitutæ ex *cap. 10. sess. 23.* vel à viciniori, si sint extra fines cujuscunque Diœcesis. *cap. 9. sess. 24.* Regulares verò nullo modo ab Ordinariis visitari possunt. *cap. 11. sess. 25. de Regul.*

Per-

3. Personæ exemptæ sæculares non tantum quoad curam animarum, sed etiam quoad delicta & excessus subsunt visitationi Episcopi. *cap. 3. sess. 6.* Regulares non item, nisi extra claustra degant. *ut ibid.*

4. Personas nullius Diœcesis sæculares visitat idem Episcopus, qui & Ecclesias illorum, *ut in cap. 9. sess. 24.* ex quo decalaravit S. Congregatio admitti debere Episcopum non tantum ad visitationem Ecclesiæ, sed etiam Cleri & populi ibi existentis, Regulares autem etsi curam animarum exercentes, non nisi proprius ipsorum Prælatus visitare potest.

DECISIO CI.

Episcopus visitat Ecclesiam Regularium in qua cura animarum exercetur, & personas eam exercentes, non obstante quacunque exemptione, fallit ubi Abbates & alii Prælati utramque jurisdictionem habeat in Clerum & populum.

ILLVSTRISS. SERAPHINO.

Civitaten. Jurisdictionis.

Veneris 11. *Februarii* 1594.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus non debet impediri in visitatione quoad curam animarum.*
2 *Fallit in locis ubi Prælati inferiores utramque jurisdictionem habent.*
3 *Episcopus propter juris assistentiam est manutendus in visitatione.*
4 *Ampliatur omnibus quæ veniunt in consequentiam visitationis.*

Fuit

Fuit resolutum moderandam esse inhibitionem ex pluribus: primò quia aliàs coram R.P.D. meo Gipsio probatum fuit in Diœcesi Civitatensi omnem curam residere penes Episcopum, & consequenter Monasterium, quod aliàs resolutum fuit non habere Parochiam, exercere curam nomine Episcopi, qui pro illius exercitio deputat unum ex Monachis; Unde non potest Episcopus impediri in visitatione Ecclesiæ & personarum habentium curam, quantum ad ea quæ hanc curam & Sacramentorum administrationem respiciunt.

2

Verum quia super hoc adhuc pendet causa in Rota indecisa, & res adhuc est dubia saltem respectu Diœcesis, fuit deventum ad alias rationes; Nam etiam quod cura resideret penes Monasterium, stante Concilio Tridentino Episcopus non obstante quacunque exemptione potest visitare Ecclesiam illi unitam juxta formam *cap. 7. & segq. segq. sess. 7. de reformat.* Et idem si Ecclesia sit intra locum Monasterii, eique immineat cura, juxta formam *cap. 11. de Regular. sess. 25.* in quo datur facultas Episcopo visitandi personas, tam Regulares, quàm sæculares curam animarum exercentes in iis, quæ ad curam & administrationem Sacramentorum pertinent.

2

Nisi versemur in locis, in quibus Abbates, & alii Superiores Regularium jurisdictionem spiritualem & temporalem in Parochianos habent, quod hoc casu non probatur, nec probari potest, cùm Civitas in temporalibus Episcopo subsit. Postremo etiam ex dispositione juris communis idem esset dicendum, cùm non constet de aliqua Monachorum exemptione, quia illa, quæ ostenditur Alexandri VI. habet exemptionem in ventre respectu eorum, quæ ad curam animarum pertinent. Neque docetur de aliqua præscriptione, ideoque locum habet, *C. cùm personæ de privil. in 6.*

3

& Episcopus est manutenendus, cùm habeat juris communis assistentiam, *ut fuit dictum coram bon. mem. D. Bubalo in una Valentina de Xativa.* Neque obstat decisio in causa Piscien. quia ibi constabat de exẽptione, nihilominus fuit data Præposito facultas visitandi in his, quæ recipiunt curam cumulativè cùm Abbate; ita tamen ut decreta Ordinarii prævaleant, ubi datur aliqua contrarietas, vel incompatibilitas: & ita concluſum 20. Octobris præteriti coram R.P.D. meo Penia. Et huic

4

consonat decisio sacræ Congregationis, quâ continetur personas & locum visitari posse in iis, quæ curam respiciunt, nam hoc quodam modo venit in consequentiam visitationis personarum, ut inquiratur, quo modo conservetur Sanctissimum Sacramentum, & Ecclesiastica ornamenta, quod citrà visitationem Ecclesiæ fieri non potest. Et ita concluſum pro moderatione inhibitionis.

* * *
* *

DECI-

DECISIO CII.

Jus visitandi Ecclesias Monialium curam animarum annexam non habentes, non spectat ad Episcopum, sed ad Abbatissam, præsertim quando tale jus competit vigore concordiæ inter ipsam, & Episcopum à Sede Apostolica confirmatæ, & per longum tempus observatæ, & ex quibus talis observantia probetur.

R. P. D. Bichio. *Inter impressas Bichii decis. 267.*

Barchinonen. Jurisdictionis.

Mercurii 4. Julii 1646.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus potest visitare Ecclesias Regularium curam animarum habentes in iis, quæ spectant ad Sacramentorum administrationem.*

2 *Non obstante quacunque exemptione.*

3 *Non tamen visitare potest altaria earundem Ecclesiarum, quibus non incumbit cura animarum personarum sæcularium.*

4 *Præsertim quando hoc idem prohibetur etiam ex concordia à Sede Apostolica confirmata, qua ligat etiam Episcopos successores, & num. 5.*

6 *Confirmatio Apostolica probatur ex litteris Apostolicis de mandato Papæ expeditis.*
Et tale mandatum probatur ex assertione Cardinalis in ipsismet litteris confirmationis emissæ, num. 8.

7 *Gesta per Benedictum XIII. ante primam requisitionem Principum fuerunt approbata à Concilio Constantiensi.*

9 *Confirmatio concordiæ præsumitur ex illius*

lius observantia per longissimum tempus.

10 Scripturæ extractæ ex proprio Archivio monasterii probant etiam contra tertium concurrentibus adminiculis.

11 Observantia, sive effectuatio concordiæ in aliqua parte arguit effectuationem in reliquis, in ea contentis.

12 Concilium Tridentinum loquens de jure visitandi competente Episcopo non derogat concordiis à Sede Apostolica confirmatis.

13 Assistentia juris locum non habet, ubi concurrit titulus, vel quasi possessio in contrarium.

14 Jus visitandi beneficia existentia in Ecclesia monasterii competit Abbatissæ, si vigore alicujus concordiæ inter ipsam, & Episcopum beneficiati sunt ei subjecti.

15 Observantia declarat quid fuerit in transactione comprehensum.

16 Abbatissa incapax est jurisdictionis spiritualis, ac propterea non potest interdicere, nec suspendere.

18 Declara conclusionem procedere in suspensione propriè sumpta, ob quam quis irregularitatem incurrit, secus in suspensione impropriè sumpta, qua fit subtrahendo reditus, & similia; hoc enim non est propriè jurisdictionis spiritualis & num. 18.

19 Abbatissa potest beneficiatos in Ecclesia monasterii existentes pœnis coercere, quando talis facultas ei à Sede Apostolica est concessa, tunc enim non ipsa, sed Pontifex jurisdictionem spiritualem exercere videtur.

20 Visitationes ab Episcopo factæ in monasterio Monialium jure delegato non tribuunt eidem jus visitandi jure ordinario.

21 Quasi possessio visitandi monasterium Monialium non potest dici quæsita Episcopo in præjudicium Abbatissæ ex visitatione contradicta, nisi ultro concurrat scientia, & acquiescentia Abbatissæ.

22 Quasi possessio visitandi ex quibus Abbatissæ quæsita dicatur contra Episcopum?

23 Scientia, & patientia resultat ex multiplicitate actuum.

24 Scientia & patientia adversarii non est necessaria, quando constat de titulo possidentis.

REnovato conflictu super manutentione in quasi possessione visitandi, quam competere Abbatissæ Monasterii sancti Petri puellarum, exceptis his quæ ad curam animarum pertinent, Rota censuit sub die 1. Julii 1644. quia informantes pro Domino Episcopo plura deducebant petitorium respicientia, ex quibus quasi possessio Abbatissæ aliquo modo denigraretur, Domini mandarunt, quod videretur de bono jure, super quo hodie excitavi disputationem, & resolutum fuit constare de bono jure Abbatissæ.

1 Nam quoad Episcopū ipsa liberas ædes habet, cum Episcopo licet competat jus visitandi Ecclesias regularium curam animarum annexam habentes, in iis quæ ad dictam

curam

curam & Sacramentorum administrationem pertinent, ut disponitur in sacro Concilio Tridentino. *sess.25.de regularib.cap.11.& tradit Roderic. quæst. regul. Tom.1.qu. 36. artic.4. Marcus Antonin. var. resolu. lib.1.cap.17,numer.3. Barbosa de potest.Episc. alleg.74. numer.18.* non obstante quacunque exemptione ut habetur *in eod. Concil.* 2
sess.7.cap.7.de reform. & notat. Cardin. in clem. attendentes. numer.8. de statu monach. Chokier.de jurisdict.in exempt.part.2.quæst.45. numer.11. & par.4. quæst.23. numer.2. dictarum tamen Ecclesiarum altaria quibus non incumbit cura animarum personarum sæcularium visitare non permittitur ex Constitut. san. mem. Gregorii XV. de 3
exemptorum privilegiis, ut declaravit sacra Congregatio *relata per Tamburin.de jure Abbatiss.disp.16.quæst.3.sub numer.13.* & omninò prohibetur ex concordia de Anno 4
1401. inita inter Abbatissam & Episcopum ibi: *quod Dominus Episcopus non visitet aliquod aliud altare nisi parochiale.* & infra ibi. *item quod in actu visitationis nec minus in alio tempore Dominus Episcopus visitator, aut visitatores per ipsum deputati non faciat nec faciant aliquam inquisitionem ratione servitii beneficiorum portionariorum* &c. quæ concordia cùm sit munita confirmatione Apostolica, ligat etiam Episcopos successores, 5
ut notant. DD. in cap.de cætero, & cap.veniens de transact.cap.quia ex eo, de pact. in 6. Rota decis.79.num.6.decis.159.num.5.par.1.recent.decis.87.num.15.par.7.

Confirmatio autem Apostolica nedum probatur ex litteris expeditis de mandato 6
Benedicti XIII. cujus gesta ante primam requisitionem principum approbavit Con- 7
cilium Constantiense ut habetur *in Concilio Constant. sess.20.§.5. & dixit Rota coram Coccino decis.295.num.11.& in Calaguritana canonicatus 20.Decemb.1602. coram Cardin. Lancelloto seniori.* de quo mandato constat ex attestatione Cardinalis Tirasonen- 8
sis in ipsismet confirmationis litteris emissa, cui standum est ad text. *in cap.nobilissimus distinct.97. Lapus alleg.32.num.3. Roman.cons.59.num.6.& in terminis Rota decis. 339.num.1.par.2. recent.* sed etiam ex observantia concordiæ per longissimum tempus. *Put.decis.345.num.2.lib.1.decis.355.num.7.lib.2.in correct.Seraph.decis.108.num.* 9
7.Rota in recent.decis.159.num.4.part.1.Addent.ad Gregor.decis.152.num.4.

Siquidem in concordia inter cætera fuit assertum, quod monasterium est immediatè subjectum Ecclesiæ Romanæ, & conventum quod Abbatissa habeat jus conferendi beneficia existentia in Ecclesia monasteriali; producta autem fuerunt sexdecim instrumenta collationum dd. beneficiorum ab Abbatissa factarum sub simili asser- tione immediatæ subjectionis Ecclesiæ Romanæ ab Anno M.CCCC.XXXV. usque 10
ad An.1593. quæ licet extracta ex archivio monasterii, quia adminiculantur tum ex numero, tum ex præcedenti concordia, tum quia tanto tempore nulla datur collatio pro parte Episcopi, tum ex sententia lata per judicem commissarium, probant etiam contra Episcopum. *ut per Bald.in l.instrum.num.1.C.de probat. Salic.ibid.n.1. Caputaq. decis.234.par.1.Buratt.decis.716.num.4. Rota decis.ult.n.2.& seqq.par.1.divers.dec.537. n.1.& ibi Addent.n.4. coram san.mem. Gregorio XV.* & sicuti probant observantiam con-

concordiæ quoad jus conferendi, & immediatam subjectionem monasterii Eccle-
siæ Romanæ, efficiunt, ut concordia dicatur observata & effectuata etiam in reli-
11 quis in ea contentis. *Addent. ad san. mem. Gregor. XV. decis. 557. num. 9. in fine, Rotam Terracinen. Sacristæ, 9 Iunii 1600. coram bon. mem. Iusto. Caval. decis. 408. num. 6. Burat. decis. 870. num. 4.*

Adeò quod ex dicta concordia evacuatur penitus jus visitandi, quod aliàs com-
petere posset Episcopo vel de jure communi, vel ex dispositione Concilii Tridentini,
12 quia Concilium Tridentinum non derogat concordiis à Sede Apostolica confirmatis. *Gonzalez. ad regul. 8. glos. 25. num. 14. Gratian. discept. 212. num. 37. Achill. dec. 3. num. 2.*
13 *de pact.* & assistentia juris communis cedit legitimo titulo & quasi possessioni Abbatissæ. *Panorm. in cap. 1. num. 8. ut lite pend. Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 4. declar. 4. nu. 6. Rot. decis. 508. numer. 10. & seqq. par. 5. recent. decis. 25. numer. 3. post Tamburin. de jure Abbatiss.*

Cujus Abbatissæ bonum jus eadem concordia parit, nedum excludendo Epi-
14 scopum ut supra, sed etiam subjiciendo beneficiatos in Ecclesia monasterii jurisdi-
ctioni ipsius Abbatissæ, quæsitum fuit jus visitandi beneficia sibi subjecta. *iuxta glos. in Clem. attendentes, verb. alia, vers. si autem monasteria de statu Monach. quam ibi sequitur Cardin. sub num. 7. Ioan. de Imola. num. 5. Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 2. numer. 14. Pavin. de visitat. quæst. 2. part. 1. num. 43. Azor. Instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 40. quæst. 9. vers. si quæras, & quæst. 11. vers. quidam alii, Barbosa de potest. Episc. alleg. 73. numer. 23.*
15 Concurrentibus præsertim visitationibus factis successivè ab Abbatissis, necnon promissionibus beneficiatorum non contraveniendi visitationibus per Abbatissam faciendis; nam observantia declarat, quid fuerit in transactione comprehensum. *Aym. cons. 211. numer. 8. Bald. cons. 245. numer. 2. lib. 3. Rota decis. 301. num. 8. par. 11. recent.*

16 Nec obstat, quod fœmina sit incapax jurisdictionis spiritualis & clavium. *cap. nova, de pœnit. & remiss. cap. de Monialibus, de sent. excommun.* ideòque non possit be-
neficiatos cogere ad obediendum mediante interdicto vel suspensione, quia hoc
17 procedit in suspensione propriè sumpta, ob quam contravenies irregularitatem in-
currit, ut notat *Abb. in cap. dilecta, num. 5. vers. tamen strictè de major. & obed. Miranda in man. Prælat. de monial. qu. 6. art. 5. concluſ. 1. & 4. Bonacina de censur. in comm. disp. 1.*
18 *quæst. 1. puncto 2. num. 4. Castropal. quæst. moral. par. 3. disp. 4. puncto 14. numer. 4.* sed non
in suspensione impropriè sumpta, quæ fit subtrahendo reditus, & prohibendo bene-
ficiatis sibi subjectis exercitium officii, & celebrationem missarum, donec satisfe-
cerint, cùm hoc non sit propriè jurisdictionis spiritualis & clavium fœminis prohi-
bitæ, ut declarando. *glos. in d. cap. dilecta tradit ibidem Abb. num. 5. vers. dicentes quem sequitur Silvest. in Sum. verb. Abbatissa, num. 6. vers. & secundo. Miranda d. conclus. 4. vers. & quamvis. Suarez. de relig. tom. 4. lib. 2. cap. 9. num. 11. Layman. Theol. moral. lib. 1. tract. 5.*

1.tract.5.cap.3.n.3. alique allegati per Tamburin.de jure Abbatiss.disput.32.q.5.n.3.& à Moderno Matriten.in summa quæst.regul. verb. Abbatissa num.16.

Cumque in concordia confirmata à Sede Apostolica Abbatissæ detur potestas beneficiatos destituendi ac privandi in pœnam delicti, poterit Abbatissa etiam hac pœnâ mulctare delinquentes, quamvis hoc spectet ad jurisdictionem spiritualem, & ratio est quia stante concessione Apostolicâ Abbatissa privando non exercet propriè jurisdictionem spiritualem, sed ad ejus voluntatem Pontifex est, qui suspendit influxum seu aufert jurisdictionem spiritualem, ut benè declarat *Suarez. de relig. d.tom.4.l.2.c.9.n.14.in fine.quem refert & sequitur Barbosa de jure Eccl.l.1.c.45.n.40. conferunt & tradita à Flores de Mena pract.quæst.l.1.q.10.n.4 & 6.* 19

Tandem non obstant visitationes factæ de anno 1504.& 1587. quia cum factæ fuerint authoritate delegatâ à Sede Apostolica, non præstant Episcopo jus visitandi authoritate ordinariâ, ut pluribus comprobat *prima decis § fin.* eò minus, quia secunda visitatio fuit contradicta à Monialibus,& contradictio de mandato visitatoris fuit inserta in ipso instrumento visitationis, ex qua propterea nullum jus aut quasi possessio acquiri potuit Episcopo in præjudicium Abbatissæ, cum ad hunc effectum necessaria fuisset illius scientia & acquiescentia. *L.3.§. dare ff.de usufruct.l.2. ubi glos. verb. sciente C.de serv it. & aqua. Affl.dec.67.n.1.& 2.Rot.dec.165.n.5.par.4.divers. dec.25.n.10. apud Tamburin. de jure Abbatiss.* 20 21

E converso autem Abbatissa ex visitationibus à se factis aliisque actibus jurisdictionalibus vigore concordiæ absque aliqua contradictione expeditis acquisivit quasi possessionem contra Episcopum,cum Episcopi scientia ex actuum multiplicitate præsumatur,& necessaria non sit,quandò constat de titulo possidentis,ut benè explicat *Rebuff.in const.Gallic.tom.3.tit.de mater.possess.in præfat.n.145. & seqq.& n.153. post Castren.in l.servitutis prædiorum n.9.vers.licet ff.de serv it.Bald.de prescript.par.2.5. p.principalis q.5.n.4. Gratian.discept.870.n.33.Rota dec. 533.n.3.par.1.recent. & in Lucana juris patronatus 20. Decembris 1628.coram Reverendissimo D.meo Decano.* 22 23 24

Et ita decisum utrâque parte informante.

Ad Quæst. 29. part. 4.

DECISIO CIII.

Beneficia exempta non veniunt in generali facultate conferendi, etiamsi sit expressa certa tota diœcesis vel territorium.

R.P.D. Merlino.

Leodien. Canonicatus.

Veneris 14. Martii 1642.

Inter impress. Merlini Decis. 191.

SUMMARIUM.

1 *Mensis Novembris est fixus, & perpetuo reservatus Papæ ex regula Cancellariæ, etiam contra concordiam Germaniæ.*

2 *Regulæ Cancellariæ derogant privilegiis etiam Germaniæ.*

3 *Ecclesia exempta non dicitur esse de diœcesi, etiamsi sit intra territorium, & habetur, ac si esset extra territorium ad effectum, ut non cadat sub privilegio conferendi generaliter Ecclesias alicujus territorii & n. 4.*

5 *Etiamsi privilegium sit conferendi in toto territorio, & de beneficiis cujuscunque qualitatis.*

6 *Verba,* cujuscunque qualitatis *restringuntur juxta terminos dispositionis.*

7 *Assertio Summi Pontificis attendenda & observanda.*

8 *Exemptio inducitur ex verbis:* suscepimus sub protectione B. Petri.

9 *Observantia coadjuvat probationes.*

10 *Impediens aliquid fieri punitur, ut factum in ejus præjudicium dicatur.*

11 *Beneficiales causæ in curia cognoscuntur, quandò sunt de beneficiis affectu, & num.* 12.

13 *Clausulæ generales in fine non ampliant sed corroborant dispositionem.*

Vaca-

VAcavit hic Canonicatus de mense Novemb. anni 1634. per obitum Melchioris à Colyn, cumque à Sede Apostolica fuisset collatus Gabrieli à Richtrich, possessione etiam subsecutâ; Magistri facultatum Universitatis Leodien. eundem contulerunt Jacobo Scleffim: & hi quidem Magistri prætendebant collationem d. Canonicatus tanquam positi in diœcesi Leodiensi ad ipsos spectare, & etiam jurisdictionem cognoscendi & decidendi litem super eodem canonicatu ortam; hæcque omnia ipsis competere vigore indultorum, quæ eisdem Lovanien. concesserunt Romani Pontifices. Undè semel atque iterum proposito dubio, ad quem spectaret collatio, & jurisdictio, hodie DD. dixerunt collationem spectare ad Papam, & jurisdictionem circa cognitionem causæ ad Rotam, cui Rotæ speciali rescripto Sanctiss. eandem causam commisit; & consequenter Rota respondit pro Joanne Buschman, qui provisus est apostolicus successivâ serie inchoatâ ab ipso Gabriele.

Collatio spectat ad Papam, & in hoc est fundata intentio Buschmani, quia prima vacatio, quæ dedit causam huic liti, contigit in mense Novemb. qui est fixus & perpetuò reservatus Sedi Apostolicæ, tam vigore regulæ Cancellariæ hodie 9. quàm ex concordatis Germaniæ, in quibus signanter dictus mensis Novemb. reservatur Romano Pontifici, ut in constit. prima Nicolai V. *in Bullar. par. 1. fol. 306. §. 4.* 1

Indulta autem Apostolica concessa Lovan. super beneficiis sitis in diœc. Leod. nõ visa sunt in hoc casu suffragari circa reservationem mensium, nec obstare Buschmano.

Quoniam missò, quod dubitari potest, an illa sint sublata, ex Reg. 9. quæ amplissimas habet derogationes, & tollit quæcunq; privilegia, & indulta, concessa quibuscunq; personis, & collegiis etiam in limine fundationis, & dicta regula cum emanaverit per viã legis generalis, derogat etiã juri cõmuni. *Gonz. super d. reg. gl. 36. n. 31. & 33.* 2

Animadvertebant DD. quod d. Canonicatus est regalis, & collegiatæ Eccl. B. Mariæ Aquisgrani, quæ est exempta, & in dd. indultis & privilegiis concessis Universitati Lovan. non fit mentio de hac Ecclesia exempta; undè illa non cadit sub nomine, & numero Ecclesiarum diœcesis Leodien. Ecclesia enim exempta, licet sit in diœcesi, non est tamen de diœcesi, sed habetur, ac si esset extra territorium, & immunis ac exempta est à quocunque Ordinario, & immediatè subjecta Sedi Apostolicæ. *Chokier de jurisd. in exempt. par. 2. q. 45. n. 3. & par. 4. q. 54. n. 2. & seqq. Lotter. de re benef. l. 1. q. 24. n. 126. & seqq.* ideoque beneficia in hujusmodi Ecclesiis exemptis situata non comprehenduntur sub generali dispositione, *juxta cap. grave de offic. ordin.* & in terminis horum indultorum, occasione cognitionis causarum benè firmavit idem *Chokier. de conserv. Eccl. q. 118. per tot. & etiam idem tradidit in tract. de jurisd. in exemptos part. 2. q. 2. n. 12.* 3 4

Nec concludit verbum illud totius diœcesis, eo quod verbum totum inferat ad singulas partes, quia hoc procederet, si singulæ partes essent de toto; sed hæc Ecclesia Beatæ Mariæ Aquisgrani non est de tota diœcesi, cum non sit de diœcesi, & ipsa 5

facit

facit vigore suæ exemptionis unum particulare territorium subjectum soli Pontifici & immune à quolibet Ordinario.

Eademque responsione tollitur vis illorum verborum cujuscunque qualitatis, quia semper hæc generalitas coarctanda est, dummodò sit de diœcesi Leodien. ad 6 tradita *per glos. in l. emancipari verb. loco ff. de adopt. in l. promittendo verb. conditionis ff. de jur. dot. in l. 1. verb. habeat C. de sacrosanct. Eccl. glos. in clement. 1. verb. officia de regularib. Bartol. in l. generali §. uxori num. 4. ff. de usufruct leg. Bald. in cap. 1. §. donare num. 4. in fin. qualiter feuda alien. poss. & cons. 61. num. 1. volum. 3. Faber in §. legatum. num. 2. Inst. de legat. Aretin. cons. 161. num. 4. Socin. jun. cons. 18. num. 39. volum. 3. Rotæ cons. 20. num. 2. tom. 1. Natta. cons. 94. num. 3. Decius cons. 282. num. 1. vers. sit autem verba. Surd. cons. 121. numer. 15. & 16. Gonzal. ad reg. 8. glos. 49. numer. 51. & seqq. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 32. num. 91. & seqq. Afflict. decis. 307. num. 25. Rotæ coram Cardin. Mantica decis. 66. num. 5. & coram Buratto decis. 884. num. 3. & in recent. decis. 190. num. 8. par. 7.* & illa verba referuntur non ad Ecclesias, nec ad subjectionem, sed tantùm ad dignitates, ibi: *cujuscunque valoris & qualitatis, non tamen majores post Pontificalem in Ecclesia Leodien. nec principales dignitates in qualibet ex collegiatis civitatis.*

7 Quod autem dicta Ecclesia Aquisgrani sit exempta, ex pluribus Domini deprehendebant; ex assertione expressa Papæ seriò emissa, non autem per modum simplicis enunciativæ, ubi illam appellat, & dicit immediatè subjectam Apostolicæ Sedi; & ideò talis assertio multi facienda est, nec nisi temerè rejici potest. *Argum. text. in cap. si Papa, ubi Franc. numer. 1. de privil. in 6. Clement. litteris de probat. ubi Cardin. numer. 8. & 10. Abb. in cap. cum oporteat numer. 7. de accusat. Imola in 3. ex parte num. decimo quinto vers. tu potes concludere de rescript. Alex. consil. sexto num. sexto libro primo. Rota decis. 266. numero primo & secundo, parte secundâ divers. & in recent. decis. 202. numero nono, parte quartâ, & decis. 197. numer. 73. & 74. part. 5. & decis. 81. numero trigesimo tertio par. 6. Seraph. decis. 330. numero septimo. Coccin. de-*

8 *cis. 145. numer. 4. ac decis. 236. numer. 5.* Et signanter Honorius Papa suscepit eandem Ecclesiam sub protectione B. Petri, ut in ejus indulto quod datur in Summario; & dicta verba videntur importare exemptionem. *Cap. cum olim il. 1. de privil. capite secundo §. nos igitur de restitutione in integrum. Gmodo Pap. quæstione 583. & fuit dictum in Rossanen. exemptionis 27. Januarii & 20. Aprilis 1640. coram R. P. D. meo Carillo.*

Multumque Dominos urgebat in hanc sententiam longæva observantia, ex qua patet, quod Lovanienses non contulerunt Canonicatus in Ecclesia Aquisgranensi cum effectu subsecuto; quæ observantia multum coadjuvat probationes. *L.*

9 *si dicta ff. de legib. Socin. sen. cons. 25. numer. 25. volum. 1. Gonzal. ad regul. 8. glos. 5. §. 7. numer. 131. Lotter. de re benefic. parte primâ, quæst. 39. num. 168. Rota in Tirasonen. juris præsen.*

præsentandi 21. Octobris 1594. *& coram Litta.* & datur etiam attestatio capitularis super eadem exemptione, *ut in Summario numero secundo*, & Joannes Buschman locupletiores exhibuisset probationes super hac exemptione ex archivio ejusdem Ecclesiæ, nisi Lovanienses impedimentum præstitissent, scilicet per sequestrationem bonorum Capituli, & deterrendo judicem compulsorialium; & quia conservator Universitatis mandavit citationem Buschmanni cassari non sine gravi injuria & scandalo, & propterea probatio reputari debet pro facta in pœnam impedientis ad tradita per *Felin. in cap. quoniam frequenter numero septimo, ut lite non contest. Gonzal. in §. tertio proœmiali numero trigesimo octavo. Rota coram Gregorio decisione 341. numero secundo. & coram Cavaler. decisione 529. numer. 3. coram Buratto dec. 416. n. 7.* 10

Jurisdictio autem circa cognitionem causæ spectat ad Rotam, quia Papa illam Rotæ demandavit particulari rescripto, & ubicunque agitur de reservatis, cognitio fit in Curia, & passim Papa committit causam in ea, & ex reservatione dicitur jam manus apposuisse. *Gabriel. consil. 182. numero quinto & sexto libro secundo. Gonzal. super reg. 8. gloss. 52. numero trigesimo sexto & trigesimo septimo. Lotter. de benefic. libro secundo quæstione vigesimâ sextâ, numero vigesimo nono.* Et eo ipso quod hæc Ecclesia Aquisgrani est exempta, non cadit amplius sub jurisdictione attributa Lovaniensibus, ut in individuo tradit *Chokier de conservatione Eccles. quæstione 118. per tot.* & fel. record. Paulus Quintus in reformatione dictorum indultorum hæc duo concessit, scilicet jurisdictionem & collationem, & non tribuit jurisdictionem conservatori Lovaniensium, nisi quatenus collatio pertineat ad Decanum, & sic tenet consequentia; collatio non spectat ad Lovanienses, ergò nec jurisdictio, ut in ipso indulto Pauli V. §. *& ad tollend.* & §. *causarum vero.* 11 12

His autem intelligimus clausulas derogatorias & alias positas accessoriè in dicto indulto Lovaniensium non comprehendere nisi ea, quæ continentur in dispositione principali, cui famulantur, nec augent dispositionem principalem, sed solum corroborant, & ejus executionem faciliorem reddunt. *Ruin. consil. 137. numero decimo lib. 2. Rota apud Put. decis. 144. libro secundo, & coram Gregorio XV. dec. 169. num. 7.* 13

Et ita decisum utrâque parte informante fuit resolutum.

Ad Quæst. 33. partis 4. *Additio.*

EPiscopum regulariter non posse punire exemptos, etiam in casibus quibus jurisdictionem in eos habet, tenet *Vitalin. in clement. 1. de sent. excomm.* Ubi quod quamvis exempti teneantur servare interdictum Ordinarii, si tamen non servaverint, debent à superioribus suis puniri, non ab ipso Episcopo, & in terminis Concilii Tridentini respondet sacra Congregatio, Regulares sine Episcopi approbatione confessiones sæcularium audire præsumentes non posse ab eodem Episcopo puniri, sed tantùm à suis superioribus regularibus. *Fagnan. in c. sanè il. 2. n. 25. de offic. deleg. & dē in cum Capella n. 20. & seqq. de privil.* ubi pro regula dicit, non censeri Episcopis per Concillum attributam facultatem compellendi aut puniendi regulares exemptos, nisi id disertis verbis exprimatur; hodie tamen ex Constit. Gregorii XV. Episcopis data est facultas coërcendi & puniendi regulares exemptos, qui confessiones sæcularium sine licentia & approbatione Episcopi de facto audiverint, aut alia Sacramenta Ecclesiastica curam animarum concernentia ministraverint; item qui in alienis Ecclesiis sine licentia, aut in propriis suorum ordinum benedictione Episcopi non petitâ, aut ipso contradicente prædicare præsumpserint; ex qua Constitutione eadem facultas extenditur ad puniendos regulares quoquo modo circa clausuram Monialium delinquentes. *Vid. Fagnan. supracit. loc.* & de materia quæstionis plenè *Sanchez. de matrimon. l. 7. disput. 33. n. 22. & seqq.*

Sequens autem decisio tam ad præsentem, quàm ad quæstionem 40. infra hac eadem parte 4. referri potest, quatenus in ea apparet stylus concedendi absolutionem ad cautelam constito de exemptione.

* * *
* *

DECI-

DECISIO CIV.

Exempti ab Ordinariorum jurisdictione nequeunt ab ipsis Ordinariis vel eorum ministris excommunicari.

R.P.D.Buratto. *Inter impr. Burat. dec. 146.*

Toletana jurisdictionis.

Lunæ 11. *Ianuarii* 1626.

SUMMARIUM.

1 *Absolutio ad cautelam ex inveterato stylo Rotæ sine causæ cognitione concedi solet.*
2 *Exempti à jurisdictione Ordinarii inconsulto Summo Pontifice, nulliter excommunicantur sub prætextu, quod præcepto ejusdem Ordinarii non paruerint.*
3 *Absolutio à censuris non remittitur ad Ordinarium, quandò constat de gravamine ab ipso, vel ejus officiali illato.*
4 *Notarii & Nuncii relationi sine testibus standum si adest stylus, & loquitur de stylo civitatis Toleti.*
5 *Nuncius refert per verba præteriti temporis.*
6 *Notario attestanti de sua deputatione creditur de stylo Rotæ.*
7 *Ad interdictum quomodò procedatur remissivè.*

CUm Abbas de Escalona & alii apellantes à censuris & interdictis per Commissarium Illustriss. D. Archiepiscopi latis prætenderent se non esse remittendos ad d. Illustriss. eorum Ordinarium pro absolutione ad cautelam, ex inveterato stylo sine causæ cognitione per Rotam concedi solita; proposito dubio visum fuit Dominis constare de notorio gravamine per d. commissarium illato. Fuit enim à Sanctissimo D.N. concessa exemptio collegiatæ dicti loci de Escalona in limine illius erectionis à jurisdictione Ordinarii cum immediata subjectione Nuncio Hispaniarum & S. Sedi Apostolicæ, ita quod Ordinarius non posset suspendere, excommunicare &

interdicere, nec de defectu ejus vocationis opponere, cum decreto irritanti, & aliis clausulis amplissimis, de quibus in litteris Apostolicis eidem commissario exhibitis, qui respondit se scire de verbo ad verbum omnia in eis contenta, & quod propterea
2 non indigebat earum lectura vel intimatione, *ut in Summario Abbatis n.3.* Et ideò inconsulto Summo Pontifice, & non informato de dicta exemptione Illustriss. D. Archiepiscopo (qui aliàs præsumendum est, quod pro summa ejus prudentia & erga S. Sedem Apostolicam & S. D. N. observantia, dicto Commissario mandasset, ut à dd. censuris & interdictis abstineret, prout stantibus præmissis abstinere debebat) nó potuit idem Commissarius ad illa procedere contra præbendatos ejusdem Ecclesiæ & alios, prætextu quod ejus præcepto non paruerint, prout processit, & sic nulliter. *Cap. ad quorundam ubi Socin. n.1. de excess. prælat.* quæ propterea sustineri non possunt *Innoc. in c. ex parte il. 1. n. 3. vers. licet de verb. significat & ibi Joan. And. col. 2. num. 5. vers. quid si monitus. Ostien. in simili vers. n. 5. Butr. n. 11. vers. secundo casu. Card. n. 6. vers. quod*
3 *si monitus*, & consequenter cessat manifesta offensa, & dubietas, nec debet fieri remissio pro absolutione ad Ordinarium, cujus commissarius excommunicavit, *cap. venerabilis §. sanè vers. si verò ubi glos. & Doct. de sentent. excommunic. in 6.* Non obstat, quod non danda fides attestationi Notarii sine testibus, qui exhibuit litteras dictas:
4 quia imò illi statur de stylo illarum partium; si enim statur relationi Nuncii absque testibus, quandò adest stylus, ut illi credatur, *ut fuit dictum in alia Toletana decimarum 13. Junii 1590. coram bon. mem. Pœnia, in Vlixbonen. juris deputandi collectores, 14. Martii 1603. coram Reverend. Attrebaten. & in Placentina, & Toletana Canonicatus, & beneficiorum 26. Junii 1609. coram Reverend. Domino Bononien.* Multò magis Notarii, *ut in dicta Vlixbonen.* & sic cessat etiam objectum, quod dicta attestatio sit facta per verba enunciativa præteriti temporis: quia facta est à Notario tanquam Nun-
5 cio, qui semper refert per verba præteriti temporis. *Ad not. in cap. cum parati, de appellat.* & juxta formam traditam *à speculat. in tit. de citat. §. sequitur videre n.* 11. ultra quod est etiam subscripta per eundem Notarium, & recognita per testes, citatâ parte, & cum ejus interrogatoriis juxta stylum Curiæ, ut in actis. Et prædicta fortius locum
6 habent, quia ipse erat Notarius causæ pendentis coram Abbate, & ejus assertioni de sua deputatione standum est ex stylo Rotæ. *Caputaq. dec. 245. n. 1. par. 2. & fuit dictum in Firmana jurisdictionis 26. Junii 1610. coram Illustrissimo Domino Cardinali Lancellotto*, ex quibus etiam dictum fuit, non potuisse procedi ad interdictum, non servatis præsertim traditis per *Covarr. in cap. alma Mater part. 1. §. 1. n. 4. vers. sed ob unius, de sent. excomm. in 6.*

Et ita decisum, &c.

AD

Ad Quæst. XXXIV. *Additio.*

EXempti an teneantur Episcopo ad jus reverentiale? ultra distinctionem *Putei decis.*114.*part* 3. inter exemptionem simplicem sive ordinariam, & plenam sive omnimodam, Rota etiam distinxit duas species reverentiæ, sive juris reverentialis, ut aliud sit jus reverentiale debitum ratione jurisdictionis, & in hoc debeat intelligi distinctio supradicta, aliud verò jus quod debetur ratione dignitatis, quod nunquam tollitur per quamcunque exemptionem. *Rota in Cæsaraugustana præeminentiarum* 29. *Novembris* 1627. *coram Coccino quæ est decis.*111.*num.*16. *par.*5.*rec.*

Ad Quæst. 40. part. 4.

DECISIO CV.

Petens absolvi ad cautelam à sententia excommunicationis Episcopi, à quo dicit se exemptum non auditur, nisi probet aliqualiter de exemptione.

Est Decisio 6. de sent. excommun. in novis.

SI quis petit se absolvi ad cautelam à sententia excommunicationis per Episcopum suum lata contra eum, post appellationem ab Episcopo interpositam, à cujus jurisdictione dicit se exemptum, & sic sententiam nullam, non est ei impendenda absolutio nisi primo aliqualiter, licet non plenè, doceat de exemptione, ne illudatur ordinariæ potestati, pro qua facit jus commune, & resistit agenti; *de restit. spoliat. C. ad decimas. l.*6. *& in C. solet. de sent. excom lib.*6. *per Innocent.* licet ibi *Hostien. & Ioan. Andr.* videantur declarare in partem oppositam: tamen omnes Domini decli-

naverunt potius in opinionem Innocentii, ne detur occasio figmentis & fraudibus *de rescript. cap. sedes cum similibus*, pro dicta conclusione *vide nota. per Innoc. in cap. venerabilis de censib.*

DECISIO CVI.

Excommunicatus non absolvitur ad cautelam, licet alleget exemptionem, si excommunicator est in possessione excommunicandi.

Est Decisio 7. de sentent. excomm. in antiquis.

1 NOta quod ubi Episcopus excommunicat, & est in possessione excommunicandi, & quia excommunicat subjectum; nisi probetur exemptio, excommunicatus lite pendente, non debet absolvi ad cautelam, ut *notat. Innocen. in C. solet. de senten. excom. super verb. pro manifesta.* secus esset, si super possessione, in qua Episcopus dicebat se esse, verteretur dubium, quia posito, quod de jure posset excommunicare, nisi probaret se in possessione, præstaretur absolutio ad cautelam; ut videtur notare *Innocent. in C. venerabili, in fin. de cens. & in C. Apostolicæ, de sent. excom. vide supra, decis. 6.* & circa absolutionem expensarum, vel cautionem præstandam, *vide infra decis. ultimam.*

Ad

Ad Quæst. 55. partis 4.

DECISIO CVII.

Beneficia existentia extra regnum, pertinentia tamen ad collatores Regni, an dicantur existere in Regno ad effectum ut comprehendantur sub concordatis, & in simili an beneficia exempta dicantur esse extra diæcesin in qua sunt situata?

R. P. D. Albergato.

Vasionen. prioratus.

Lunæ 18. *Iunii* 1668.

SUMMARIUM.

1 *Concordatorum in interpretatione benignior, & favorabilior illis interpretatio sumenda est, & num.* 3. *Beneficia non solum existentia in Regno Franciæ, sed etiam alibi sita, & Collatoribus ejusdem regni subjecta, ad eosdem pertinent Collatores, & sub concordatis continentur, num.* 1.

2 *Beneficii locus, quandoque verò persona conferentis attenditur, prout favorabilius redditur ipsi Collatori.*

3 *Collatorum favore benignè, & favorabiliter interpretantur concordata in gratiam pacis, & unionis Ecclesiæ emanata.*

4 *Beneficium existens in diæcesi alicujus Episcopi, & ad alterius collationem spectans, non dicitur esse de illa diæcesi, & num. seq.*

5 *Capella existens Florentiæ, & spectans ad Episcopum Fesulanum, non dicitur esse Florentiæ.*

6 *Beneficium exemptum non dicitur in loco, in quo materialiter existit.*

7 *Negligentiam inferiorum in beneficiis exemptis superior supplens non ordinariam, sed Apostolicam auctoritatem exercet.*

8 *Alter-*

8 *Alternativa concessa Episcopo residenti capit beneficia tam intra, quàm extra suam diœcesim existentia, dummodo collatio ad eum spectet, & num. 9.*

9 *R. P. D. Robusterius olim sacræ Rotæ Auditor vir doctissimus nuncupatur.*

10 *Concordata Regni Franciæ an sint personalia, vel potius localitatem præ se ferant in materia collationis beneficiorum, & num. seqq.*

12 *Qualitas localitatis non tollit qualitatem personalitatis in dispositione mixta, locali scilicet & personali.*

13 *Concordata ut intrent, satis est, quod concurrat altera ex qualitatibus in eis expressis.*

Localitas, & personalitas quando una non destruatur ab altera, num. 12. & seq. & sup. à n. 10.

14 Decis. Mohedani, *quæ videtur contraria cum altera* decis. Caputaq. *in materia collationis beneficiorum in Regno Franciæ in vim concordatorum, quomodo concilientur.*

15 *Beneficia Cardinalium non continentur sub concordatis.*

16 *Beneficia Regni Franciæ, ubicunque existant, ad ipsorum Collatores spectant.*

17 *Indulta Cardinalium recipiunt amplam interpretationem pro quibuscunque beneficiis ab illis dependentibus.*

18 *Concordata sunt favorabiliora indultis Cardinalium.*

19 *Exceptio continet personas, sicut continet regula.*

20 *Exceptionis ea est natura declarę Regulam.*

21 *Concordata si in aliqua parte Regni sic observantur, sic quoque in alia parte ejusdem Regni observari debent.*

Observantia plurimum facit ad interpretationem voluntatis contrahentium, num. 21.

22 *Concordatorum declaratio desumitur ab aliis concessionibus Summorum Pontificum.*

23 *Status ultimus Beneficii attenditur ad agnoscendam qualitatem illius, & collationem substinendam.*

24 *Provisio unica defectuosa, & ineffectuata non attenditur ad dignoscendum statum beneficii, ejusque collationem substinendam.*

25 *Papa potest prævenire ordinarium collatorem in beneficiis concordatis & num. 32.*

26 *Provisio emanata per viam resignationis non mutat statum beneficii, intellige ut num. seq.*

27 *Status ultimus beneficii ille dicitur, qualis in ultimis collationibus fuerit expressus.*

28 *Concordata intrant etiam in beneficiis litigiosis; ordinarius collator in vim concordatorum providere potest etiam beneficium litigiosum. num. 24.*

29 *Provisus de beneficio ab ordinario collatore in vim concordatorum est legitimus contradictor adversus gravatum subrogatum.*

30 Capit. 1. & 2. ut lite pendente, *non habent locum in Gallia vigore concordatorum.*

Consuetudo existit in Gallia conferendi beneficia etiam litigiosa vigore con-

concordatorum, n.28. & seqq. eaque etiam à nostra Rota servatur num.31.

31 *Ultra Montani vigore concordatorum conferunt etiam beneficia litigiosa & sub num.28. cum seqq.*

Rota Romana sequitur consuetudinem Ultramontanorum in conferendis beneficiis vigore concordatorum, num.31.

32 *Subrogatio gratiosa à Summo Pontifice de beneficio in concordatis comprehenso excluditur ex antecedenti collatione Ordinarii.*

33 *Subrogatio gratiosa ut excludatur sufficit quod evidenter non constiterit reservationem fuisse notoriam.*

REvocatis ad Trutinam duabus decisionibus hinc inde in hac causa emanatis, prioris fundamenta complexi sunt DD. & consequenter Lascaro, etiamsi gratiosè subrogato denegandam esse immissionem responderunt. Sanè Franciscus primus Gallorũ Rex christianissimus in concordatis cum Leone X. glor. mem. inter cætera obtinuit, ut Collatores Regni plenâ, ac omnimodâ in beneficiis auctoritate gauderent, idque tum ad abrogandam pragmaticam sanctionem, pro cujus extirpatione tot Summi Pontifices, universumque Concilium Lateranense insudarant, tum pro bono pacis, ac tranquilla totius Ecclesiasticæ Monarchiæ conservatione, in qua adeò inclinatum se ostendit sanctissimus Pater, adeòque pronum bonus ille litteratum parens, ut postpositis itinerum incommodis, neglectisque, ut ita dicam, eorum Majestatibus, ad illam tractandam ac perpetuò stabiliendam personaliter Bononiam congressi sunt. Quapropter cùm de hujusmodi concordatorum interpretatione tractetur, dubium non est, quin favorabilior pars sit accipienda, ut nempe comprehendantur tam beneficia in Regno existentia, quàm ad Regni Collatores spectantia, licet alibi sita juxta punctualem *decis. in Vasionen. Sacristiæ 21. Maii 1539. coram Ptolomeo relatam per Mohedan. decis.3. alias 92. de præbend.* quàm rejecto Romano & sequacibus secuti sunt *Gonzal. ad reg. 8. glos. 12. numer. 30. & 31. glos.25. nu. 11. Ferrot. de appellat. sive abus. lib.2. cap 6. num.13. vers. præsente usque in fin. ad primarias preces, sect.2. littera D. verb. per sac. Roman. Imper. vers. Mohedan. simonett. de reservat. quæst.1. num.1. vers. quid facit, fol. mihi 621. Add. ad Dec. consil. 206. littera A.* qui notat Romanum pessimè consuluisse. *vers. verum est, quod per Tondut. in addit. ad quæst.269. num.13. part.3. impress. post indicem sui tractatus de pers.* inquiens locum beneficii, quandoque attendi debere, quandoque personam conferentis, prout favorabilis erit collationi Ordinarii, & generaliter concordata, ut supra in gratiam pacis, & unionis Ecclesiæ emanata esse favorabiliter interpretanda favore collatorum inquit *Rota penes Cassad. dec. unic. n.2. de pact. & coram Puteo in correct. decis.108. nu.1. vers. & sicut concordata, lib.2. simonett. d. Tract. de reservat. q.99. n.24. & 25. Gonzal. ad reg.8. d. glos.25. n.9. Chokier ibidem glos.11. n.10. vers. suntque favorabilia.*

1 2 3

Ratio fundamentalis prædictæ sententiæ est, quia beneficium existens in diœcesi

4 unius Episcopi, & ad alterius collationem spectans non dicitur esse de illa diœcesi, *Ancharan. in cap. si propter, num. 3. de rescript. in 6.* ubi dat exemplum de Capella exi-
5 stente Florentiæ subjecta Episcopo Fesulano, ut non dicatur esse in Florentia, nec diœcesis Florentinæ bene *Abb. in cap. super eo, num. 6. de paroch. Andr. Sicul. in cap. Ab-batem. col. fin. eodem tit.* ubi quod beneficium exemptum non dicitur esse in loco, in quo
6 materialiter situm est beneficium, ac ita etiam tunc in curia servatum fuisse testatur, & bene id probat *Text. in Clemen. 1. de supplen. neglig. Prælat.* ubi in supplendis negligen-
7 tiis inferiorum superior in beneficiis exemptis, non ordinariam sed Apostolicam auctoritatem supplet, quem textum ad hoc refert & comprobat *Rota in dicta Vasinonen. Sacristiæ apud Mohedan. in fine, & post Erasm. Chokier. de jurisdict. in exempt. part. 2. quæst. 45. num. 3. & part. 4. quæst. 45. num. 2. & seqq. in Leodien. Canonicatus 14. Martii 1643. coram bon. mem. Merlino inter ejus impress. decis. 891. numer. 3. & vene etiam in rec. dec. 635. num. 2. par. 3.*

8 Hinc videmus in consimilibus terminis alternativam concessam Episcopo residenti non solùm capere beneficia intra suam diœcesim consistentia, sed etiam alibi ex-
istentia, dummodo eorundem collatio ad ipsum pertineat, *Garz. de benefic. part. 3.*
9 *cap. 1. num. 705. in fine*, ubi doctissimum Robusterium olim hujus sacri Ordinis Auditorem ita respondisse refert, & dixit *Rota in Cæsaraugustana beneficii de Tacesse. 14. Novembris, 1596. & 6. Martii 1597. coram Platto impress. apud eundem Garz. ubi præ-mè sub num. 706. comprobata coram Royas decis. 373. num. 6. in recent. decis. 208. eodem num. 6. & dec. 221. num. 2. & seqq. par. 1.*

10 Nullatenus subsistente, quod concordata utantur verbis localitatem præferentibus: Quia quidquid sit in ordine ad alias materias, respectu collationis beneficiorum, de qua nunc agitur in unico tantum loco, *sub §. 1. tract. de collat.* utuntur verbo *considerantem*, idque restrictivè ad solùm Canonicatum, & præbendam Theologalem, de cætro in toto titulo præfato nulla verba leguntur localitatem inferentia,
11 sed omnia apparent directa ad personas collatorum, facta mentione beneficiorum cum adjuncto, *ad eorum collationem spectant*, unde in hac parte, vel concordata sunt
12 merè personalia, *ut decis. 4. num. 1. vers. si autem sit de privil. in antiq. apud Put. dec.* 510. *num. 1. lib. 2. & in recent. dec. 728. num. 1. par. 3.* vel in omnem casum sunt mixta, & tunc per expressionem qualitatis localis non tollitur altera qualitas personalis, *Bald. in l. apud Iulian. § si quis alteri, ff. de leg. 1. Rot. in recent. dec. 239. num. 7. vers. licet concor-*
13 *dat, & num. 8. par. 8.* utque intret concordatorum dispositio satis est concursus
teruttius ex qualitatibus, localitatis scilicet, quando Collator est exterus, *Caputa, dec. 178. par. 1.* & personalitatis, quando beneficium est extra Regnum *iuxta supra de-*
14 *clam decis. Mohedan.* quæ proinde rectè videtur conciliari cum altera *Caputaq. ut ad-*
verit etiam *Sanleger in supra alleg. addit. num. 13.*

15 Comprobatur *ex reg. 8. Cancell. hodie 9.* quæ est directa personis ibi in exceptione,

non

non tamen S.R.E. Cardinalium, aut aliorum sub concordatis inter Sedem Apostolicam, & quoscunque alios initis; unde non Regna, aut loca, sed personæ Collatorum perspectæ loquuntur; ideoq; beneficia ubicunq; existunt, ad ipsorum collationem spectant. *Garz. de benefic. par. 5. cap. 1. n. 705. cum seq. Rota in d. Cæsaraugustana beneficii de Taceste. 18. Novemb. 1586. & 5. Martii, 1587. coram Platto*, ea est quidem optima ratione, quia si indultum, cujus vigore Cardinales excipiuntur, benignam atque amplam exigit interpretationem, pro quibuscunq; beneficiis ab illis dependentibus, *Rota dec. 986 n. 7. coram Seraph. & dec. 635. n. 5. par. 3. rec.* fortius augenda est hæc gratiæ aut favoris plenitudo respectu Collatorũ sub concordatis comprehensorũ, quia concordata sunt indultis Cardinalium favorabiliora, ut ex *Rota d. dec. 108. n. 3. coram Putteo l. 2. & dec. 10 n. 3. lib. 3. par. 3. divers. infert Gonzal. ad dict. reg. 8. glos. 25. n. 11. Ricc. in collect. dec. 4072. §. ratio est vers & continent majorem favorem*, dumque in Regula afficiuntur personæ ipsæ collatorum, idem æque sentiendum est in exceptione *ad text. in l. nam quod uqui do ff. de pœn. leg. & in specie Rota coram Seraphin. dec. 980. n. 7. dicta dec. 635. num. 5. par. 3. & dec. 366. nu. 9. rec.* ut ideò Summus Pontifex excipiens alios sub concordatis comprehensos, apertè colligatur personas collatorum in iisdem concordatis considerasse juxta naturam exceptionis regulam ipsam declarantis *dec. in l. 1. num. 23. & 39. ff. de reg. jur. Rota coram Gregor. dec. 509. num. 3.* Hincque est concordata in comitatu Venusino, sub hoc usu, & observantia, ut infra, vigere, quod æque conducit ad interpretationem mentis ipsorummet contrahentium, ad tradita per *Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 1. num. 5. Surd. dec. 534. num. 9. Rota coram Seraph. dec. 1440. num. 3. & coram san. mem. Gregor. dec. 502. num. 10.* 16 17 18 19 20 21

Quod autem Beneficium, de quo agitur, licet positum in Territorio Vasinonen. spectet in jure conferendi ad Dominum Archiepiscopum Lugdunensem Abbatem sancti Martini, patet evidenter ex dictis *in Summario præsenti impresso ex num. 5. & sequentibus*, ubi inter cætera deducitur status antiquissimus annexionis ac dependentiæ totius Prioratus sancti Romani ab Abbatia sancti Martini Insulæ Barban. cum expressione, quod ejus collatio, tanquam Beneficii annexi ad Abbatem pro tempore spectet; dantur superinde statuta Capitularia usque de Anno M. CC. LXXXIV. citra, quo Abbatia erat regularis, & signanter adducitur Bulla sæcularizationis PAULI Tertii, gloriosæ memoriæ juncta sententia super illius executione vocato ac præcæteris interessente Priori sancti ROMANI expresse reservandam collationem istius Prioratus, & quorum cunque aliorum beneficiorum Abbati sæculari cum iisdem exemptionibus, & privilegiis, quibus Abbas Regularis antecedenter fruebatur, & ita generaliter sancitum per hujusmodi sæcularizationem ad instantiam Henrici II. Christianissimi Regis cum expressa relatione ad dicta concorda-

cordata inter clar. mem. Franciscum Francorum Regem, & Sedem Apostolicam in
22 beneficiis pro tempore vacantibus, ex qua pariter desumebatur non obscura Pontificis declaratio comprehensionis hujus, & aliorum beneficiorum similiter dependentium sub iisdem concordatis, ad tradit. per *Mantic. dec. 59. num. 12. & 13. cum allegatis in Barchinonen. Canonicatus 9. Junii 1645. §. & in Leodien. Canonicatus 28. Iunii 1655. §. declaratur coram bon. mem. Verospio.*

Non obstat, quod ex colationibus centum annorum & ultra factis per Or-
23 dinarios Vasinonen. & Legatos Apostolicos resultet ultimus status, qui attendi solet ad arguendam qualitatem beneficii, & sine difficultate ad substinendam collationem, *vulg. cap. consultationibus de jure patr. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 34. numer. 4. Rot. decis. 6. numer. 71. part. 10. cum aliis recensitis in 2. decis. causæ, §. penultimo.*

24 Quia animadverterunt DD. quoad provisionem Ordinarii, unicam tantummodo fuisse exhibitam de Anno M.D.LXXII. defectuosam & ineffectuatam,
25 quæ ob id attendi non potest. *Rota decis. 427. numer. 4. part. 4. recc. & coram Royas*
26 *decis. 279. numer. duodecimo.* quo verò ad provisiones Apostolicas vel emanasse per obitum præveniendo ordinarium Collatorem ex facultatibus, de quibus *Rebuff. super concordat. tit. de Collat. §. si quis verò*, velut ultimam de Anno M.DC.XLI. processisse per viam resignationis, quæ propterea statum beneficii non mutant, *Rota decisione 125. numer. 12. & decisione 224. numer. 17. & 18. coram Eminentiss. Otthob.* non attenta replicatione, quod id procedat, ubi prius doctum fuerit de statu anteriori, quia de illo constare visum est ex juribus, & instrumentis datis *in hodierno Summario impresso dicto numer. quinto, sexto, & septimo.* quibus conferunt aliæ provisiones factæ per Collatores Franciæ in mensibus reservatis dessimilibus beneficiis existentibus extra Franciam, nimirum in comitatu Venusino, et-
27 liisque Provinciis, de quibus *in eodem Summario numer. 11.* nec non ex eo, quod in omnibus provisionibus reperitur expressa connexio, & dependentia istius Prioratus cum Abbatia, & specialiter in ipsamet facta Lascato *dicto Summario impresso numer. 8.* ad tradita per *Rot. coram Eminentiss. Otthob. decisione 152. numer. 8. & seq. & prius per Rebuff. in alleg. tit. de Collat. §. volumus, verb. regularia, vers. 3. requiritur, fol. mihi 602. Rota dicta decis. 427. num. 2. part. 4. recent.*

Minus obstat subrogatio gratiosa obtenta per eundem Lascarum in juribus, & possessione Cameret prædefuncti, quia etiam in beneficiis litigiosis intrant con-
28 cordata inter Regem, & Sedem Apostolicam, ita ut ab ordinariis Collatoribus conferantur, ut notat *Rebuff. in prax. benef. de form. signat verb. aut litigiosum, versic. & hoc ex consuetudine. fol. mihi 74.* & de inveterata, & inviolabili observantia testentur *Sanleger. resol. benef. part. 1. cap. 22. rub.*

rub. qua sit subrogationis praxis Gallian. 4. & seq. & par. 3. cap. 163. n. 9. Undè benè potuit dictus Abbas eundem prioratum conferre Scoto, qui proindè est legitimus contradictor adversus gratiosè subrogatum, *Rot. coram Merlino dec. 1. n. 18. cum aliis relatis in recent. dec. 65. n. 36. par. 11.* 29

Nec refragante propterea dispositione *cap. 1. & 2. ut lit. pend.* cum illa non amplius locum habeat in Gallia stante præfatâ consuetudine, de qua *Rebuff. & Sanleger. in loco mox allegato*, & quam in ultramontanis partibus servatam Rota in illarum causis amplecti solet ad ejus normã lites decidendo, ut apud *Put. dec. 167. l. 3. & dec. 304. n. 2. vers. quam opinionem penes Ceno. de cens. & alibi sæpè.* Cumque in vim concordatorum sit locus præventioni inter Sedem Apostolicam, & locorum Ordinarios, ut præcisè in illis disponitur, ut notat *Gonzal. ad reg. 8. gl. 25. n. 19. & 20.* eo ipso quod secutâ morte Cameret Ordinarius prævenit conferendo Prioratum eidem Scoto, etiam possessione subsecutâ, indè excluditur gratiosa subrogatio per alterum collitigantem ab Apostolica Sede postmodum impetrata juxta sententiam Sanleger, & aliorum superius allegatorum, licet ad effectum, de quo agitur, nimirum ad denegandam immissionem gratiosè subrogato, satis esse videatur reservationem non fore notoriam & indubitatam, ut cæteris adductis in puncto censuit *Rota dec. 58. per tot. coram san. mem. Gregorio XV.* 30 31 32 33 34

Et ita utraque &c.

Ad Quæst. 65. partis 4. *Additio.*

DE materia immunitatis Ecclesiasticæ vid. *Covarruv. l. 2. var. resolut. c. 20. Jul. Clar. §. fin. quæst. 30. Jodoc. Damhouder. in praxi crimin. cap. 106. Bloss. in pract. crim. tit. de captura num. 20. & seqq. Decian. in tract. crimin. par. 2. l. 6. cap. 25. & seqq. Farinac. in tit. de carcerib. & carcerat. quæst. 28.* Et hodie ad terminos constitutionis Gregorii XIV. & ejus interpretationem vide *plenè Fagnan. in cap. inter alia de immunit. Eccles.* ubi colligit septem casus, in quibus sine omni controversia rei ad Ecclesiam confugientes immunitate non gaudent, videlicet primò publici latrones & grassatores viarum, 2. nocturni depopulatores agrorum, 3. committentes homicidia & mutilationes in ipsis Ecclesiis, 4. Assassini. 5. proditorii homicidæ 6. hæretici & apostatæ à fide. 7. rei læsæ majestatis in personam ipsius Principis.

Ad Quæst. 73. *Additio.*

AD id quod insinuat *Auctor hoc loco n.*2. Monachum præsentatum per Abbatem ad aliquam Ecclesiam parochialem non per hoc esse perpetuum & irrevocabilem; adde quod quamvis Concilium Tridentinum *sess.7. de reform. cap.7.* jusserit, ut Episcopi in Ecclesiis curatis, quæ Cathedralibus, Collegiatis, Monasteriis aliisque piis locis perpetuò unitæ sunt, instituant Vicarios perpetuos, nisi pro bono Ecclesiarum regimine aliter expedire eis videbitur, idque conformiter juri communi, *in cap. extirpandæ §. qui verò de præb. cap. cum & plantare §. in Ecclesiis, cum aliis similibus adductis per Rot. decis.5. numer.2. par.7. recent.* Attamen ubi cura incumbit ipsi Ecclesiæ collegiatæ. vel Monasterio, loco pio unita & subjecta et pleno jure, adhuc potest cura exerceri per Vicarium temporalem & amovibilem. *Glossa in clem. un. §. quidam etiam verb. ad mensam de excessib. prælat. Gonzal. ad regul. 8. glos.5. §.3. num.14. Lotter. de re benef. lib.1. quæst.33. num.93. Rota coram Seraph. decis.130. num.1. & in recent. decis.10. num.7. par.14. & decis.93. num.7. & 8. par.16.* & quamvis aliis videatur etiam in his curis pleno jure suppositis alicui collegio vel Monasterio posse erigi vacarias perpetuas arbitrio Episcoporum, ut *not. Garcia de benefic. part.11. cap.2. per tot.* Id tamen quoad Monachos & regulares ita intelligendum erit, ut in dictis Ecclesiis annexis erigatur perpetua Vicaria, & perpetuus titulus, remaneat tamen amovibilitas quo ad personam *M*onachi vel Religiosi deputati, qui ob votum obedientiæ impeditur, ne possit habere beneficium, nisi ad superioris nutum, uti elegant er explicat *Rota d. decis.10. n.8. par.14. & decis.245. num.13. & seqq. par.6. rec.* quâ ratione etiam San. mem. B. Pius V. constitutione 46. in Vicariis perpetuis parochialium unitarum Monasteriis regularium mendicantium, permisit ab Episcopo deputari unum ex ipsis regularibus ad nominationem superiorum prævio examine approbatum, ad nutum eorundem superiorum amovibilem; circa quam constitutionem vid. quæ notat *Fagnan. in c. quod Dei timorem num.14. & 15. de statu Monachorum.*

AD

Ad Quæst. 76. & 77. *Additio.*

UTriusque hujus quæstionis ab auctore tradita determinatio periculosa est; etenim quo ad Priorem jam olim contrarium dixit *S. Antonin. 3. par. tit. 17. c. 11. & Sot. in 4. dist. 18. q. 4. art. 3. & post illos Navarr. in manuali c. 27. n. 266.* & hodie satis clarum videtur ex decreto Clementis VIII. supra ab ipsomet auctore allato. *Post. quæst. 56. hac par. 4.* de cujus intellectu vide etiam *Luc. Fleron. in tract. de casib. reservat. par. 1. c. 2. §. 1. in fine.* quinimò in S. Congregatione inquisitionis habita die 24. Septemb. 1665. coram san. mem. Alexandro VII. censuram passa fuit propositio asserens, mendicantes posse absolvere à casibus Episcopo reservatis, non obtentâ ad id Episcoporum facultate.

Quo verò ad posteriorem, S. Congregatio Concilii declaravit idem Concilium *c. 15. sess. 23.* sustulisse privilegium Clementis V. concessum regularibus in Concil. Viennensi, de quo *in clem. dudum §. si verò de sepult.* audiendi scilicet confessiones sæcularium sine licentia Ordinariorum, quoties hi eandem exhibere noluerint, ut refert *Fagnan. in c. nonnulli n. 28. de rescript.*

Ad Quæst. 79. *Additio.*

NOta quæstionem illam de Clericis conveniendis coram judice sæculari in actionibus realibus maximè controversam esse, parte utrâque hinc indè propriam jurisdictionem defendente. Et quidem de jure verior est opinio eximens Clericos à foro Laicorum non tantùm quoad personas, sed etiam quoad bona, pro qua sunt text. *in c. si diligenti de foro comp. & c. sæculares eod tit. in 6. & in Auth. statutum ut. C. de Episc. & Cler. & tenet Bald. in c. 2. de judic. Archid. in c. un. de Cler. conjug. in 6. Abb. in c. qualiter n. 8. & Felin. ibidem n. 2. de jud. idem Felin. in c. Ecclesia sub n. 7. de constit. & plenè Marian. Socin. in c. ex parte de foro compet. Oldrad. con. 73.* & istam opinionem tenet Curia Romana, ut testatur *Archidiac. supra cit.* & apparet ex *dec. 957. coram Seraphino.* Alibi autem de consuetudine servatur contraria sententia *Guilielmi de Cuneo in Auth. si Clericus C. de Episc. & Cleric.* quam in Gallia teneri affirmat *Joan. Fab. in §. si verò reus col. 3. instit. de satisdat.* & latè defendere conatur *Boer. dec. 69. & 20. in 1. part.* & ita etiam in Camera Imperiali servari testatur *Gaill. l. 1. observ. 37. & Mynsing. cent. 1. obs. 22. & cent. 4. observ. 95.*

DECI-

DECISIO CVIII.

De poteſtate judicis Laici circa bona patrimonialia Clericorum, & an valeat ſubhaſtatio facta in foro ſæculari de bonis communiter poſſeſſis à Clerico & Laico.

Illuſtriſſ. Seraphino. *Interimp. Seraph. deciſ. 957.*

Florentina Domus.

Lunæ 10. *Iunii* 1591.

SUMMARIUM.

1 Sententia approbans ſubhaſtationem factam per judices Laicos, quæ ratione incompetentiæ fuit nulla, revocari debet.
2 Proceſſus contra plures fratres, quorum aliqui ſunt Clerici, & aliqui Laici, agitari debet in foro Eccleſiaſtico, etiamſi agatur de patrimonialibus.
3 Judicium contra Clericum in bonis patrimonialibus quandò coram Laico agitari poſſit.
4 Clericus etiam volens non poteſt coram Laico convenirì, nec opus eſt quod compareat ad declinandam juriſdictionem.
5 Idem eſt in Clerico hærede defuncti Laici.
6 Clericus citatus per Laicum ſi ſua putaverit intereſſe, ſi compareat, efficitur actor voluntarius.
7 Citatio ſi ſua putaverit intereſſe non habet locum contra hæredem, benè tamen contra creditorem.
8 Contumax habetur pro conſentiente.
9 Inſtantia cœpta contra defunctum Laicum, non tranſit in hæredem Clericum.
10 Juramentum in contractu appoſitum non habet vim litis conteſtatæ, niſi res ſit in judicium deducta.
11 Actio hypothecaria etiam contra plures perſonas dicitur individua.
12 In actione individua ſententia non poteſt pro parte valere.
13 De nullitate ſententiæ uſque ad triginta annos dici poteſt.

Fuit

FUit resolutum sententiam Auditoris Reverendissimi Nuntii in ea parte, quæ est contra Illust. Dominos Aldobrandinos esse revocandam, cum per eam approbata fuerit subhastatio nulliter facta per judices Laicos civitatis Florentiæ: cum enim procederetur contra plures Fratres, quorum aliqui erant Clerici, nempè bon. mem. Ioannes Aldobrandinus Rotæ tunc temporis Auditor, judicium erat agitandum in foro Ecclesiastico, etiam quod alii essent Laici. *Bart. in l. præcipimus. C. de appellat. Felin. in rubr. eod. tit. n. 9. Jason. in l. si emancipatin. 13. C. de collat. cum aliis alleg.* 1 2

Neq; obstat quod versemur in patrimonialibus *ex not. per Dec. in c. Episcopus n. 10. de prab. Riminald. jun. cons. 2. n. 12. cum aliis.* quia dictũ eorũ procedit respectu immunitatum & exemptionum, & eorum in quibus non reperiuntur specialiter privilegiati, non autem respectu fori. *Cap. si diligenti & cap. significasti de foro compet.* adeò quod neque etiam volens potest conveniri coram judice Laico, cum sit incapax hujus jurisdictionis, *Decius cons. 150. n. 4. & 241. n. 2.* & in Clerico hærede Laici convento pro debito defuncti tradit *Covarr. pract. quæst. c. 8. Decius cons. 700. n. 6. Gallef. ad form. Cameral. oblig. par. 2. q. 2. ad secundam partem formulæ n. 1.* Neque opus est quod compareat ad declinandam jurisdictionem, quia nihilominus processus est nullus. *Felin. in c. cum ordinem n. 15. de rescript. & in c. si duobus de appell.* quod maximè dicendum in casu isto, cum Clericatus D. Ioannis Rotæ auditoris esset notorius, & judicium tractaretur contra absentes citatos per edictum. *Felin. in d. c. cum ordinem n. 8. & 13. Dec. cons. 125. n. 7.* 3 4 5

Non obstat, quod citatio fuerit facta quatenus sua putaverit interesse, quo casu Clericus comparens efficitur actor voluntarius, & processus sustinetur, *ut per Bald. in l. testamenta C. de testam. cum aliis quos allegat Roland. cons. 28. l. 2.* 6

Tum quia non applicatur in casu isto, quo judicium principaliter dirigebatur contra Aldobrandinos citatos; tum etiam quia non est verũ, quod citentur quatenus sua putent interesse, sed simpliciter citantur tanquam habentes primam causam successionis, si sunt & esse volunt hæredes D. Silvestri. Creditores verò citantur pro eorum interesse. Præterea in hoc judicio citati non comparuerunt, & fuit processum per edictum, undè cessat ratio Baldi, nec potest dici contumaces haberi pro consentientibus, cum non dicatur contumax ille, qui non arctatur ad comparendum. 7 8

Neque obstat quod instantia cœpta contra defunctum Laicum transeat etiam in hæredem Clericum, ut per *Felin. in c. quia G. de judic.* quia hoc non subsistit neque in facto, neque in jure, quia in facto non est verum, quod fuerit cœptum judicium contra bon. mem. D. Silvestrum, & in jure contrarium tenet *Boerius dec. 69. cum aliis quos adducunt Covarr. & Gallef. supracitati.* 9

Neque obstat juramentum in contractu appositum, quia non habet vim litis contestatæ nisi res sit in judicium deducta. *Jas. in l. pecuniam de condict. ob caus.* 10

Neque enim respectu Laicorum potest sustineri subhastatio, quia cum ageretur

de re communi cum Clericis, judicium erat Ecclesiasticum. *Bartol. in d.l. præcipimus*
81 maximè cum esset intentata actio hypothecaria, quæ est individua, quo casu senten-
tia non potest pro parte valere, & pro parte non. *Affict. dec. 213. Put. dec. 315. n. 3. lib. 1.*
82 quod dicitur de præscriptione, non obstat, quia de nullitate dici potest usque ad 30.
annos. *Aymon. cons. 108. n. 4.* præsertim stante nullitatis evidentiâ. *Bald. de præscript.*
83 *par. 4. quarta principal. q. 32.* & ita concluſum. &c.

Ad partis 4. Quæst. 88.

DECISIO CIX.

Episcopus contra regulares privativè procedit, quando agitur in figura judicii, & quando eorum delicta offendunt communem conversationem; quando vero Monachi delinquunt contra regulam, Abbas contra eos procedit.

Reverend. P. D. Orano.

Cæsaraugustana exemptionis.

Inter. in Decis. 15 par. 1.

Veneris 13. Novembris 1587.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus habet jurisdictionem privativam contra regulares in criminalibus, quando proceditur in figura judicii.*
2 *Episcopus fundat jurisdictionem suam in tota diœcesi.*
3 *Monachi delinquentes extra locum exemptum, possunt ab Episcopo puniri.*
4 *Monachi delinquentes, judicio suæ mulctantur.*
5 *Episcopi munus circa Monachos quale sit.*
6 *Appellare non licet à sententia contra Regulares lata per viam pœnitentiæ.*

7 Vi-

7 *Visitatores corrigi faciunt Monachos per Abbatem loci.*
8 *Minor Episcopo non potest agere causas criminales.*
9 *Judiciorum strepitum magis expedit coram Episcopo exerceri, quàm coram Abbate.*
10 *Monachi in quibus teneantur potius obedire Episcopo quàm Abbati.*
11 *Monachorum delicta dupliciter considerantur.*
12 *Abbas potest Monachos excommunicare respectu fori pœnitentialis, non autem respectu contentiosi.*

QUemadmodum hanc sententiam tanquam communiorem, & apud Doctores magis receptam, DD. aliàs amplexi sunt, quæ vult, quod in criminalibus, quandò in figura judicii proceditur, D. Archiep. in regulares privativè ad Abbatem vel Priorem fundatam habet intentionem. Ita etiam hodie super illius veritate particulari proposito dubio, eam tanquam verissimam concorditer multis motivis & rationibus sunt sequuti. 1

Primò quod indubitatum sit, Episcopum in tota sua diœcesi super omnimoda jurisdictione tam contra regulares, quàm sæculares de jure fundare intentionem suam *per text. in c. cum persone de privil. in 6. c. cum contingat, & ibi Doctores, de foro comp. c. 1. de off. ord. c. omnes Basilica 16. q. 7. Firm. de Episcopo in 4. l. par. 2. q. 35. n. 80. Dec. in c. sua nobis 4. notabili de confirm. utili vel inutil.* 2

Secundò, ratione *text. c. 1. de privil. in 6.* qui habet, quod ubi Monachi exempti delinquunt extra locum exemptum, possunt ab Ordinariis non obstante exemptione castigari, ergò si non fuerint exempti possunt, etiâsi deliquant in loco exempto puniri. 3

Tertiò ex dispositione *c. 1. 16. q. 2.* ubi Abbates jus habent in Ecclesiis sibi subjectis instituendi, sed si Monachi ibi delinquant judicio synodi mulctantur, & felici mucrone Episcopi sacerdotum piacula resecantur. 4

Quartò, doctrina *text. c. 1. 18. q. 2.* ubi ad officium Episcopi spectat Monachos ad conversationē sanctam promovere, Abbates, aliaque officia instituere, atque extra regulā acta corrigere: hinc enim arguere licet, in delictis contra regulam commissis Abbates cognoscere, aliorum verò extra regulam perpetratorum, quandò ordine juris servato proceditur, cognitionē & animadversionem Episcopis reservatam esse. 5

Quintò quia huic distinctioni consentit *text. in c. reprehensibilis, juncto c. ad nostram de appell.* in quib. habetur, quod Episc. judicialiter procedere debet ad prolationem sententiæ excommunicationis monitione præmissa, & quod eo casu condemnato remedio appellationis subveniatur: sed quandò de religiosi correctione contra regularem Prælati sui & Capituli disciplinam agitur, non licet appellare, quia tunc non proceditur secundum juris ordinem, sed per viam pœnitentiæ corrigendo. *gl. d. c. ad nostram in verbo minus.* 6

Sextò, quod eandem confirmat *c. fin. de stat. Monach.* ubi præcipitur visitatoribus, ut Monach. delinquentes per loci Abbatem corrigi faciant, eisque juxta B. Benedicti

Regulam & Apostolicum institutum pœnitentiam salutarem injungant; hinc erit colligitur Abbates tantummodò contra Monachos procedere ad correctionem secundum regulæ instituta, non autem in forma juris, quia aliàs si in figura judicii liceret illis procedere, Papa mandasset visitatoribus, ut curarent Monachos delinquentes puniri ab Abbatibus, juxta formam juris; quare etiamsi text. addat (Apostolica instituta) ex hoc intelligi debent, quoad Apostolica instituta disponentia super regula, & super modo correctionis, & pœnitentiæ injungendæ, non autem, quod absolutè concedat Abbati jurisdictionem procedendi ordinariè secundum formam juris.

8 Quibus accedit ratio deducta *per Innoc. in c. quantò n. 2. de offic. ordin.* quod cum superior confirmaverit regulam, censetur Abbati dedisse facultatem faciendi ea, quæ in regula continentur, si autem in judicium est procedendum criminaliter, sub Episcopo fieri debet, quia minor Episcopo, causas criminales non agit.

9 Addebant etiam aliqui ex Dominis expediens magis esse judiciorum strepitum coram Episcopo exerceri, quàm coram Abbate, *juxta c. Reg. 84. n. 35.*

10 Præterea consideratum fuit, quod quidem Monachi tenentur potius obedire Abbati, quàm Episcopo in his, quæ concernunt fractionem voti, vel abstinentiæ, vel in silentio retinendo, & observatione regulæ, sed ubi agitur de cura animarum ab Episcopo susceptæ, vel de causis juxta ordinem juris tractandis, tunc debetur potius obedientia Episcopo. ita distinguit *Card. in clem. 1. §. quia verò, q. 8. n. 3. de stat. Monach. Brix. in verb. Monachus, vers. an Monachus debeat obedire.*

11 Nec præmissis visa sunt repugnare jura in contrarium adducta. Et primò, *C. nullam 17. q. 2.* dum inquit, quod tota potestas ad Abbatem pertinet, quia non propterea excludit Episcopum, sed Monachos, ut ibi advertit *gloss. in verb. tota similiter text. in cap. Abbates eâdem causâ & quæst.* loquitur de obedientia, quæ nihil commune habet cum jurisdictione circa delictorum punitionem. Et dum subjicit, quod reus erit ille Abbas, qui non regulariter animadvertit, nihil obstat, quia si regulariter hoc est secundùm regulam debet corrigere, supponitur, quod delictum sit de his, quæ regulam concernunt.

12 Ad reliqua patet responsio *ex cons. Ægid. 5.* & hic per informantes pro Domino Archiepiscopo adductis. Nam delicta, vel considerari possunt, ut propria Monachorum, qui contra regulam, vel ut communia, quia scilicet offendunt etiam communem conversationem. *Argument l. militum, de re milit.* in delictis igitur pertinentibus ad regulam, & instituta regularia, immediatus est judex Prælatus Regularis, & ita procedunt allegata jura pro Capitulo de Pilati, in reliquis verò communibus, non potest prohiberi Episcopus, quin servato juris ordine in delinquentes Regulares ad vindictam pœnâ juris ordinariâ animadvertat. *C. 1. c. Monasteria 18. q. 2.*

Nec

Nec refragatur, quod Abbas possit excommunicare, *C. cum ab Ecclesiarum, de offic. ord. cap. cum ex Ecclesiis de major. & obed. cum similibus*, Excommunicatio autem sit fori contentiosi, *Abbas in C. cum contingat, num.* 30. *de for. comp.* quia non propterea sequitur, Abbatem contentiosam jurisdictionem in criminalibus exercere posse, *Hostien. in C. transmissam propè fin. vers. & hoc quod confirmatur de elect.* Nam & curatus potest excommunicare, & tamē jurisdictionē contentiosam non exercet, itaque hoc fit respectu tantum fori pœnitentialis, sicut etiam faciunt cæteri Prælati inferiores. *Butr. in d. C. cum cum contingat, num.* 13. *vers. quidam sunt habentes, Abb. num.* 29. *vers. puto tamen, num.* 33. *vers. quarta conclusio.* Reservant tamen Domini videndum, an hæc jurisdictio Episcopo privativè ad Abbatem competens procedat, quando per viam inquisitionis proceditur.

DECISIO CX.

De jurisdictione Episcopi in Monachos regulares delinquentes privativè quoad Abbatem vel Priorem.

R. P. D. Orano. *Inter recentdecis. 17. part. 1.*

Cæsaraugustana exemptionis.

Lunæ 28. Martii 1588.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus de jure communi habet fundatam intentionem privativè, quo ad Abbatem, & Priorem castigandi Monachos Regulares judicialiter, quando delinquunt extra regulam, non solum per viam accusationis, sed etiam quando per viam inquisitionis proceditur.*

2 *Monachi regulares non ab Episcopo, sed ab eorum Abbate corriguntur, & puniuntur, quando delinquunt contra regulam, & aliàs eorum delicta extra regulam non essent delicta*

1 REsolutum fuit, Dominum Archiepiscopum de jure communi in regulares privativè ad Abbatem, vel Priorem fundatam habere intentionem, non ampliùs quando judicialiter extra regulam in delictis per viam accusationis, sed etiam quando per viam inquisitionis ad effectum publicæ vindictæ proceditur jura enim indistinctè potestatem corrigendi Monachos, etiam extra regulam delinquentes Domino Episcopo tribuunt. *Capit. de persona*, 11. *quæst.* 1. *cap. qui verò*, *in princip.* 16. *quæst.* 1. *cap. Abbas*, *cap. monasteria il.* 1. *cap. cognovimus*, 18. *q.* 2. *Aegid. cons.* 5. *num.* 32. *Marian. in cap. qualiter, & quando, n.* 84. *de accusat.* & in utroque casu eadem visitatio. Alia enim in præsenti causa considerata in contrarium allegata non repugnant, quia loquuntur, aut quando versamur in delictis contra Regulam commissis, eaque aliàs extra Regulam non essent delicta, ut puta si Regularis contra Regulæ institutum comedat carnes, Abbati debitam reverentiam non præstet, & similia committat.

2 Nam in his nemo dubitavit jurisdictionem Abbati, aut Priori privativè ad Episcopum competere per deducta aliàs *coram Reverend. D. Oriol. in illa Augustana visitationis.* Aut etiam, quando delicta continent duplicem deformitatem, videlicet, quia offendant communem conversationem, & regularem disciplinam, quales sunt furtum, Adulterium, & alia, quæ contraria sunt præcepto Dei, & eorum voluntatem, seu Priorem, sed diversu respectu. Nam Abbas sine strepitu, & figura judicii secundùm constitutiones Regulæ contra nocentes, & sic per viam inquisitionis procedit. *Abb. in repet. C. si quis Clericum, num.* 47. *de foro compet.* Episcopus verò servata dispositione juris communis de qua *in C. qualiter & quando de accusat.* in eos animadvertit. Quare Abbati, seu Priori concessa est quidem à jure facultas visitandi Regulares, eos corigendi, censuras in ipsos fulminandi, carceribus mancipandi, sed cum temperamento, videlicet quatenus extrajudicialiter hæc faciat, & statuti Regulæ, tam in cognitione, quàm decisione inhæreat, juribus hic per informantes allegatis, & ita decisum.

* * *
* *
*

DE-

DECISIO CXI.

De jurisdictione Episcopi in Regulares privativè quoad Abbatem, vel Priorem.

R. P. D. Orano. *Inter recentdecis. 20. par. 1.*

Cæsaraugustana exemptionis.

Lunæ 12. Februarii 1590.

SUMMARIUM.

1 *Monachi Regulares juxta Regulam sancti Augustini non puniuntur in figura judicii, sed salutari tantum pœnitentia.*

2 *Statutum non dicitur frustratorium, & superfluum, si ex eo declaratur id, quod de jure communi erat obscurum.*

3 *Statutum ut non dicatur superfluum, & frustratorium, sufficit, ut aliquid operetur.*

4 *Beneficia Regularium sunt manualia, & de jure communi Regularium Prior privationis pœnam imponit.*

POst resolutiones factas agentes causam Prioris dubitare obtinuerunt, an ex statuto, vel consuetudine, major jurisdictio dicto Priori competeret, quàm de jure communi sibi ex concessa? Domini circumscripto capita consuetudinis, & præsupposita statuti existentia, de quo plurimum dubitabant, cùm nec habeat subscriptionem Episcopi, neque sigillum, resolverunt negativè, nam in eo nihil habetur, ex quo possit colligi, majorem illi tributam jurisdictionem, quàm de jure communi sibi competeret, quantum enim ad delicta gravia, ut ex præmissis patet, cognitio illorum audientiæ Episcopi reservatur, & circa levia sola correctio ei conceditur, & quidem limitatè secundùm regulam sancti Augustini, & venerabilem ipsius domus consuetudinem sine figura judicii. *C. fin. de statu Monachorum.* ubi textus loquens

quens secundùm regulam S. Benedicti, intelligitur de pœnitentia salutari, sine figura judicii *C. ad nostram in fin. & ibi gloss. de appell.*

Nec verba statuti sequentia (& secundùm venerabilem domus consuetudinem) ampliant illius dispositionem, præsertim cùm nobis non constet, quæ fuerit illa domus consuetudo, unde interpretari illa verba oportet, ut inferant ad regulam consuetudine receptam. Neque inde infertur, quod statutum fuit superfluum, si nil amplius sit operaturum, quam jus commune declaraverat, quia primo superfluitas cessat, dum diffinit id, quod de jure communi erat obscurum, ut ex disputationibus in hac materia factis apparuit. *Abb. in C. solita, in gloss. tanquam in fin. de major. & obed. & in C. certificari, col. penult. de sepult. Gemin. in cap. si Papa de privil. in 6.* & novum non est, quod idem bis repetatur ratione tollendæ dubitationis. *l. 1. §. sed scien dum, vers ergo puto, ff. de ædil. edict.*

3 Secundò sufficit, si aliquid operetur, operatur autem dum concedit Priori jus privationis contra incorrigibiles. Minus adversatur, quod per statutū Priori in visitatione concedatur facultas puniendi, quicquid reprehensibile inveniat, & contra incorrigibiles, & bis monitos procedendi ad punitionem. Quia non propterea sequitur, quod sibi sit judicialis cognitio permissa; facultas enim data Priori puniendi & corrigendi restringitur ad ea, quæ concernunt delicta regularia, & levia, & cùm gravium cognitio statuto expresse Episcopo sit reservata, & in visitatione judicialiter non procedatur, sed tantummodo per viam inquisitionis præparatoriam ad morum correctionem, *C. 1. §. sanè de censib. lib. 6. c. placuit, 10. quæst. 1. Specul. de inquis. §. 2. n. 6. & 9. Pau. in tract. de visit. par. 2. q. 7. n. 12.*

4 Neque contrarium resultat, quod privatio sit gravis pœna, quæ solet imponi gravibus delictis: quia si attendimus verba statuti, privationis pœna non imponitur propter gravitatem delicti, sed propter incorrigibilitatem, quod quidem non est mirum in regularibus, quorum beneficia sunt manualia. *Ægid. decis. 203.* & de jure communi Prior privat, & destituit Monachos, neque tamen de gravibus cognoscit, neque dum destituit, judicialiter procedit. *C. qualiter, & quando, el. 2. in fin. de accusat. & ita resolutum fuit.*

* * *
* *
*

DE-

Ad part. 4. Quæst. 106.

DECISIO CXII.

Regula de jure quæsito non tollendo an habeat locum in jure exemptionis, aliove simili privilegio.

Illustriss. Seraphino.

Inter impressas Seraphini decisio. 1082.

Cæsaraugustana exemptionis.

Lunæ 13. Iunii 1594.

SUMMARIUM.

1 *Regula de jure quæsito habet locum in jure ex privilegio.*
2 *Dictio*, quomodolibet, *includit jus omne, etiam minimum.*
3 *Privilegium ex causa onerosa habet vim contractus.*
4 *Jus subjectionis, quod quis uni tantum & non pluribus subjiciatur, est jus valde considerabile.*
5 *Habere unum Superiorem magis quàm alium, an dicatur res modici momenti.*
6 *Regula de jure quæsito non obstat, ubi constat de voluntate Papæ.*
7 *Papa in dubio non præsumitur præjudicare regulæ de jure quæsito, nisi expresè id faciat.*
8 *Clausula de plenitudine potestatis licet operetur in tertii præjudicium, non tamen operatur in præjudicium regulæ, de jure quæsito non tollendo.*
9 *Protestatio posita in regula de jure quæsito non tollendo tollit consensum ab actu, quoties ei non derogatur.*
10 *Gratia principalis si corruat, evanescunt omnes clausulæ accessoriæ.*

DOmini steterunt in decisis coram R.P.D. meo Orano, nam regula de non 1
tollendo jure quæsito habet locum in jure quomodolibet quæsito etiam ex
ptivilegio *juxta decis. Mohed. 82. Sarnens. super reg. de non toll. quæst. 15. circa fin. Gorad.*

2 *Gorad. consil. 14. numer. 22. Rolan. cons. 22. numer. 23. lib. 4.* & dictio *quomodolibet*, includit omne jus etiam minimum, *glos. in Clem. 2. in verb. (quomodolibet,) de sent.*
3 *excom. Paris. consil. 58. numer. 10. lib. 1.* quæ maximè procedit, cùm privilegium exemptionis, de quo agitur, fuerit obtentum ex causa onerosa, & sic uti in vim contractus, *C. si Papa, de privileg. in 6. Felin. in C. novit, numer. 8. vers. aut verò privilegium de jud.* cui non est censendum Papam voluisse derogare, *Lap. alleg. 96. Mohed. dec. 350.* & non est dubitandum, hoc jus esse valdè considerabile, quidquid in contrarium deducatur, ut patet *ex c. dilect. de Capell. Monach.* cum aliis pluribus juribus, in quibus habetur magna ratio hujus juris: interest enim valdè uti tantum, & non pluribus subjici, *Felin. in c. dilecti, vers. hominib. invitis de major. & obed. Put. decis. 31. in fin. lib. 1.* maximè cùm adfuisset diuturna lis super exemptione inter Archiepiscopum & Ecclesiam, quæ præbuit justam occasionem fel. rec. Sixto V. concedendi hoc privilegium. Non obstat quod habere unum Superiorem magis quàm alium, sit res modici momenti, juxta *dec. allegatum in causa Legionensi*, quia in illa causa agebatur de parochianis, quorum non valdè intererat, an Ordinarius, an Archidiaconus haberet cognitionem certarum causarum: hic verò agitur de eximenda Ecclesia ab inferiori, & subjciendo eam soli Pontifici, quod est jus, ut dictum est, valdè considerabile, & contrarium dicere est contra omnes loquentes in materia exemptionis. Non obstat quod per litteras S. D. N. fiat reditus ad jus commune, quia nihilominus intrat Regula, nam illud procedit, ubi fit reditus respectu omnium, ut per Sebastianum Sapiam, & alios allegatos *in causa Caurien. Jurisdictionis, coram*
6 *bon. mem. Cantucio.* Non obstat quod dicitur regulam non obstare, ubi constat
7 Papam voluisse præjudicare, quia de hoc quæritur, an voluerit, & propter protestationem in regula appositam constat nolle, quibuscunque utatur verbis & clausulis, nisi expresè deroget regulæ. *Sarnens. in proem. d. reg. quæst. 5. numer. 3. & fuit dictum in causa Burgensi juris sepeliendi, coram bon. mem. Cæsare de Graff. 10. Junii 1571.*
8 *quæ habetur in tit. de rescript. decis. 9.* Non obstat Paris. & Gozad. allegati, qui vo-
9 lunt clausulam, de plenitudine potestatis, operari in tertii præjudicium, quia hoc non habet locum in terminis Regulæ, in qua protestatio tollit consensum, & voluntatem ab actu gerendo, ubi ei non derogatur, & ita nulla potest alia formula introduci, per quam possit dici constare de mente Papæ, nisi faciat regulæ mentionem, & ita decisum fuit *coram R. P. D. meo Blanchetto in una Mediolanensi fructuum 24. Aprilis 1592.* in propriis terminis hujus clausulæ.

Non obstant auctoritates allegatæ *Sarnens. Curt. Jun. Cassan. Roland. & aliorum*, quia fuerunt aliàs sublatæ *per Rot. in decis. 6. bon. mem. Domini de Grassis, decis. 1. n. 9. de verb. sign.* ultimo non obstat apertio oris, quia cum tota gratia ex allegato defectu corruat, clausulæ accessoriæ omnes evanuerunt, & nihil inde deduci potest,

quod

quod obsit privilegio exemptionis, de quo agitur. Et ita conclusum, standum esse in decisis.

Ad Quæst. 108. *Additio.*

OBserva breviter, quod hodie ex Concilio Tridentino *sess. 7. cap. 14. de reformat.* exempti sæculares indistinctè, regulares verò si extra claustra degant, Ordinario subijciuntur in causis mercedum & miserabilium personarum, qua de re *vid. Barbos. de Episcop. alleg. 106 num. 43. Roderic. quæst. regul. tom. 1. quæst. 65. art. 13. Rot. in Turitana conservatoriæ 15. Iunii. 1668. coram Reverendiss. D. Albergato Decano, quæ est decis. 285. num. 9. & seqq par. 15 recent.*

Ad Quæst. 112. *Additio.*

QUod Episcopi habeant Fiscum not. *glossa in cap. Quia diversitatem in verb. præter de concess. præb. & ibi DD. Cardin. in clement. nolentes, §. in 3. quæst. de hæretic.* & hanc esse communem sententiam testatur *Covarruv. variar resol. lib. 2. cap. 9. num. 11. Clar. in pract. crimin. §. fin. quæst. 80. num. 5. Peregrin. de jure Fisci, lib. 1. tit. 2 num. 105. & tenuit Rota coram Achille de Graff. decis. 2. de offic. ordin. & decis. 4. de testament. in antiq.*

DECISIO CXIII.

Episcopus dicitur habere Fiscum, & ille capit bona clericorum ab intestato decedentium.

Est Decisio 4. sub tit. de testament. in antiq.

SUMMARIUM.

1 *Fiscus Ecclesiasticus capit bona clerici absque hærede decedentis.*
2 *Ecclesia habet Fiscum.*
3 *Clericus an quis probetur ex quasi possessione clericatus.*

1 MOrtuo Titio absque hærede ex testamento, vel ab intestato curia Principis sæcularis accipit bona prætendens Fiscum debere succedere deficientibus cæteris, Curia autē Ecclesiastica prætendens istum Titium fuisse Clericum, & in possessione Clericatus, vendicat illa bona, dicens ad Curiam Ecclesiasticam pertinere debere, quæritur primo, an supposito, quod fuisset Clericus, Curia Ec-
2 clesiastica bene dicat, videtur quod sic. quia Ecclesia habet Fiscum. 16. *quæstio 4. quisquis & can. si quis deinceps, & extra de præben. C. Presbyteri.* Credo quod voluerit allegare *C. quia diversitatem, de concessio. præbend. in gloss. antepenulti. ubi vide & in Clemen. pastoralis, in fin. de re judic. per Dominum Antonium de Butrio, & argumen. 12. q. 1. can. aurum licet etiam hæc sonent*, 16. *q. 1. Eccl. & in palea Constantinus*, 94. *distinct.* item quæritur secundo, an sufficiat Curiæ Ecclesiasticæ tunc probare illum esse in possessione Clericatus, si illum fuisse Clericū negetur, & [niſi probetur per Cu-
3 riam sæcularem ipsum fuisse laicum, & videtur quod sic, quia possessio clericatus relevat curam Ecclesiasticam à probatione tituli, *per C. si judex de senten. excomm. libr.* quia in probatione alicujus præambuli sufficit probare possessionem, cùm tunc non requira-

requiratur ita exacta probatio, sicut requiritur super articulo principali, *ut nota. per Cyn. C. ubi causa status, l. 1 in 5. qu. C. quæ sit long. consuetud. l. 2. circa finem. verb. expedits sumus, in cap. Abbate de verbo signif. etiam quod dixi. ff. si servi, vendit. sicuti* §. *sed si quæratur.* Item etiam ad hoc facit, quod not. *Innocent. de verbo signific. veniens.* In contrarium videtur, quod imò habeat plenè probare clericatum, & titulum, nec sufficiat summaria cognitio & probatio. *C. quorum bo. l.* 1. præsertim cum est mortuus Clericus ille. Undè Titius non potest dici in possessione Clericatus, igitur possessio præterita non relevat ab onere probandi, cum jura loquentia de possessione relevante ab onere probandi &c. loqui videantur in præsenti, non in præterita possessione.

Ad partis 5. Quæst. 1.

DECISIO CXIV.

Abbas non manutenetur in quasi possessione approbandi Confessores, sed Episcopus, donec Abbas ipse per tres conformes probet immemorabilem.

Reverend. P. D. Attrebaten.

Calaguritana jurisdictionis de Nagera. *Decis. 332. par. 1. recent.*

Lunæ 6. Iunii 1611.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum de manutenendo datur ex sola assistentia juris absque alia probatione.*

2 *Confessiones sæcularium audire nemo potest sine approbatione Episcopi, & an sufficiat approbatio Abbatis, qui*

est nullius diœcesis.

3 *Abbas privari non debet quasi possessione habendi territorium separatum declara ut num. 4.*

5 *Verba sententiæ sunt stricti juris, nec debent plus operari, quàm de necessitate importent.*

1 STrictè proposito dubio an Episcopus Calaguritanus sit manutenendus in approbandis Confessariis Ecclesiarum S. Crucis, & S. Michaëlis oppidi de Nagera, in quarum Ecclesiarũ Clericos, & Capellanos Abbati S. Mariæ, ordinis S. Benedicti competit jurisdictio privativè, Domini pro Episcopo responderunt, nam decretum Concilii Tridentini *sess. 23. c. 15. de reform.* disponit, quod nemo admitti possit ad confessiones sæcularium audiendas, nisi approbatus ab Episcopo, ita quod assistentia juris est clara, propter quam datur manutentio, absque ulla probatione possessionis, *ut in c. cum personæ de prævil. in 6.*

2 Non obstant in contrarium adducta, quod enim attinet ad immemorabilem illa non est probata, & probata non relevat, utpote sublata per Concilium, quod Abbas sit nullius diœcesis, ideòque ipse possit suos Clericos, & Capellanos ad confessiones audiendas approbare. Fuit decisum 4. *Julii* 1603. & 16. *Junii* 1604. *coram R. P. D. Pegna, & 26. Junii ejusdem anni, & novissimè* 5. *Maii* 1608. *coram me*, Monasterium esse in, & de diœcesi Calaguritana. Hinc est, quod jam ante aliquot annos Illustrissima Congregatio sacri Concilii Tridentini interpretum respondit, eos qui approbandi sunt ad confessiones audiendas in Ecclesiis Abbati subjectis, & ab ipso Abbate offerri debere Episcopo, & cum præsuppositò, quod Abbas habeat jurisdictionem quasi Episcopalem privativè ad Episcopum.

3 Nec facit, quod donec Abbas probare potest se habere territorium separatum, non debeat suâ quasi possessione privari. *Vt in Conchen. jurisdictionis 4. Decemb.* 1592. *coram Illustrissimo Cardinali Mantica*, quia loquitur in casu specialiter reservato à Concilio, & in quo jus commune non refragabatur, sed potius suffragabatur, ut in ea dicitur.

4 Hic autem jus refragatur, tam quoad approbationem Confessariorum, quàm quoad statum nullius diœcesis, ultra, quod mens, & verba stant pro Episcopo, quâ ratione Illustriss. Congregatio sacri Concilii interpretum in causis matrimonialibus, & criminalibus, in quibus Concil. non sustulit, immemorabilem declaravit, Episcopum manutenend. esse in earum cognitione, donec per tres conformes inferior immemorabilem probet, & sequuta est *Rota in Baren. jurisdictionis* 18. *Maii* 1609. *coram R. P. D. meo Coccino.*

5 Postremò, quod attinet ad sententiam arbitralem Roberti, à Sede Apostolica confirmatam, in ea nullum legitur verbum de approbatione Confessariorum, eadem loquitur de jurisdictione competente Abbati, potest intelligi de jurisdictione contentio-

tentiosa, non de voluntaria, nec potest fieri illatio de exemptione Clericorum ad exemptionem loci, præsertim cum verba sententiæ sint stricti juris, nec debeant plus operari, quàm de necessitate important, ut in terminis senteutiæ fuit dictum *in hac causa 12. Januarii 1609. coram me.*

DECISIO CXV.

Episcopus in diæcesi habet fundatam intentionem tam de jure communi, quàm vigore Concilii in approbationibus confessorum, & qui contrarium prætendit, debet hoc probare per Apostolicum privilegium.

R. P. D. Ubaldo. *Decis. 655. par. 3. rec.*

Calaguritana jurisdictionis de Nagera.

Veneris 20. *Martii* 1615.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus in sua diæcesi habet fundatam intentionem quoad approbationem confessariorum.*
2 *Manutentio datur ex sola juris assistentia, absque alia probatione possessionis.*
3 *Et quid si juris assistentia reddatur turbida per actus contrarios.*
4 *Concilium an derogaverit juri quæsito ex sententia.*
5 *Abbas non præsumitur habere jura Episcopalia, nisi probetur, & ostendatur privilegium Apostolicum.*

FUerat in hac causa resolutum usque de anno 1611. die 6. Junii coram Reverend. Attrebaten. dandum esse mandatum de manutenendo Episcopo Calag. in quasi possessione approbandi Confessarios in Ecclesiis S. Crucis, & S. Michaëlis oppidi de Nagera, & cum pro parte moderni R. Episcopi instaretur pro relaxatione mandati prædicti, Abbas B. M. de Nagera ord. S. Benedicti advocatus petiit, & obtinuit iterum

iterum auditi super eisdem. Et DD. unanimiter perstiterunt in decisis, fuit enim jam per plures decisiones firmatum dictum Monasterium S. Mariæ de Nagera esse in diœcesi Calaguritana, videlicet 4. *Julii* 1603. *& 16. Januarii* 1604. *coram bon. mem.* Penia, *& rursus* 26. *Junii ejusdem anni, &* 5. *Maii* 1608. *coram Reverend. Attrebaten.* & id etiam fuit pro ratione adductum *coram eod.* 12 *Jan.* 1609. quod ulterius confirmabant Domini tum ex enunciativa Benedicti Papæ in confirmatione sententiæ Roberti data pro parte Monasterii, in qua expresse enunciatur Prior & conventus B. Mariæ de Nagera Cluniacensis Ordinis Calaguritanæ diœcesi. tum quia prætensio Monasterii est fundata super privilegiis, & exemptione, *ut in dicta sententia n.* 19. quæ exemptio præsupponit dictum Monasterium esse in diœcesi, ut benè *per Rotam decis.* 207. *n.* 2. *&* 3. *par.* 3. *divers. & fuit dictum in Constantien. si jurisdictionis* 18. *Maii* 1601. *coram Reverend. Attrebaten. & in Sipontina jurisdictionis* 24. *Maii* 1613. *& in eadem* 14. *Martii* 1614. *coram Reverend. Damasceno.*

2 Hoc igitur stante, quod dictum Monasterium sit in diœcesi Calaguritana, Episcopus habet intentionem fundatam de jure communi, *c. omnes Basil. ca* 16. *q.* 7. *cum Episcopus de off. ordin. in* 6. *c. conquerente, extra eod. tit. Verall. dec.* 306. *p.* 1. *&* 201. *p.* 2. & in specie quoad approbationem Confessariorum, est text. *in Clem. dudum* §. *ac deindè, & ibi Vital. & alii de sepult. & est expressum in S. Conc. Trid. sess.* 23. *c.* 15. *de reform.* cujus dispositio est clara, quod nemo admitti possit ad confessiones sæcularium audiendas, nisi sit approbatus ab Episcopo, quocunq; privilegio, & consuetudine etiam immemorabili non obstante, & fuit declaratum per S. Cong. Conc. Trid. interpretum, uti fuit dictum in hac causa 26. *Jun.* 1604. *coram Rever. Attrebaten.* undè ex hac sola assistentia juris certum est Episcopo competere manutentionem absque alia approbatione possessionis, *c. cum persona, ubi Doct. omnes de privil. in* 6. *Verall. dec.* 306. *par.* 1. *& dec.* 201. *& seq. par.* 2. *Rot. dec.* 145. *n.* 6. *par.* 2. *divers. & fuit dictum in hac causa* 12. *Novemb.* 1609 *coram Rever. Attrebaten. & prius* 5. *Maii* 1608. *in eadem causa coram eodem. Et fuit resolutum in una Veronen. jurisdictionis* 18. *Martii* 1596. *coram bon mem. Card. Pamphilio, & in alis.*

3 Nec videbatur applicari limitationem, quæ adducebatur pro Monasterio, videlicet, quod assistentia juris non suffragatur, quandò per actus contrarios redditur turbida, & ideò sit omittendum judicium possessorium, ut servavit Rota in pluribus causis, & præsertim *in Lucen. seu nullius.* 4. *Maii* 1598. *coram Seraph. & in alia Montis Regalis* 4. *Novemb. ejusdem anni coram Penia.* Quia respondetur, quod isti actus non probantur, & quatenus probarentur etiam ad adducendam immemorialem censentur sublati per Conc. Trid. per quod derogatur etiam consuetudini immemoriali, ut dictum est, præsertim cum Abbas non doceat ex dd. actibus acquisivisse quasi possessionem sciente & patiente Episcopo, pro ut requiritur *l.* 2. *ubi glos. c. de serv. & ag. c. cum Ecclesia, ubi Rip. n.* 64. *de caus. poss. & prop. Put. dec.* 360. *n.* 10. *l.* 1. *Rot. in d. Sipontina jurisdictionis*

ctionis 14. *Martii* 1614. *coram R. Damasceno*, & quatenus probaretur Confessarios habuisse licentiam ab Abbate, non tamen indè infertur, quod non habuerint etiam ab Episcopo, ut in similibus terminis fuit resolutum *in una Bonon. juris concedendi licentiam* 7. *Junii* 1585. *coram Orano.*

Nec obstare videbatur præcipuum fundamentum informandi pro Abbate, quod S. Conc. licet derogaverit consuetudini immemoriali, non tamen videtur sustulisse jus quæsitum Abbati vigore concordiæ, vel arbitralis sententiæ Roberti, & à Sede Apostolica ex certa sententia confirmatæ, propter duplex vinculum, *juxta not. in Clem. dudum in ver pacta de sepult. cum aliis adductis in una Seguntina jurisdictionis* 27. *Novemb.* 1587. *coram Gipsio*, quia ultrà in dicta sententia nullum verbum legitur de approbatione Confessariorum, ut jam decisum est coram Rever. Attrebaten. Respondebatur etiam dictam sententiam, & indè secutam confirmationem fundari in prætensa immemorabili consuetudine, & privilegiis, quibus cum fuerit derogatum per Conc. ut supra dictum est, sequitur ut cesset etiam quodcunque jus ex dicta sententia confirmata quæsitum, ut in simili materia fuit data declaratio illustr. fac. Cong. interpretum *in una Baren. jurisdictionis de anno* 1589. *vers. & in simili.*

Nec etiam obstat, quod dispositio S. Conc. non procedat, ubi Abbas habeat quasi jurisdictionem Episcopalem, quia quicquid sit de hoc, respondebatur ex juribus datis pro parte Abbatis non probari eum habere simpliciter omnia jura Episcopalia, si non ostendat privilegium Apostolicum, cum solus Papa illa possit concedere. *Abb. in c. cum contingat n.* 18. *de foro compet. post Joan. And. in c. cum Episcopus de offic. ord. in* 6. *& dixit Rota in hac causa* 26. *Junii* 1604. *coram Rever. Attrebaten.* ex quibus, & aliis deductis in aliis decisionibus hujus causæ, & nunc per informantes DD. perstiterunt in decisis *die* 6. *Junii* 1611. *coram eodem Attrebaten.*

Ad partis 5. Quæst. 2. & 3. *Additio.*

DE individuitate actionis hypothecariæ *vid. Rot. coram Seraphino dec.* 957. *n.* 11. *quæ est supra in hoc tomo dec.* 108.

De puniendâ autem contumacia eorum, qui prætextu exemptionis resistunt Ordinario volenti exercere jurisdictionem, in cujus exercendæ quasi possessione existit. *Vid. Ricciull. de jure person. l.* 4. *c.* 61. *n.* 3. *& seqq. usq; ad n.* 50. *Borgnin. Cavalcan. dec.* 28. *n.* 39. & in casu speciali Episcopi excommunicantis Abbatem & Monachos resistentes visitationi. *Fagnan. in c. procurationes n.* 27. *& seqq. de censib.* & in simili de Episcopo excommunicante Baronem sibi non subjectum ob injustam detentionem bonorum mensæ Episcopalis. *Rot. dec.* 122. *per tot. par.* 15. *rec.*

Ad Quæst. 10. part. 5.

DECISIO CXVI.

Rota non solet exequi sententias, nisi gustatâ earum justitiâ; ab executione sententiæ notoriè iniquæ etiam merus executor abstinere debet.

R.P.D. Robusterio. Decis. 81. par. 1. recent.

Romana Grani de Justinis.

Veneris 18. Martii 1575.

SUMMARIUM.

1 *Stylus Rotæ est juri conformis, ut nemo exequatur, quod nullum, vel injustum notoriè judici apparet ex eisdem actis.*
2 *Executor merus debet se abstinere à notoriè nullo & injusto.*
3 *Pars potest implorare officium judicis ex æquitate contra injustas sententias ex eisdem actis.*
4 *Fallit, nisi iniquitas sit velata aliquâ probabili, & coloratâ ratione, vel causâ.*
5 *Qualitas illa dicitur notoria, quæ de jure communi est talis, licet possit subesse causa ut non sit talis.*

PRo desertione ex nimia negligentia: an autem sit attendenda ista res judicum absque particulari discussione justitiæ illius, juxta stylum Rotæ plures inclinabant, quod non intraret stylus Rotæ, quia jam facta est compensatio, & executio in ipsa sententia A. C. stante desertione: volunt tamen Domini ad majorem

jorem cautelam aliquid amplius gustare, an saltem sit relata prætensa injustitia computationis factæ, in dicta sententia A.C. Nam stylus Rotæ est juri conformis, 1
ut quisquis non exequatur, quod nullum, vel injustum notoriè ex eisdem actis judici apparet. *Inno & alii in cap.1.per Anch. consil.211. ante fin. Calderin.consil.10 octavo in fin.de re jud. Dec.in cap. ex parte 12. numero quinto ver. quinto fallit, circa med. de offic.deleg.post Franc. in cap.dilecti quæstione duodecimâ & quinquagesima quartâ de appel. Ruin.consilio 196. numero decimo tertio in primo & consilio trigesimo tertio numero quarto cum seq. & consil.138. numero vigesimo tertio in fin. omnes, in libro quarto §.condemnatum, de re jud.* à quo etiam merus executor debet abstinere, *Innoc.in cap.Pastoralis, numero septimo de offic.de leg. Luc.de Pen.in libro secundo quæstione secundâ vers. quinimò sæcularis, C.de privil. Scola libro duodecimo. Alex. consilio 130.numero tertio. & ibi addit libro quarto.* Et contra tales injustas sententias ex eisdem actis potest pars implorare officium judicis ex æquitate, *L.si me & Titium, si cer.peta.* ne quis locupletetur cum aliena jactura, ut in terminis *Bal.consilio centesimo quadragesimo primo numero septimo cum seq. libro primo. Ang.in l.fin.numero primo in fin.cum seq.de pet.hared. Claud.de Seisell.in l. qui Romæ §. duo fratres, numero nono cum seq. de verb.oblig.* vel ex denunciatione Evangelica, *Abb.in cap. novit numero nono ver. idem credo de jud. Barbat.consilio primo numero quarto, quinto sexto, & septimo, & consilio trigesimo octavo numero septimo in 2. Curt. jun.consilio centesimo quarto numero tertio cum seq. Bero in C.item cum quis numero trigesimo octavo, de restitut spolia.* Nisi tamen iniquitas sit velata aliquâ probabili, aut coloratâ ratione 4
vel causâ. *Franc. in d.cap. dilecto, quæstione quinquagesimâ secundâ, numero 142. ver. intellige prafata & quæstione 55.numero 155. ante fin. versic. ex quibus omnibus de appel. post Bal.quem allegat. & facit Ægid.decis.404. Corn.consilio 10.col.2. ver. & si forte alii libro quarto. Felyn.in cap.inter cæteras, numero septimo de re jud. Dec.in d.c.ex parte in 5.limit. in fin.de offic.d.leg. & in cap.cum speciali §. porrò numero tertio de appel. Jason. in §.nihil commune numero centesimo octavo & Rip.numero 144. & in libro quarto §. condemnatum numero decimo septimo de re jud. & fuit resolutum in causâ Toletana matrimonii coram Domino Grato 27. Junii 1569.* secus si nihil opponitur vel incoloratè opponeretur. *Soc.cons.69.n.15.lib.4. Roman.cons.499.num.4. Felyn.in cap.significarunt.n.4.de testib. Dec.in d.c.cum speciali §.porro n.3. de appell. Claud.in l.1. in prine. n.19.de nov.ope.nunc. Aym.cons.299.n.8. Bero.q.801.cum seq.* Nam qualitas 1 la dicitur notoria, quæ de jure communi est talis, licet possit subesse causa, ut non sit talis. *Felyn. in d.c.significaverunt, n.4.de testib. Soc.d.cons.69.n.15.l.4. & facit idem Soc.cons.27.n.26. cum seq.lib.4. Modern.de oblig. Camer.par.4.q.2.n.4. & 5.* & simplex negatio vel impugnatio non facit rem dubiam. *Gl. & alii per Aym.cons 55.n.3.* sed totum arbitrio judicis relinquitur. *L.sed & si, ex quib.cau. Major. Innoc.in c.causam quæ n.5. qui fil.sint legit. Bar. Alex. & alii in l.2. de re judic.*

Ideò volunt Domini, quod præsupponantur in facto omnia ea, quæ aliàs præsuppositа fuerunt, & dubitent, an prætensa injustitia compensationis, de qua in sententia die Mercuri 20. Junii 1576. fuit resolutum constare de notoria injustitia sententiæ, sit saltem ita velata, ut non sit amplius cognoscendum particulariter de ea, quasi in casu isto majorem difficultatem habeat, quia non agitur de temporali præjudicio, puta executione factâ, sed de perpetuo, ut cognoscatur de justitia sententiæ, quæ maximè inter se differunt. *Franc. in d. cap. dilecto quæst. 52. numer. 41. circa med. ver. considera, quod aut agitur de appella. post Imol. quem ibi refert.*

Ad part. 5. Quæst. 11. *Additio.*

EPiscopum posse Ecclesiam construendam eximere à sua jurisdictione etiam in præjudicium successorum, licet diversum sit in Ecclesia jam constructa tenuerunt *Felin. in c. cum venerabilis num. 33. de except. Barbat. cons. 33. col. antepenult. vers. & si dicatur lib. 1. Roch. de jurepatron. verb. pro eo num. 26. & seqq.* contra *Federic. de Senis cons. 111. numer. 4. & cons. 247.* & pro utraque parte arguit *Rota coram san. mem. Gregorio XV. dec. 4. n. 12. & 13. quæ est supra in hoc tomo dec. 52.* Et quamvis opinio Federici videatur probata per *Rot. in Veronen. exemptionis 27. Maii 1594. coram Pamphilio sen.* illa tamen decisio non loquitur præcisè in terminis Ecclesiæ construendæ.

De eo autem quod sine consensu Capituli nullum valeat Episcopi privilegium vid. *dec. 382. n. 3. par. 2. recent.* quæ hic sequitur.

DE-

DECISIO CXVII.

Privilegium exemptionis ab Episcopo cuidam Ecclesiæ concessum non valet sine consensu Capituli.

R. P. D. Cavalerio.

Theatina Jurisdictionis.

In recent decis. 382. & inter impres. Cavalerii decis. 193.

Lunæ 26. Martii 1612.

SUMMARIUM.

1 *Ordinarius in sua diœcesi habet juris assistentiam quoad jus conferendi & jurisdictionem.*
2 *Scriptura in folio sine sigillo & subscriptione Notarii non probat.*
3 *Archivium non dat robur scriptura informi.*
4 *Episcopus sine Capitulo non potest jura Ecclesiæ donare, aut exemptionem concedere.*
5 *Capituli consensus non probatur ex subscriptione aliquorum Canonicorum.*
6 *Ordinario licet non detur manutentio ex sola juris assistentia contra allegantem titulum & præscriptionem, datur tamen si simul deducat actus possessorios.*

ROta censuit dandum esse mandatum de manutenendo Archiepiscopo Theatino contra Abbatem Caramanici quoad cognitionem causarum criminalium, matrimonialium & civilium, & quoad jus conferendi, cùm Archiepiscopus habeat intentionem fundatam in assistentia juris communis, quoad jus conferendi. *c. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. cum allegatis per Selvam de benefic. par. 2. qu. 22. num.* 1

22. *numer.* 41. quo verò ad jurisdictionem *in cap. cum personæ de privileg. in 6. c. si Episcopo, de offic. ordin. eod. lib. & in dispositione Sacri Concili Tridentini sess.* 24. *cap.* 20. *fuit dictum in Veronen. jurisdict.* 18. *Martii* 1596. *coram bon. mem. Cardin. Pamphilio.*

Nec visa fuit obstare prætensa quasi possessio per Abbatem allegata, quia non benè probabatur; nam testes, præterquam quod non sunt in actis, non apparet quomodo & coram quo fuerint examinati.

Insuper dicebatur solam quasi possessionem non impedire, quo minùs Episcopus suam exerceat jurisdictionem. *d. cap. cum personæ, ubi Franc. & alii* & licet pro parte Abbatis exhibereturquoddam privilegium antiquum exemptionis concessæ de anno M. C. LXXXXIV. per Ordinarium Theatinum, tamen ad illud pluriefariam
2 respondebatur: nempe esse folium volans, & scripturam informem, cùm sit sumptum de sumpto, carens subscriptione & sigillo Archiepiscopi, subscriptione Notarii seu Cancellarii, & die concessionis *ad not. per Bart. & alios in Auth. ad hæc C. de*
3 *fide instrument. Put. decis.* 136. *num.* 2. *lib.* 3. *Caputaq. decis.* 104. *par.* 2. Nec Domini putabant referre quod talis scriptura esset sumpta ex archivio; nam tale archivium negabatur, & archivium non dat robur scripturæ informi. *Caputaq. decis.* 41. *numer.* 5. *part.* 1.

Sed quatenus etiam hoc privilegium esset in forma probanti, Domini dicebant
4 non relevare, neque suffragari effectum de quo agitur, quia solus Episcopus sine Capitulo non potuit Ecclesiæ suæ jura donare, nec potuit talem exemptionem concedere. *C. cum nos, cap. tua, de his quæ fiunt à Prælat. cap. Pastoralis in fine ubi glossault. de donat. Federic. de Senis cons.* 111. *numer.* 3. *in fine vers. nam cum in tali*, con-
5 sensus autem Capituli non videbatur probari ex subscriptione aliquorum Canonicorum, quia non apparebat interveniisse consensum ipsorum collegialiter, & Capitulo ad illud legitimè congregato ad tradita *per Innocent. in cap. eam te, numer.* 9. *de Senis cons.* 61. *num.* 5.

Et propterea Domini dicebant talem scripturam informem, & patientem tot exceptiones, non posse præbere sufficientem titulum ad præscribendum *ut in d. cap. cum personæ*, §. *ult. de privil. in* 6.

Præterea illud quod dicitur non posse dari manutentionem Episcopo contra allegantem titulum & præscriptionem, intelligitur quando Episcopus soli assistentiæ juris communis inniteretur, quod tamen non visum fuit procedere in hoc casu, in
6 quo Episcopus pro parte sua ostendit plures actus suæ possessionis, & etiam sententiam latam de anno 1569. in qua dicitur causas criminales & matrimoniales spectasse & spectare ad Archiepiscopum Theatinum, & super illis plenam jurisdictionem habuisse & habere, & super Abbatia S. Mariæ & aliis Ecclesiis Caramanici, tam super Abbate, quàm aliis presbyteris, clericis, & laicis.

Prout

Prout etiam tollebatur quod dici solet, assistentiam non dare manutentionem, quando est obfuscata actibus contrariis, quia id procedit, quando est sola, secus si cum ea concurrant actus possessorii, tunc enim Ordinarius est manutenendus, qui est in possessione, propter assistentiam quam habet ultra dictos actus, licet inferior etiam ostendat actus contrarios.

Quare cùm plura opponerentur contra probationes Abbatis, quæ egent discussione in progressu causæ; interim Domini censuerunt posse denegari manutentionem dicto Archiepiscopo, ut fuit dictum *in Baren. jurisdictionis 1. Februarii 1610. coram R.P.D. meo Coccino; & in Veronensi supra allegata.*

Et ita decisum. &c.

Ad part. 5. Quæst. 12. *Additio.*

VIsitatores regulariter non posse quemquam beneficio aut officio privare tenent *Innocent. in cap. dilectus, num. 1. & ibi Hostien. num. 2. Ioan. Andr. numer. 5. & alii communiter per text. in c. in singulis. §. ordinentur de statu monach.* & per rationem, quia privatio, cùm sit pœna gravissima, non potest imponi, nisi prævia citatione, & facto processu Ordinario. *C. inventum 16 quæst. 7. ubi glos. & Archid.* Visitator autem in visitatione non potest processus judiciales conficere, neque causas ordinarias cognoscere & definire, sed solum pravos mores corrigere impositis pœnis & pœnitentiis salutaribus. *cap fin. de statu monach. cap. Romana, §. sanè de censib. in 6. Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 3. vers. visitationum autem. plene Fagnan. in d. cap. dilectus, num. 18. & num. 29. cum seqq. de rescript.* quæ omnia declaranda sunt ut ibi per eum.

DE-

DECISIO CXVIII.

Visitator electus ad visitandam Ecclesiam ejusque clericos, non habet jurisdictionem super canonicos, maximè in pœnalibus, nec potest illos excommunicare, maximè si sunt immediatè subjecti Sedi Apostolicæ.

Decis. 496. par. 14. recent.

R. P. D. Albergato.

Spiren. censurarum.

Lunæ 28. Iunii 1666.

SUMMARIUM.

1 *Canonici, sive Parochi, qui personaliter citati non se subjiciunt visitationi, privantur beneficio, & incidunt in censuras.*

2 *Censuræ ex defectu jurisdictionis sunt nullæ.*

3 *Visitator deputatus ad visitan. Clericos, aliosque Ecclesiæ ministros Laicos, non potest censurare in dignitate Ecclesiastica constitutos, quia sub eorum nomine non veniunt dignitates.*

4 *Sententia excommunicationis absque citatione personali, est nulla, & invalida.*

5 *Visitator Regius debet abstinere ab excommunican. Capitulum Sedi Apostolicæ subjectum, tanto magis præcessit appellatio ad Pontificem.*
Quod amplia, ut num. 6.
Et declara, ut num. 7. & 8.

9 *A decreto excommunicationis, non datur appellatio.*
Quod limita, & declara, ut num. 10.

11 *Arbitrium non intrat in commissione cum clausula* parito, *signanter post executas sententias.*

12 *Clausula* arbitrio *si sententia est nulla, suffragatur ad retardandam, illamque revocandam.*

A visita-

A Visitatoribus per Ordinarium Spiren. deputatis ad visitandam insignem Collegiatam Beatæ Mariæ Virginis & Sanctorum Petri & Pauli, Oppidi Buratto Bruxalen. Arnaldus Baro de Ferenz. Scholasticus, qui citatus personaliter visitationi se non subjecit, non solùm perceptione fructuum Scholastriæ privatus, sed etiam per sententiam excommunicationis, & demùm beneficiis privatus fuit. 1

Cæterum cùm ipse à secunda sententia privationis fructuum infra legitima tempora ad Sanctissimum appellasset, commissa mihi fuit causa appellationis cum clausula *parito censuris arburio Rotæ*, dubium ad formam commissionis proposui, & DD. pro non partione arbitrium intrare censuerunt, ex pluribus enim censuras nulliter relaxatas fuisse, visum est, & primo ex defectu jurisdictionis: erant enim auctoritate ordinaria deputati, ad visitandam Ecclesiam, resque & singulos ejusdem Ecclesiæ beneficiatos, & Sacerdotes, & Clericos, aliosque ejusdem ministros Laicos, quorum appellatione in pœnalibus dignitates non continentur, ut per *Bero. consil. 3. num. 29. in princip. lib. 1. Gonzal. ad reg. 8. glos. 9. num. 26. & seq. cum relatis per Barbos. de appell. verb. Appell. 51. sub num. 3. vers. secus verò. Rota decis. 592. numer. 2 par. 1. divers. & deducitur in Nullius, seu Iuvenacen. jurisdictionis: 10. Ianuarii, 1664. coram Reverendissimo Nunc. Episcopo Gerunden.* 2 3

Altera nullitas ex defectu citationum resultat, aliæ enim non fuerunt executæ, aliæ circumductæ remanserunt, aliæ non cadebant sub diebus, in quibus sententiæ prolatæ fuerunt, *ut in Summario Arnaldi num. 2.* & sententia excommunicationis sine citatione personali promulgata fuit, unde inevitablis nullitas resultat, quia tali citationem non præcedente excommunicatio pœna omnium gravissima infligi nequit. *Felin. in cap. cum sit Romana 5. num. 13. de appellat. Grat. disc. 559. numer. 14. Rota decis. 176. num. 10. coram Buratt. & in recent. decis. 48. num. 18. par. 4. tom. 2.* 4

Quibus accedit tertio, cùm ad excommunicationem processum fuerit post appellationem ab Arnaldo interpositam, de qua visitatione notitiam habuerat, ut deponunt testes *in Summario Arnaldi num. 6.* & quidem cum expressa causa, & ratione, quod Capitulum immediatè Sedi Apostolicæ subjectum erat, ob cujus reverentiam ab excommunicatione visitatores abstinere debuissent. *Chockier de jurisdict. Ordinariis in exempt. par. 2. quæst. 14. n. 6. an terminis Rota in Leopolien. censurarum, 27. Ianuarii 1645. § pariter coram Reverendiss. Domino meo Decano*, quamvis appellatio non in judicio, sed extra judicialiter fuerit interposita, *Scacc. de appell. quæst. 17. limit. 22. num. 55. Sair, de censur. lib. 1. cap. 16. num. 23.* & postea pro parte Arnaldi de hujusmodi exemptione specialiter dictum non fuerit, quia interim supersedeo. & illi præfigendus erat terminus ad allegatam exemptionem coram probis vitis justificandam, ut disponitur in constitutione Bonifacii VIII. quam ad verbum recensèt *Chockier d. tract. par. 1. qu. 8. num. 10. Eusc. de visit. lib. 2. cap. 20. num. 6.* ut quod in praxi visitatores hoc primum respicere debent, & post *Innocent. Saw. de censur. lib. 1. cap. 16. num. 17.* 5 6 7 8

9 Nec adversatur quod à decreto visitationis, appellatio suspensiva non admittatur, quoniam id locum habere potest, quando extrajudicialiter processum fuit, secus autem quando præviis citationibus, & firmato processu visitatores procedunt, tunc enim à sententia diffinitiva admittitur oppositio, *Leo Thesaur. for. Eccles. part. 2. num. 77. Grat. decis. 188. num. 3. & 4. vers. secus si vult cum pluribus relatis per Barbos. de potestate Episcopi, par. 3. alleg. 73. num. 32. vers. sed si Episcopo firmato processu, & num. 33.*

10

11 Prout non relevat, quod post executas sententias, & quando in commissione est clausula *parito*, non intret amplius arbitrium. Nam hoc intelligi debet, quando sententiæ sunt validæ, & justæ, secus autem stante illarum nullitate, quia tunc clausula arbitrio ad retardandam ulteriorem exemptionem suffragatur, & censuræ revocari possunt, *Rota coram Cocc. decis. 177. num. 1. & coram Penia decis. 1309. num. 3. & 4.* Et ita utraque, &c.

Ad partis 5. Quæst. 14.

DECISIO CXIX.

Monialis translata ad aliud Monasterium pœnitentiæ causâ, non desinit esse filia prioris Monasterii, & quidquid acquirit, cedit priori Monasterio, secus si translatio fuerit facta ad effectum ut fiat filia secundi monasterii, & ex quibus id colligatur.

Decis. 109. par. 2. recent.

R. P. D. Litta.

Romana fidei commissi de Vecciis.

Veneris 20. Februarii 1604.

SUMMARIUM.

1 *Monasterium post emissam monachi professionem habet fundatam intentionem in omnibus, quæ ad monachum deferuntur,*

Actor

Actor tenetur probare concludenter fundamentum sua intentionis.

2 *Monachus tunc dicitur ejectus, ut desinat acquirere monasterio, quando exutus habitu monachali à corpore ordinis dimittitur.*

Monachus seu monialis non dicitur ejecta à monasterio si fuerit traducta ad aliud monasterium cum habitu Religionis, eique à priori monasterio præstita fuerint alimenta. item num. 2.

3 *Monialis translatio ad aliud monasterium duobus modis fieri potest, vel ut monialis, quæ traducitur fiat filia secundi monasterii, & liberetur à consortio, & filiatione primi, vel ut remaneat monialis primi, in secundo tamen moretur, causa pœnitentiæ, vel simili. Et primo casu acquisita per eam, post translationem monasterio acquiruntur, secundo autem casu acquiruntur primo.*

4 *Monialis translata ut dicatur effecta monialis secundi monasterii requiritur, quod emiserit in eo professionem.*

Monialis professa in uno monasterio, ut possit profiteri in alio monasterio.

5 *Testis contra inducentem fortius probat.*

6 *Monialis translata ad aliud monasterium pœnitentiæ causa, debet ab per monasterium à quo transfertur.*

UNanimi Dominorum voto fuit conclusum non constare de ejectione sororis Catharinæ de Vecciis de monasterio sanctæ Cæcilæ videlicet ejus translatione ad monasterium S. Ambrosii, in casu, & ad effectum de quo agitur; quia cùm in confesso sit apud partes eam emisisse professionem in monasterio sanctæ Cæciliæ, & sic ex tunc illius monialem fuisse effectam, ideò quoad hæreditatem delatam, ut prætenditur, vigore fidei commissi quondam P. Pauli de Vecciis negati non potest, quin intentio dicti Monasterii sanctæ Cæciliæ sit fundata. *ad text. in leg. Deo nobis, §. hoc autem, C. de Episc. & Cleric. & Auth. ingressi, C. de sacrosc. Eccles. & in C. in præsentia, de probation. cum vulg.* unde qui prætendit, eam desisse expresè monialem dicti monasterii sanctæ Cæciliæ, quia fuit ejecta, videlicet ad aliud monasterium translata, & secundi monasterii monialis effecta, & quidem antequam deferretur hæreditas, hæc omnia concernentia fundamentum suæ intentionis probare tenetur, & quidem concludenter *l. vulg. l. ei, qui. ff. de probat.* tantum autem abest, ut de tali ejectione, aut translatione ad effectum præfatum constet, quod imo de contrario non obscurè apparere videatur; & ex infra dicendis. 1

Nam quoad ejectionem, tunc dicitur monialis ejecta ad effectum, ut sit locus disputationi an desinat acquirere monasterio, cujus erat monialis, quando exuitur habitu monachali, à corpore Ordinis dimittitur, *l. quod ait prætor, §. ignominiæ causa* 2

causa, vers. sed si ita, ff. de his qui not. in fam. Federic. de Sen. consil. 38. quidam professus, in princ. Abb. consil. 96. numer. 1. & 2. late modern. in suis instit. moral. lib. 12 cap. 16. maxime colum 3. littera C. ibi, nam religione, & habitu, & alimentis debitis spectantur, sed votis non solvuntur. Hic autem testes concludunt sororem Catharinam fuisse traductam ad monasterium S. Ambrosii cum habitu S. Cæciliæ, & non eo privatam, & illi præstita fuerunt alimenta, quod præclare ostenditur non fuisse habitam pro derelicta à dicto monasterio S. Cæciliæ, ad text. in l. fin. §. sed scimus, C. de lat. lib. tollend. & in cap. unico, cum sua materia de infant. & languid. exposit.

3 Quo verò ad translationem, & duobus modis fieri potest, vel ut monialis, quæ traducitur, fiat filia secundi monasterii, & liberetur à consobrino, & filiatione primi, vel ut remaneat Monialis primi, in secundo tamen moretur, & maneat causa pœnitentiæ, aut alia simili, & primo casu acquisita per eam, secundo monasterio acquiruntur, secundo autem casu acquiruntur primo, ut post Anchar. consil. 424. & alios tradit Navarr. de reg. comment. 4. num. 4. vers. 5. quod transitus, not. Abb. in C. veniens num. 4 de simon. & probat. text. juncta gloss. fin. in C. de lapsis, 16. quæst. 6. ubi Ægid. num. 2. Archid. num. 1. & alii passim notant.

4 Hic autem non docetur pro parte monasterii S. Ambrosii de solemni susceptione habitus ipsius monasterii, nec de professione aliqua in ipso monasterio emissa, quæ omninò necessaria sunt ad effectum, ut dicta soror Catharina esset effecta monialis secundi monasterii, & in illo acquireret, & non primo. secundum Ioan. Andr. in d. unico de infant. & languid. expositis. Ant. de Butrio ibidem num. 5. ad fin. & Card. quæst. pen. Abb. in C. quod à te numer. 7. de cler. conjug. Anchar. consil. 352. in princ. & ibi Ant. de Butr. in subscriptione. Navarr. cons. 60. & 61. in tit. de reg. Et minus constat de licentia Abbatissæ Sanctæ Cæciliæ, quæ omninò necessario erat, ut in alio monasterio profiteri posset, C. statutum 19. quæst. 3. c. monachum, 20. quæst. 4. cap. licet de regul. & ibi Ioan. Andr. super § quia sicut Hostiens. super verbo postulanda, Card. in 6. not. & q. 6 Ant. de Butrio in 3. not. Abb. cons. 95. & 96. vol. 1. Menoch. qui citatur, de arbitr. Iud. lib. 2. cas. 421. num. 14.

5 Quinimo quod fuerit traducta occasione cujusdam rixæ, & sic potius pœnitentiæ gratia probatur, tum depositione 3. testis super 22. ibi, & per quanto ho inteso dire fu transferita per haver date delle pianellate all' Abbadessa, & 4. testis ibi, & ho inteso dire, che l' haveva havuta con l' Abbadessa, & altre Monache di S. Cecilia, tum etiam quia in d. Monasterio S. Ambrosii deferebat habitum S. Cæciliæ, de quo deponunt bene testes in Summario num. 3. & in specie usque ad annum 1575. deponitur de Constantia de Comitibus, quæ usque ad illud tempus permansit in d. monasterio causa educationis, & uti inducta pro parte d. monasterii S. Ambrosii, tantò fortius probat contra illud, juxta not. per Soccin. jun. consil. 69. num. 11. lib. 1. & per Gabriel. concluf. 1. num. 14. de testib. tum denique, quia non ostenditur, quòd ista lo-

tor Catharina spatio tanti temporis intervenerit in aliquo actu capitulari uti monialis S. Ambrosii, sed potius ex testibus Monasterii S. Cæciliæ, *de quibus in summario n.2.* probatur, quod ipsa separatim vivebat à dictis monialibus, nec erat astricta choro, sed in dicto Monasterio stabat, & vivebat, ut Monialis S. Cæciliæ. Accedit etiam, quod Monasterium S. Cæciliæ usque ad obitum præstitit eidem alimenta, & Abbatissæ S. Ambrosii soluta pro dictis alimentis recipiendis, in omnibus ferè quietantiis fassa est eam Monialem S. Cæciliæ esse *ad text. in l. cum te c. de probation.*

Nec prætendi potest, quod dicta alimenta fuerint præstita occasione dotis, 6
quæ penes Monasterium S. Cæciliæ remansit, quia cum dos consisteret in annuo censu scutorum decem auri, non est verisimile tot præstita fuisse nomine alimentorum singulo in anno occasione dictæ dotis, videlicet scutorum 36. *Arg leg. cum de indebito ff. de probation.* sed potius ratione filiationis, quam pater alere tenetur, & ne illius transportatio correctionis & pœnitentiæ causa facta esset onerosa Monasterio S. Ambrosii *secundum Card. cons. 27. n. 5. & in c. quod à te col. 4. vers. si necessaria & ibi Abb. sub num. 6. vers. si verò professio tenuit. Joan. de Imol. sub. num. 10. vers. si recedit necessaria, de cler. conjug. Host. in summ. eodem tit. sub num. 6. Covarr. in cap. 1. de testam. nnmer. 2.* Quibus consonat, quod Moniales Sanctæ Cæciliæ lavabant vestes sororis Catharinæ, & transmiserunt chirurgum Monasterii, qui curaret illam in sua infirmitate, de qua decessit, & ceram pro illa sepelienda, quæ denotant obsequium patris erga filiam, nec talia fecissent, si habuissent illam pro ejecta, & derelicta vel pro Moniali alterius Monasterii. Ex quibus, & aliis quàm plurimis hic deductis per informantes, pro Monasterio S. Cæciliæ concluſum fuit, ut supra.

Ad Quæst. 18. 26. & 32.

DECISIO CXX.

Concursus nunquid sit necessarius in electione Rectoris seu Vicarii Ecclesiæ subjectæ Monasterio, aut annexæ, vel de illius mensa.

Reverend. P. D. Litta.

Ulixbonen. juris conferendi.

Inrotul. Decis. 121 part. 1.

Veneris 2. Decembris 1605.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia parochialis subjecta aut annexa Monasterio non indiget concursu.*
2 *Ecclesiam esse subjectam Monasterio qualiter probetur.*
3 *Decimarum exactio denotat dominium Ecclesiæ cujus ratione exiguntur, num. 7.*
4 *Onerum solutio pro aliqua Ecclesia denotat dominium spectare ad solventem.*
5 *Vicarii deputatio in Ecclesia indicat dominium pertinere ad deputantem.*
6 *Perceptio decimarum, sustentatio onerum, & assignatio congruæ subjectionem denotant.*
8 *Ecclesia ædificata in territorio alterius Monasterii spectat ad Monasterium.*
9 *Concursus an sit necessarius in vicariis perpetuis, & num. 10.*

PLures sunt Ecclesiæ parochiales in territorio de Alcobatia, ad quarum curam exercendam Commendatarius prætendit Vicarios per eum nominandos debere ab Archiepiscopo absque concursu institui, cujus contrarium prætendit Archiepi-

ciepiscopus. Ideò hodie strictè dubitatum fuit, an constet Ecclesiam B.Mariæ de Alcobatia spectare ad Monasterium de Alcobatia, ut non sit locus concursui; & Domini affirmativam amplexi sunt: quia quandò Ecclesia parochialis est subjecta Monasterio aut annexa, vel de ejus mensa, tunc non est locus decreto Concilii Tridentini *sess.24.cap.18.de reformat.* Sed Monasterium nominat, Episcopus verò sine concursu approbat juxta tradita *in c.de capell. Monach. c. de Monachis de præbend. & fuit resolutum in causa Tirasonen.juris præsentandi 23. Maii 1588. coram bon.mem.Bubalo & 13. Octobris 1595. coram me.*

Ecclesiam autem esse subjectam Monasterio, aut annexam vel de mensa, 2
non est necesse probare per instrumentum unionis aut annexionis, sed potest etiam probari per alia signa,& argumenta,ut fuit decisum *in causa Pampilonen de Stella* 14. *Decembris* 1598. *coram Illustrissimo Seraphino.* In casu propositio Domini inter alia considerarunt, quod Monasterium ante ædificationem hujus Ecclesiæ erat Dominus totius districtus de Alcobatia titulo donationis factæ per Alphonsum Primum Regem Portugaliæ divo Bernardo Abbati Claravallen. & per Innocentium Papam III. confirmatæ, *ut in summario num.1.* cujus domit i ratione Ecclesiæ ibi ædificatæ dicuntur ad Monasterium spectare. *Glos.& DD.in d.c.de Monachis verb.proventibus de præbend.*

Ex qua donatione junctâ perceptione decimarum & fructuum totius territorii, 3
& in specie decimarũ spectantiũ ad Ecclesias existentes in dicto districtu, ut probatur ex concordia inita per Archiepiscopũ & commendatarium de anno 1335. de qua *in summar.n.3.& ex testibus in summar.n.8.* item ex sententia Regis *in summ.n.5.* ex separatione mensæ Abbatialis à mensa conventuali facta per Pium IV. *summar.n.4.* ex erectione hujus Ecclesiæ in vicariam perpetuam *in summar.n.9.* denotatur manifestè dominium esse penes eum, qui decimas percipit, ita ut Ecclesia dicatur de mensa illius, & curam residere penes Abbatem & Monasterium habitu, exercitium verò curæ penes Vicarium. *Cardin.in clem.1.n.10.q.9.de offic.vicar. Glos.in clem.frequens in ver.ad mensam & ibi Vitalin.n.83.& cæteri Doct. de excess.præl. Crescent.dec.2.de decimis Mohedan.dec.ult.eod.tit. Verall.dec.339.par.3. Capella Tholos.dec.109.& ibi Addent.& fuit dictum in præt. Pampilonen.de stella.*

Tertiò ultra donationem territorii & perceptionem fructuum & decimarum 4
fuit consideratum, quod Monasterium sustinet onera omnia Ecclesiarum in d. territorio existentium, tam quæ ratione visitationum, quam quæ pro reparatione & fabrica earundem debentur, ut ex concordia anni 1294. *sum.n.2.* & ex alia anni 1335. *in summar.n.3.*& ex dictis testium *summar.n.8.* & ex visitationibus Archiepiscoporum junctis effectualibus solutionibus, de quibus *in summar.n.10.* & in specie respectu hujus Ecclesiæ *in summario numero* 8. ex solutione enim onerum per Monasteria facta pro Ecclesiis, de quibus agitur, satis colligitur Ecclesias ad ipsum spectare. *Clem.1.*

de jure

de jure patron. & ibi Vitalin.n.8. vers. ubi ergo cap.1. & cap. de iis de Eccles. ædific. fin. de testib. Ces. de Grassis dec.6. de præb.

Accedit quod ante erectionem hujus Ecclesiæ in vicariam perpetuam, in hu-
5 Ecclesia deputabatur Vicarius amovibilis, ut probatur ex confessione ipsius Ordinarii in instrumento erectionis, quod est signum curam penes dictum Vicarium non residisse, sed solum exercitium *ex allegat. in d. Pampilonen.* & quia ille qui præsentatur, non est rector, sed Vicarius, quod etiam denotat non curam, sed exercitium duraxat esse penes ipsum, ut tradit *Vitalin in d. clem. 1. n. 7. de offic. Vic.* quamvis etiam præsentationes loquerentur de rectoribus, stantibus præmissis non eò minus diceretur Ecclesiam spectare ad Monasterium, cum ista sint synonima, & sæpè aliud pro alio ponatur. *Glos. in clem. 1. §. nonnulli in ver rectoribus & ibi Vitalin. n. 35. de excess. prælat. cum aliis in his terminis allegatis in causa Urgellen. parochialis 13. Novemb. 1603. coram Cardin. Pamphilio.*

6 Nec præsentationes possunt censeri factæ vigore juris patronatus ex fundatione competentis propter perceptionem decimarum, sustentationdm onerum, & assignationem congruæ Vicario præsentato, quod subjectionem denotat. *d. c. de monachis & c. avaritiæ de prebend. Lambert. de jure patron. l. 2. par. 3. q. 10. art. 1. n. 4. & n. 7. & 8. cum aliis citatis per informantes.*

7 Nec facit quod Archiep. habeat jus decimandi: quia in concordia solùm dicitur, quod prætendebat jus percipiendi decimas, ultra quod tale jus posset verificari respectu quartæ debitæ Episcopo etiam ratione Ecclesiarum ad Monasteria spectantium juxta dispositionem *cap. conquerente de off. ordin.*

8 Non obstabat, quod Ecclesia, de qua hodie agitur, fuerit constructa post Monastetium, ex quo apparet descriptâ inter Ecclesias, quæ de anno 1384. fuerunt expetitæ reperiri intra limites de Alcobatia, *ut in summ. n. 4.* quia fuit responsum descriptionem esse restrictam ad Ecclesias existentes in districtu, non autem in oppido de Alcobatia, ubi Ecclesia B. Mariæ de qua agitur, sita est, ultra, quod etiamsi illud esset verum, non per hoc tolleretur, quod esset annexa vel de mensa monasterii, cui incumbebat vigore concordiæ de anno 1335. Ecclesias ædificare. Undè existentia hujus Ecclesiæ in oppido de Alcobatiæ, quod cum ejus territorio est de dominio monasterii, junctâ perceptione decimarum, sustentatione onerum., assignatione congruæ & qua Vicario facit, quod Ecclesia ista in sui ortu verè nata sit subjecta & nunquam fuerit aliquo statu libertatis, sed originaliter annexa & de mensa juxta tradita *per Butr. in c. eam te n. 11. Abb. eodem n. 11. vers. nota de etat. & qual. Felin. in c. ex parte il. 2. n. 1. Ioan. de rescript.* ubi etiam dicit, quod si Capella ædificaretur, ut esset beneficium depe stans, de necessitate præsentari deberet Rector perpetuus, quod hic non fiebat, sed deputabatur Vicarius amovibilis, ut supra dictum ex confessione Ordinarii, & alias fruſtratoria fuisset erectio in Vicariam perpetuam.

Non

Non obstat quod in Vicariis perpetuis sit necessarius concursus: quia ad effectum ut sit locus concursui, non inspicitur an sit Vicarius perpetuus, vel ad nutum amovibilis, sed attenditur, an vicaria spectet ad Monasterium, & ei sit subjecta vel annexa, ita ut cura penes Monasterium resideat, quo casu non est locus concursui, sed sufficit approbatio Ordinarii juxta resolutionem Illustrissimorum interpretum Concilii, super qua fundatur Breve obtentum per Commendatarium à fel. record. Clemente VIII: declaratio vero eorundem Illustrissimorum interpretum data pro parte Archiepiscopi loquitur, quandò cura transfertur in Vicarium, & non solum exercitium, ut in casu isto.

Non obstat quod per erectionem vicariæ perpetuæ factam per Archiepiscopum potest dici translata cura in Vicarium: quia lectura instrumenti erectionis contrarium apertè denotat, dum ibi assignatur certa portio Vicario, & reliquum reservatur commendatario penes quem remanent onera, *juxta not. per Hostien. & Joan. Andr. in c. exposuisti de præbend. & ibi Abb. in fine*, hoc benè declarat *Fel. in c. postulasti n. 1. vers. aut perceptio de rescript. Rebuff. de congrua port. n.* 108. & in ista erectione ultra reservationem fructuum & onerum Vicarius non nominatur Rector, & reservatur Commendatario jus præsentandi, quod stantibus præmissis debet intelligi, sicuti prius competebat, scilicet cum approbatione Ordinarii, & non prævio concursu; apparet enim in hac erectione Archiepiscopum noluisse alterare statum hujus Ecclesiæ in alio, quam quod faceret Vicarium de amovibili perpetuum, prout ei ex debito sui officii incumbit ex decreto Concilii *& c. 1. de capell. Monach. in* 6. maximè quod in dubio hujusmodi erectio ita facta intelligi debet, ut minus præjudicet commendatario, quam sit possibile, & propterea ex eo quod dicat erigere Ecclesiam in vicariam perpetuam & beneficium curatum, inferri non debet ad curæ translationem in Vicarium, cum ista verba optimè verificari possint ratione exercitii & oneris administrationis sacramentorum Vicario perpetuo incumbentis. Nec ex deputatione Vicarii perpetui Ecclesia desiit esse de mensa. *Vitalin. in d. clement. frequens n.* 35. *& 84. de excess. prælat. & fuit dictum in præcit. Vrgellen. Parochialis coram Illustrissimo Pamphilio.*

DECISIO CXXI.

Adducuntur plura ad probandum Eccleſiam eſſe de menſa Monaſterii, de quibus ſingillatim in ſummario.

Illuſtriſſ. Lancelloto. *Deciſ. 204. par. 2. recent.*

Ulixbonen. juris conferendi.

Mercurii 13. Iunii 1607.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia ex quibus dicatur de menſa Monaſterii.*
2 *Eccleſia parochialis ubi habet magnum populum, poteſt in illius ſuccurſum alia eccleſia ædificari.*
3 *Ex quibus ſignis cognoſcatur Eccleſiam eſſe de menſa, & quæ ſigna ſint æquivoca.*
4 *Mentio Eccleſiæ fieri dicitur per mentionem Abbatis, qui eſt caput Eccleſiæ.*
5 *Eccleſia ædificata in fundo Monaſterii, dicitur eidem ſubjecta concurrentibus ſignis.*
6 *Vicarius & Rector ſunt ſynonima, & unum pro alio uſurpatur.*
7 *Monachi de jure communi ſubjiciuntur Epiſcopo.*
8 *Cura animarum eſt Monachis interdicta. Declaratur ibidem.*

1 ECcleſias de Pederneria, de Otta, de Cooz, de Albornina, & Aliubarrota ſpectare ad Monaſterium de Alcobatia, ac indè non eſſe locum concurſui reſolverunt DD. ex eiſdem fundamentis, quibus reſpectu Eccleſiæ B. Mariæ idem deciſum fuerat coram bon. mem. Litta die 2. Decemb. 1605. & 21. April. 1606. & poſtea coram me die 7. Febr. hujus anni, quarum deciſionum rationes ferè omnes applicantur Eccleſiis, de quibus agitur, cũ conſtet, quod ante illarũ conſtructionẽ, Monaſteriũ erat.

Domi-

Dominus totius territorii de Alcobatia, in quo Ecclesia Monasterii fuerat ædificata, post territorium miraculosè precibus S. Bernardi è manibus Maurorum recuperatũ, ut patet ex chronica div. Bernardi, & ex donatione Alphonsi I. Regis Portugaliæ eidẽ S. Bernardo facta anno 1161. postmodum ab Innoc. III. confirmata, quàm Ecclesiam monasterialem fuisse parochialem totius territorii fuit resolutum in decisione *D.* Littæ sub die 21. April. *1606.* Hinc Monasterium percepit semper omnes decimas, fructus, & redditus totius Cauti, & territorii, ut patet ex concordia anni 1335. ex testibus, & ex sententia Regis & aliis in prima decisione bon. mem. Littæ ponderatis. Constat etiam alias Ecclesias in prædicto territorio fuisse à Monasterio ædificatas, ut ex eadem concordia anni 1335. & respectu Ecclesiarum, de quibus agitur, adest licentia Episcopi concessa Abbati, & conventui de anno 1236. Rursus respectu Ecclesiæ de Pederneria concurrit, quod in concessione ad opus infirmariæ de illa facta ac Episcopo anno 1247. fuit ordinatum, quod in illa præsentari deberet ab Abbate Vicarius cum assignatione congruæ ex proventibus ejusdem Ecclesiæ ad illius Prælatum spectantibus, & sic apparet, quod in dicta Ecclesia aderat Prælatus, scilicet Abbas, qui decimas percipiebat, ad quem cura animarum consequenter spectabat; & cum anno 1335. Abbas congruam Vicario istius Ecclesiæ assignasset, vocavit illum Vicarium Ecclesiæ nostræ, & in provisione unius portionis istius Ecclesiæ 1518. nedum dicit Ecclesiam suam, sed etiam vocat se ejusdem Ecclesiæ Priorem, ex quibus apparet, quod dominium & cura penes ipsum Abbatem existebat. Præterea quoad quatuor Ecclesias ex supra dicta licentia illas ædificandi cum facultate præsentandi Episcopo Vicarios, qui curam gererent animarum, cum assignatione congruæ, & cum hoc quod deductâ tertia Pontificali, residuum in utilitatem Monasterii convertatur, resultat necessario, quod cum de eo tempore adessent populi, & cum alia Ecclesia non adesset, è qua sacramenta subministrari possent, omninò ad ipsum Monasterium accedere debebant, ex qua licentia juncta concordia anni 1335. ulterius colligitur, quod cura principaliter penes Abbatem residebat, cum Vicarii ad illius tantum exercitium deputari deberent; quod etiam comprobatur, quia reservatur Abbati præsentatio Vicariorum, nec non residuum decimarum & fructuum deductâ tertiâ Pontificali. His ita stantibus, cum post Ecclesiarum ædificationem earundem Vicarii fuerint ad præsentationem Abbatis, & Monasterii instituti, cum Monasterium perpetuò perceperit decimas totius territorii, cum congruam Vicariis ab eo præsentatis solverit, cum onera, tam ratione visitationis, quàm pro reparatione Ecclesiarum, quàm denique alia omnia sustinuerit, sequitur, quod hujusmodi Ecclesiæ ad ipsum Monasterium spectare, & de illius mensa esse dicantur, tum ratione dominii, *ut per glos. & doct. in c. de Monachis de præb. & facit decisio 15. de jur. pat. in antiq.* tum ratione perceptionis decimarum, quæ de

jure debentur Ecclesiæ Parochiali. *C. cum contingat de decim. Cardin. in clement. 1. n. 10. q. 9. de off. vic. & aliàs benè deductum fuit in prima decis. bon. mem. Lutæ.* Tum ratione præsentationis Vicariorum, ex quo cura principalis penes Abbatem residere dignoscitur. *Vital. in clem. 1. n. 7. de off. vic.* & quod Ecclesia non est de per se stans, sed de mensa Monasterii *vt in c. 1. de capell. Monach. in 6. Felin. in c. ex parte il. 2. n. 1. & seqq. de rescript.*

2 Tum quia cum in toto territorio non adessent Ecclesiæ parochiales, cura omninò penes aliam Ecclesiam monasterialem residere debeat, ita ut Ecclesiæ postmodum ædificatæ in illius Monasterii succursum constructæ dicantur. *Cap. ad audientiam il. 1. cum ibi notatis de Eccles. ædificand.* Tum denique quia ex omnibus simul junctis, nempè dominio territorii, perceptione decimarum, præsentatione Vicariorum, solutione congruæ, sustentatione onerum & aliis negari non potest, quin resultent sufficientia signa & argumenta, quod Ecclesiæ sint de mensa Monasterii, & ad illud spectent. *Glos. in clem. un. in verbo ad mensam, quam ibi omnes sequuntur. Imol. numero decimo sexto. Vital. numero 82. de excess. prælat. latè Rebuff. de congrua numero 114. & seqq.* ad hunc namque effectum similia signa sufficere tradit *Felin. consilio secundo numero vigesimo secundo & vigesimo quinto, & fuit resolutum in causa Pampilonen. de stella 14. Decembris 1598. coram Illustrissimo Seraphino. & in hac causa secundo Decembris 1605. coram bon. mem. Lutta, & septimo Februarii 1607. coram me.*

3 Non obstant ea, quæ in contrarium adducuntur, nam quod dicitur solam perceptionem decimarum esse signum æquivocum, & quod solutio congruæ & aliorum onerum procedant ratione perceptionis decimarum, de quibus est solvenda congregatio Vicariis, *vt in causa Aquilana vicariatus coram Illustrissimo Seraphino* cessat, quia ultra perceptionem decimarum concurrunt multa alia ponderata, nempè quod Abbas præsentavit Vicarios, quod Ecclesiæ ædificatæ sunt in territorio cujus est Dominus Monasterium, quod Ecclesia monasterialis est parochialis, & ante omnes alias ædificata. Ex quibus junctâ perceptione decimarum satis probatur Ecclesias esse de mensa Monasterii, *ut per glos. in d. clem. un Card. & alios alleg.*

4 Nec obstat quod non probetur Monasterium de Alcobatia fuisse ante istas Ecclesias ædificatum, quia cum Episcopus concesserit Abbati & conventui licentiam ædificandi istas Ecclesias, & illæ fuerint à monasterio constructæ, necessariò dicendum est, quod ante illarum constructionem aderat ipsa Ecclesia monasterialis, & licet in scripturis antiquis non reperiatur in specie quod fiat mentio de Ecclesia de Alcobatia, tamen cum fiat mentio de Abbate, satis fit mentio de ipsa Ecclesia parochiali de Alcobatia, & matrice, cujus caput est Abbas. Prout non obstat, quod ante Ecclesiam de Alcob. adessent aliæ parochiales in eodem territorio, cum tempore recuperationis terri-

territorii à Mauris adessent oppida, & monasterium fuerit in loco inhabitato ædificatum; tum quia existentia populorum non concludit ad existentiam parochialium, & Ecclesiarum, quas Mauri non colebant, ut fuit dictum die 7. Febr. hujus anni coram me, tum quia ex licentia ædificandi istas Ecclesias concessa ab Abbate per 60. annos post donationē, apparet, quod ante aderat monasterium, Abbas, & Ecclesia de Alcobatia, quia denominatio territorii de Alcobatia ostēdit, quod quatenus aliquod oppidum adfuisset, illud erat de Abcobatia, maximè quia in donatione facta à Rege statim post recuperationem à Mauris, fit mentio de quibusdam contractis, nihil autem dicitur de oppidis, quæ verisimiliter fuissent expressa, si adfuissent.

Nec relevat, quod etiamsi monasterium fuisset Dominus territorii, nihilominus per ædificationem Ecclesiarum nihil aliud acquisiverit, quàm jus patronatus, quia concurrentibus tot signis subjectionem Ecclesiarum denotantibus, monasterium non dicitur habere solùm jus patronatus, sed Ecclesiæ ad illud, uti Dominum spectant, nec præsentationes fiunt ratione simplicis juris patronatus, sed ratione subiectionis, & annexionis, *Card. in Clem. 1. §. 1. in princip. de jur. patron. & fuit resolutum in causa Vrgellen. Parochialis 13. Novembis 1605. coram Illustrissimo Pamphilio, & in hac causa coram bon. mem. Litta.* 5

Quæ autem deducuntur ex institutione anni 1262. ad Ecclesiam de Cooz. in qua Dominicus ab Abbate præsentatus, fuit ab Episcopo in Rectorem constitutus, cùm præcepto, quod parochiani illi uti Rectori obedientiam præstent, & jura Ecclesiæ persolvant; nihil etiam obstant, cùm Vicarius & Rector sint synonima, & Vicarius aliquando Rector nominetur, & è contra, *glos. in clement. 1. §. nonnulli, in verb. Rectoribus, & ibi Vitali, num. 35. de excessib. Prælat. gloss. in cap. 1. in verb. subjecta, de verb. signif. lib. 6.* & in similibus terminis fuit decisum *in allegata causa Vrgellen. coram Illustrissimo Pamphilio, & fuit dictum in hac causa coram bon. mem. Litta*, & licet Episcopus instituerit, tamen hæc propriè non est institutio, sed authorizabilis institutio, quæ in Ecclesiis de mensa monasterii spectat ad Episcopum, *C. 1. & ibi gloss. in verbo præsentetur, & ibi omnes de Cappell. Monac. lib. 6. & latè decisum fuit in dicta causa Vrgellen.* quod comprobatur, ex quo idem Dominicus ante dictam institutionem Episcopi fuit de eodem tempore ab Abbate constitutus in Vicarium suæ Ecclesiæ de Cooz. cum assignatione congruæ, & sic apparet, quod deputabatur solùm in Vicarium cum congrua, & quod Abbas erat Rector Ecclesiæ, quæ per institutionem ab Episcopo factam non alterantur, & cum his concurrit status primævus, & observantia circa deputationem in Vicarium. 6

Quatenus etiam allegatur concessio facta monasterio ab Episcopo de Ecclesia de Pederneria ad usum infirmariæ, cùm hoc, quod à monasterio præsentetur Vicarius, qui curam animarum gereret, quæ concessio superflua fuisset, si Ecclesia pleno jure ad monasterium spectasset; similiter tollitur, quia, cessantibus exemptionibus Monachi 7

nachi de jure communi subjecti sunt Episcopo, non poterant propria auctoritate Ecclesiam erectam ad usum infirmatiæ unire, & quod cùm ageretur de mutatione status Ecclesiæ, id sine Episcopi licentia fieri non poterat, *juxta notat. in C. cum de beneficio, & ibi Franc. num. 6 de præb. lib. 6.* imo ex ipsa concessione apparet, quod Ecclesia erat de mensa monasterii, cùm in ea ordinetur, quod præsentetur vicarius per Abbatem cum congrua, & residuo pro monasterio, ex supra deductis, confirmatio autem Innocentii, quæ ad illam se refert, nihil alterat, & jus patronatus intelligitur ex modo, quo dictum est, scilicet, quod Ecclesia sit de mensa, & subjecta monasterio, *ex decis. in causa Vrgellen. & Cardin. & aliis alleg.* quod verò infertur ex conventione facta anno 1409. inter Abbatem & Episcopum, quod construeretur nova Cappella, in qua per vicarium de Aliubarrato Cappellanus ad nutum amovibilis poneretur, & quod idem in aliis Cappellis de novo ædificandis servaretur, nihil facit; tum quia nedum non constat de effectuatione istius conventionis, quinimo apparet de contrario, ex quo post ædificationem dictæ Cappellæ, Vicarius fuit positus ad præsentationem Abbatis, tum quia cum in dicta Ecclesia adesset Vicarius perpetuus in Cappella de novo construenda, non spectabat ad ipsum ponere Cappellanum amovilem, & ideò quia Episcopus solus hanc licentiam dare non potuit, fuit deventum ad conventionem cum Abbate, tum quia cùm in dicta conventione consenserit Abbas, qui potuit circa hujsmodi actum sibi præjudicare, non propterea sequitur, quod Episcopus fecerit dictum ordinem propria auctoritate, nec quod Abbas non esset Dominus, aut penes ipsum non esset cura dictæ Ecclesiæ, immo contrarium probatur ex consensu ipsius qui pro faciliori sacramentorum exercitio permisit quod in dicta Cappella Vicarius de Aliubarrotta deputaret Cappellanum, non autem sibi circa dominium Ecclesiæ, & curam animarum præjudicavit.

Quod etiam infertur ex allegata licentia ædificandi quatuor Ecclesias, de quibus agitur cum reservatione juris præsentandi ipsi monasterio, quasi quod cùm ante illarum ædificationē nulla adesset Parochia, non potest dici, quod Ecclesiæ ædificarentur intra limites monasterii, pariter cessat, quia ut sæpe fuit dictum, si in locis, in quibus Ecclesiæ erant ædificandæ, aderant populi, necessario debebant esse sub aliqua parochia, nempe sub parochiali de Alcobatia cujus erat Rector Abbas, intra cujus territorii limites existebant populi, & reservatio procurationis verificatur, etiam in Ecclesia de mensa, & in succursum ædificatis, sicut reservatio limitandi Parochias ostendit, quod prius una tantum erat parochia, scilicet monasterii, id quod etiam declarat limitatio subsequuta, quando de ordine Episcopi, de consensu tamen Abbatis territorium in certas parochias dividitur, quæ divisio & limitatio ab Episcopo facta de consensu Abbatis non tollit, quin Ecclesiæ essent de mensa monasterii, cùm etiam Cappellæ de mensa habeant suum territorium divisum & separatum ab aliis.

Quod deducitur ex quadam donatione Regis Portugalliæ anno 1317. de quadam

Eccle-

Eccleſi a de Turribus veteribus ad oſtendendum in prima Regis donatione territorii fuiſe comprehenſum jus decimandi cum facultate de Eccleſiis diſponendi, non concludit. Nam omiſſo, quod dicitur Eccleſiam prædictam eſſe extra territorium de Alcobatia, in ea nulla fit mentio juris decimandi, & illa fuit facta longe poſt donationem territorii, quam non comprehendere decimas, ſed eſſe reſtrictam ad jura regalia, & ſic temporalia, apparet ex ejus lectura, imò de contrario conſtat ex concordia cum Epiſcopo inita, ut latè deciſum fuit die 21. Aprilis 1606. coram bon. mem. Litta, & conſideratum fuit coram me die 7. Februarii hujus anni.

Quæ denique dicuntur de reſiſtentia juris contra monaſterium, cùm Eccleſiæ præ- 8
ſumantur liberæ non autem ſubjectæ, & quod Monachis ſit interdicta cura animarum, procedunt in dubio, ſecus verò quando de contrario conſtat, prout Rota reſpondit *in allegata Vrgellen. coram Illuſtriſſimo Pamphilio*, & quicquid ſit in Monachis particularibus, & quando monaſterium non habet populos, in quibus terminis procedit *text. in C. placuit 16. queſt. 1. ut notat ibi gloſ. in verb. placuit*, de jure non eſt prohibitum monaſterio habere curam animarum aut ſaltem de conſuetudine à jure approbata, *ut in C. 1. de Capell. Monachor. Clemen. ne in agro. §. cæterum, de ſtat. Monachorum. Abb. in d. C. 1. n. 1. & 6. de Cappell. Monachor.* & ita concluſum &c.

DECISIO CXXII.

De jure præſentandi, poteſtate conferendi, & aliis privilegiis Abbati commendatario ex indultis ſpecialibus conceſſis, ſublata omni juriſdictione Epiſcopi in monaſteria, bona, perſonas, Eccleſias &c.

R. P. D. Bevilaqua. *Deciſio 148. par. 13. recent.*

Nullius ſeu S. Severini parochialis.

Lunæ 9. Ianuarii 1660.

SUMMARIUM.

1 *Monaſteria & loca exempta per indultum ſpeciale ſubtrahuntur è diœceſi Epiſcopi, & Abbati ſubjiciuntur.*

3 *Translatione facta & territorio ſeperato commendatarius eſt loco diœceſani.*

4 *Pri-*

4 *Privilegio cum separato territorio stante juric ompetenti ordinario derogatum censetur.*

5 *Privilegium ad parochialem extenditur, cùm id in litteris Apostolicis est expressum.*

6 *Partitæ ex libris monasteriorum desumptæ probant census solutionem, si sint plures & adminiculatæ.*

7 *Ecclesia monasterio annexa in indulto exemptionis comprehensa censetur.*

8 *Solutiones census in vim præcedentis tituli fundationis factæ præsumuntur.*

9 *Ecclesia monasterio annexa præsumitur regularis.*

10 *Regulares possunt habere beneficia sæcularibus conferri solita titulo perpetui beneficii.*

11 *Potestas conferendi non extinguitur ob non residentiam monachorum.*

12 *Potestas conferendi ex quibus probetur.*

13 *Parochialis monasterio subjecta non providetur per concursum.*

14 *Actus ab Episcopo auctoritate delegata facti non præjudicant Abbati.*

15 *Erectio in plebaniam sæcularibus conferendam facta ante litteras exemptionis obtentas commendatario non præjudicat.*

16 *Status ultimus non attenditur constito de statu anteriori.*

17 *Provisio Ordinariorum non mutat statum beneficii.*

18 *Indultum Apostolicum habens clausulam sublata & decretum irritans inficit omnem contrariam observantiam.*

SEcuta vacatione parochialis Ecclesiæ S. Mariæ Castri Petini, Eminentissimus Dominus Cardinalis Antonius Barberinus commendatarius monasteriorum S. Mariæ de Bona, ac SS. Laurentii de Doliolo & Eustachii invicem unitorum, ad eam uti add dd. monasteria sibi commendata spectantem ex causa unionis & subjectionis nominavit Antonium Fabarium; Ordinarius verò S. Severini prævio concursu approbavit Nicolaum Boantium: Hinc orta inter collatarios & provisos controversia, & ad Rotam devoluta, proposui dubium, an constaret de bono jure D. Cardinalis commendatarii, & constare DD. responderunt.

Moti ex indulto Apostolico de anno 1641. eidem D. Cardinali, & in commenda successoribus per san.mem. Urbanum VIII. concesso, in quo prævia narrativa & confirmatione exemptionis eisdem monasteriis, personis, bonis & Ecclesiis à se de anno 1632. per ejus prædecessores Cælestinum & Honorium Tertios tributæ à quacunque ordinarii loci jurisdictione, ac extinctione litis post hæc excitatæ per Reverend. Episcopũ S. Severini prætendentẽ se, si non ordinaria, saltẽ delegata auctoritate à Sacro Concil. Trid. *sess.* 7. *c.* 8. *sess.* 14. *c.* 4. & *sess.* 24. *c.* 11. *de reform.* posse monasteria quæcunq; exempta visitare; motu proprio & ex certa scientia eidem D. Card. Abbati & prædictis commendatariis jurisdictionẽ ecclesiast. in monasteriis prædictis, ac in bona, personas & Eccles. censum ei solventes privativè quoad Episcop. S. Severini, & quemvis alium ordi-

Ordinariũ loci, etiam uti sedis Apost. delegatum vigore Decretor. dicti Sacri Concilii Tridentini, ita ut nullam omninò jurisdictionem, seu actum jurisdictionis in Monasteria & bona, personas & Ecclesias prædictas quacunque de causa unquam exercere seu prætendere potest; concessit & impartitus fuit: ex cujus indulti contextu Domini assequebantur Monasteria & loca exempta cum suis membris & Ecclesiis, licet ex natura & originaliter essent de Diœcesi Episcopi S. Severini, per illud tamen fuisse ab alio subtracta & translata in Abbatem Commendatarium, & effecta Territorium separatum, & appellatur propriè Territorium ipsius habentis ibidem jura Episcopalia, qui & venit appellatione Episcopi ac Diœcesani. *cap. si quis deinceps 16. qu. 7. C. si Papa. de privil. in 6. gloss. in Clem. 1. verb. volumus de foro comp. & in Clem. 1. ver. propriis de reb. Eccl. non alienand. Felin. in cap. cùm olim. in princip. vers. secundo limita de rescript. Franc. in cap. 2. num. 5. ubi Prob. ad Monach. num. 48. de præb end. Sarnen. ad regul. de annali quæst. 1. num. 4. Gavant. in praxi Episcoporum. verb. Abbas num. 52. plenè Gratian. discept. 212. num. 7. & per tot. Modern. Carpen. controvers. 219. num. 71. & 72. Rota in recent. decis. 324. num. 1. par. 1. & decis. 45. num. 5. par. 5. & decis. 100. num. 3. post. 1. volum. consil. Farinacii coram Martino Andrea decis. 54. num. 5. apud Tamburin. de jure Abbat. decis. 42. num. 2. & 3. decis. 69. num. 7. in Montis Cassinen. jurisdictionis 27. Martii 1651. coram Buchio, in Asticen. seu nullius jurisdictionis 19. Junii 1654. coram Reverendiss. D. meo Decano, in Caven. Collationis Ordinum 26. dicti mensis & anni coram R. P. D. meo Verospio §. non tamen. & in nullius seu Montis Virginis jurisdictionis 12. Junii 1656. §. unde proposito coram bon. mem. Dunozetto.* 1 2 3

Ideò cùm dictus Dominus Cardinalis Commendatarius nitatur speciali privilegio, & habeat separatum Territorium, & in eo tanquam Episcopus se gerat, censetur per hoc derogatum juri ex Canonum dispositione Ordinario competenti, ut non ipsi, sed illi competat provisio. *cap. 1. & 2. 16. qu. 4. Paris. 35. num. 8. lib. 4. Gratian. discept. 212. num. 44. & 45. Barbosa de jure Eccles. lib. 1. cap. 17. num. 101. Marsob. in praxi concurs. requis. 2. num. 4. Tamburin. de jure Abbat. tom. 3. disput. 9. qu. 1. num. 3. Flores de Mena variar. resolut. lib. 1 quæst. 24. num. 21. Rot. decis. 298. nu. 1. par. 4. divers. & in recent. dec. 308. num. 4. par. 1. & decis. 43 num. 4. par. 2.* 4

Nec visum fuit subsistere, quod dictum privilegium & indultum sit restrictum ad Monasteria B. Mariæ de Bona, ac SS. Laurentii & Eustachii, & non extendatur ad Parochialem hanc; nam comprehensio apertè colligitur ex ipsis litteris Apostolicis, ubi eximuntur ab Ordinarii jurisdictione bona, personæ & Ecclesiæ censum solventes ibi: *Super prædictis Monasteriis, eorumque bonis & Ecclesiis censum solventibus &c.* Et de solutione factâ à Rectoribus pro tempore ipsius Ecclesiæ Abbatibus & Monachis Monasteriorum apparet ex pluribus, & uniformibus, & multiplicatis partitis ab anno 1624. usque ad annum 1657. extractis ex libris Monasteriorum 5

riorum in Archivio repositis specificè, exceptâ unâ, loquentibus de censu ab hac Ecclesiâ eisdem Monasteriis debito, quæ quidem partiræ, cùm sint plures & adminiculatæ, singnanter ex onere injuncto Rectoribus in instrumentis Institutionum de anno 1313. & 1362. hujusmodi censum singulis annis solvendi; & recognitione magnus unius exillis, concludentem probationem efficiunt. *gloss. in cap. ad audientiam verb. censuales de præscript. Felin. in cap. 2. num. 2. de fide instrum. Bald. in l. fin. num. 9. C. si sine censu. Rota coram Achille de Graff. decis. 5. de fide instrum. Cocin. dec. 258. num. 6. & coram Merlino decis. 284. num. 40. & 41.* & indicant subjectionem & annexionem Ecclesiæ Monasteriis, sicque indulto exemptionis esse com-
7 prehensam. *cap. 2. in fine & cap. cùm olim ubi Abb. nu. 3. de censib. Paris. cons. 22. num. 2. lib. 4. Roman. cons. 127. colum. 1. Barbat. cons. 8. num. 19. & 20. Rota decis. 704. nu. 5. par. 4. & decis. 343. num. 9. par. 4. tom. 2. recent.*

Quod eò magis DD. admittendum censebant, quia ultra hujusmodi exemp-
8 tionis privilegium fuit probatum per publica instrumenta usque de anno 1292. Ecclesiam istam fuisse de Ordinarii licentia extructam, & dotatam ab Abbate & Monachis S. Laurentii de Dolfolo, quapropter magis cogebantur credere, solutiones censuum subsequentes fuisse pro dicta Ecclesia Parochiali factas ratione præcedentis tituli fundationis, & in vim illius, ad notata *in l. 2. C. de acquir. possess.* &
9 quemadmodum Monasteria sunt Regularia, ita & Ecclesia ipsis accessoriè unita, & membrum illius Regularis quoque reputatur. *cap. 1. de Capell. Monach. gloss. in cap. 1. verb. exemplo de privil. in 6. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 8. num. 30. & 31. Rota coram san. mem. Gregorio XV. decis. 370. num. 3. Pen. decis. 443. num. 2. Duran.*
10 *decis. 144. nu. 3. & in recent. decis. 153. num. 2. par. 2.* Nihil enim est, quin etiam Regulares possint habere beneficia, quæ sæcularibus conferantur in titulo pepetui beneficii. *Abb. in cap. de Monachis num. 9. ad fin. de Præb. Felin. in cap. in nostra num. 44. vers. 7. nota in fine de rescript. Lotther. de re benefic. lib. 1. quæst. 34. numer. 8. Rota decis. 578. num. 2. par. 1. recent. & in Montis Cassinen. Parochialis 7. Februarii 1648. coram bon. mem. Bichio. §. quia licet.*

Non relevat quod in Monasteriis amplius Monachi non resideant, quia non
11 inde sequitur extinctam fuisse conferendi potestatem, sed solum cessavit Regularitas actualis, non autem habitualis, quæ sufficit. *cap. cùm dilectus. de consuetud.* & in terminis respondit *Rota decis. 587. & 588. par. 4. divers. Pena decis. 443. numer. 5. & decis. 523. num. 7. par. 2 recent.*

Quibus quoque accedit longissimi temporis observantia deducta ex pluribus
12 deputationibus Rectorum per Abbatem in distis Monasteriis pro tempore factis, cum allegatione solvendi recognitionem ipsis Collatoribus, effectum sortitis per obitum, resignationem, vel permutationem Provisorum, *juxta vulgat. consil. Oldrad. 229. passim, à Rota approbatum, ut coram Card. Seraphin. decis. 337. num. 1. san. mem. Greg.*

Greg. decis. 215. *num.* 1. *& ibi Add. num.* 7. junctâ alia provisione Anni 1527. à bon. mem. Cardinali de Monte, tunc Commendatario in personam Raphaelis Dominici, *ut in summar.* 9. unde patens videbatur bonum jus Eminentissimi Moderni Commendatarii, cui reservatum fuit jus præsentandi, ut antea Abbatibus Regularibus competebat, absque alia indictione concursus requisiti ex dispositione sacri Concilii Trident. *sess.* 24. *cap.* 28. *de reform.* quia quando Parochialis Monasterio est subjecta, aut annexa, vel de mensa, ita ut cura penes illud resideat, tunc non est locus Concilii decreto, sed sufficit approbatio Episcopi post nominationem Rectoris ab Abbate factam, juxta Constitutionem S. mem. Pii V. *antiquo Bullario* 46. §. *volumus, & post text. in cap.* 1. *de Capellis Monachorum & cap. de Monachis de Præbend. tradunt. Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 5. §. 7. *num.* 13. *Garz. de benef. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 197. qui ita censuisse sactam Congregationem ejusdem Concilii referunt *Castropall. oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *disputat.* 3. §. 1. *num.* 11. & 12. *Barbos. de potest. Episc. alleg.* 58. *num.* 33. *Rota in recent. decis.* 102. *num.* 1. & *par.* 1. *decis.* 153. *num.* 1. & *decis.* 323. *num.* 6. & 8. *par.* 2. *coram Buratt. decis.* 214. *sub num.* 1. & *ibi adden. littera A. & decis.* 113. *num.* 10. *bon. mem. Merlin. dec.* 115. *num.* 1. & *num.* 2. 13

Neque refert, quod de anno 1601. Episcopus S. Severini prævia licentia S. Rituum Congregationis de Parochia in Plebaniam erexerit sæcularibus conferendam, quia præter quod tollitur eadem responsione, quod non sit prohibitum Regularibus hæreditare Collationem beneficiorum sæcularium, potuit id agere auctoritate delegatâ, & sic actus esse æquivocos, & posse referri ad alium effectum, ut in illis jus fieri non valeat, *Tambur. de jur. Abb. tom.* 1. *disput.* 15. *quæst.* 19. *num.* 26. & *seq. Rota decis.* 447. *num.* 4. *par.* 1. *recent. in nullius, seu Montis Virginis jurisdictionis.* 12. *Junii* 1656. §. *minusque obstant coram bon. mem. Dunozetto, Add. ad Buratt. decis.* 578. *numer.* 17. & 18. 14

Et cessat omnis difficultas, cùm erectio emanaverit ante litteras Urbani, ex quarum formâ pro exemptione Ecclesiæ ab Ordinarii jurisdictione, & substitutione Collationis Eminentissimi Commendatarii sat esse videtur justificari actualis census solutio, non exhibitâ illius origine, nec rigidè discusso, ad quem verè Collatio pertinebat. *ad tradita per Rot. coram bon. mem. Merlin, decis.* 139. *num.* 4. *repetito in recent. decis.* 576. *num.* 4. *par. quarta Tom.* 2. 15

Postremò non potest Episcopo suffragari ultimus status elicitus ex deputatione Concionatorum, institutionibus & provisionibus de anno 1621. & 1650. ab ipso factis, quia cùm de legitimo statu anteriori Regularitatis liquido constet, ultimus status non attenditur, nec sufficiens est ad illum mutandum in alterius præjudicium. *C. si laicus* §. *idem esse, vers. & status præsens de sentent. excomm. in* 6. *Dec. consil.* 126. *num.* 6. *Rota dec.* 2. *num.* 2. *de Præbend. in nov. & apud Merlin. dec.* 689. *num.* 9. *in recent. decis.* 188. *num.* 1. & *dec.* 229. *num.* 3. & 4. *par.* 1. *Add. ad S.* 16

ad S.M. Greg. decis. 77. num. 12. in fin. & in Lucana Cappellaniæ 1. Iulii 1650. coram bon. mem. Buchio. vers. ita ut nec relevat, & in specie quod non sit attendenda provisio Ordinariorum ad effectum mutandi statum Beneficii, ex quo ad id potestate ca-
17 rent, notatur in cap cùm de beneficio de præb. in 6. Felin. in cap. in nostra nu. 4. de rescript. Rota dec. 163 num. 4. par. 1. recent. Merlin. dec. 88. num. fin. Et multò minùs in præsenti, dum indultum Apostolicum, in quo decernitur, exemptio habet
18 clausulam *sublatam*, & decretum irritans, per quas inficitur quævis contraria observantia, & possessio. Franck. in C. cùm de beneficio num. 4. de præbend. in 6. coram Coccino, decis. 51. num. 21. & decis. 142. num. 4. par. 2. recent.

Ex quibus ut supra fuit resolutum constare de bono jure Eminentissimi Commendatarii utraque parte informante, &c.

DECISIO CXXIII.

Ecclesiam Parochialem esse exemptam à jurisdictione Ordinarii, & esse de mensa Abbatiæ per signa & argumenta demonstrari sufficit; & quæ sint illa signa.

R.P.D. PRIOLO.

Senogallien. Parochialis.

Decisio 197. par. 14. recent.

Veneris 6. Julii 1664.

SUMMARIUM.

1 *Castrum Jesuti spectat ad Monasterium, sita quoque præsumitur Ecclesia in ipso sita.*

2 *Nomina Rectoris, & Vicarii uti synonime variantur, & promiscuè ponuntur.*

3 *Unio ex enunciativis ante centum annos, & ultra sufficienter probatur.*

4 *Enunciativæ emanatæ à personis subjectis concurrentibus adminiculis & conjecturis benè probant.*

5 *Ecclesiam Parochialem esse de mensa Abba-*

Abbatiæ ex quibus instificetur.

6 *Ecclesiam Parochialem exemptam esse à jurisdictione Ordinarii, & esse de mensa Abbatiæ per signa & argumenta demonstrari sufficit.*

7 *Beneficii natura non alteratur per provisionem Apostolicam.*

8 *Ecclesia Regularis sæcularizata retinet omnia jura antea sibi competentia.*

9 *Concilium Tridentinum* sess. 7. cap. 6. & sess. 25. cap. 9. de reformatione *quid mandet; & quomodo intelligendum.*

10 *Collatio Beneficii facta per errorem non præjudicat habenti jus ad Collationē.*

11 *Unio non excluditur per visitationem Episcopi cùm fieri potuerit jure delegato ex auctoritate ejusdem Concilii concessâ Ordinarius in Ecclesiis Monasterio subjectis.*

12 *Ecclesia unita Monasterio est exempta à jurisdictione Ordinarii, & potest absq; concursu conferri per Abbatē.*

AD Ecclesiam Parochialem S. Petri Castri Leonis Eminent. D. Cardinalis Barberinus Abbas & Commendatarius Monasterii S. Laurentii in campo tanquam suæ Abbatiæ annexam & unitam nominavit & instituit D. Æmilium Amatorium; Ordinarius verò prævio concursu D. Bartholomæum Polydorum. Unde ortâ super hoc controversiâ, & causa in Rota coram me introducta dedi dubium ad quem spectaret jus conferendi, & DD. responderunt illud spectare ad Eminent. D. Cardinalem Commendatarium.

Existit enim Ecclesia præfata in Castro Leonis, quod una cum Territorio spectat ad Monasterium, nec non fuit expressè reservata ad favorem ipsius Monasterii in concessione ejusdem Castri per Abbatem factâ Rainaldo usq; de anno 1303. unde sicuti Castrum spectat ad Monasterium, ita quoque præsumitur Ecclesia. *Gloss. in cap. de Monachis verb. proventibus vers. si verò donatarius de prabend. Rota decis. 102. num. 2. par. 1. rec. & decis. 204. eod. num. par. 2. recent.* 1

Quæ præsumptio invaluit ex eo, quod Abbates pro tempore ab anno 1450. usque ad annum 1513. providerunt de dicta Parochiali absq; concursu tanquam unitâ, seu de membris Abbatiæ, ex quibus provisionibus non videtur in dubium revocanda talis unio, etiamsi provisi vocati fuerint Rectores, non Vicarii; nam ista nomina uti synonima variantur & promiscuè ponuntur. *Glos. in Clem. 1. §. nonnulli verb. Rectoribus ubi Vitalin. n. 35. de excess. Prælat. Rot. d. decis. 102. n. 1. par. 1. & d. decis. 204. n. 6. par. 2. & decis. 58. n. 4. par. 4. tom. 2. & decis. 16. n. 4. par. 6. & coram Merlino decis. 95. n. 4. & decis. 625. n. 3. & in Pampilo. Vicariæ 4. Martii prateri. §. altera verò corā R. P. D. meo Verospio.* 2

Præsertim quia in instrumentis earundem provisionum expressè dicitur, quod ad Abbatem Monasterii S. Laurentii spectat instituere & destituere, visitare, corrigere & confirmare, & insuper in instrumēto anni 1504. quod Ecclesia regi consueverat per Presbyteros sæculares ad nutū Abbatis amovibiles, quæ verba enunciant virtualiter 3

3 unionem, quam ex enunciativis hujusmodi ultra centum annos sufficienter probari tradit *Garcia de benefic. par.2.cap.2. num. 256. Rota coram Merlino decis. 95.num.1.* Quamvis illæ habuerint Originem ab eisdem Abbatibus, quia concurrentibus admi-
4 niculis & conjecturis probant, ut respondit *Rota in Perusina beneficii 10. Februarii 1648 §. ex pluribus coram bon.mem. Bichio.*

Et demum ex actibus jurisdictionalibus, quos Abbates exercuerunt in Ecclesiam, & Rectores & Clericos illius, eosdem inquirendo, excommunicando & absolvendo, nec non ex interventu Rectoris Synodo Abbatiali, cùm recognitione unius ex Rectoribus facta usque de anno 1580. quod ista Parochialis erat de membris
5 Abbatiæ ad Collationem Abbatis, aliisque deductis ab informantibus; ex quibus omnibus justificatur hanc Parochialem esse de mensa Abbatiæ, eique pleno jure sub-
6 jectam, quod etiam per signa, & argumenta demonstrari sufficit *Rota coram Seraph. decis. 1304. num. 1. vers. comprobatur & in rec. dec. 102.num.2. par.1. & decis. 204. eod.num. par.2. & coram Merlin. decis. 625. num. 2. & in nullius, seu Sancti Severini Parochialis, 12. Ianuarii 1660. coram R.P.D. meo Bevilaqua, & in d. Pamphilonen. Vicariæ 3. Martii proximi præteriti coram R.P.D. meo Verospio.*

Non obstat, quod ab anno 1513. nunquam deinceps Collatio fuerit facta ab Abbatibus, nam satis est, quod nec minus facta fuerit ab Ordinario, vel alio, præ-
7 terquàm à Sede Apostolica, per cujus provisionem non alteratur primæva natura ipsius Beneficii, jam quæsita Monasterio, & Abbatiæ in statu Regulari fuit translata in eandem Abbatiam sæcularizatam, ut expressè cautum fuit ex sæcularizatione,
8 quod est etiam conforme dispositioni juris communis, tum quia Ecclesia Regularis sæcularizata retinet omnia jura antea sibi competentia *ex not. per prob. ad Monach. in cap. cùm de benef. de Præbend. lib. 6. Abb. in cap. 2. sub nu. 9. de Cappell. Monach.*

9 Nec refert, quod Concilium Tridentinum mandet uniones ab Ordinariis revideri, ideoque vis fieri non possit in visitationibus, & Collationibus præfatis, quæ sunt ante Concilium, quia Concilium providit in unionibus factis à quadraginta annis antea, quæ præsumuntur solenniter factæ, *ut in sess. 7. cap. 6. & sess. 25. cap. 9. vers. quæ verò à 40. annis de reformat. & dixit Rota decis. 4.num.4. par.2. recent.*

Minusve refert, quod una ex Collationibus Pontificiis videlicet san. mem.
10 Clementis VIII. legatur facta prævio concursu, quia dum ex præfatis constat Parochialem esse unitam, seu de membris, & pertinentiis Monasteriis illa non nocet, nec præjudicat, & censetur facta per errorem. *Rota decis. 580. num. 14. & seqq. par. 9. recent.*

Et licet Episcopi Parochialem hanc aliquando visitaverint, hoc tamen non
11 excludit unionem, quia cùm visitationes sint post Concilium, fieri potuerunt jure delegato ex auctoritate ejusdem Concilii concessa Ordinariis in Ecclesiis subjectis Monasterio, *ut in sess. 20. cap. 8. de reform. Rota in supra citata Pampilonen. Vicariæ 3.*

ria 3. Martii proximi præteriti, §. hanc verò unionem coram R.P.D. meo Veroſtio.

Stante igitur unione præfatâ indubitatum eſt, Eccleſiam, de qua agitur, eſſe exemptam à jurisdictione Ordinarii, & jus illam conferendi, ſpectare ad Eminentiſſimum Abbatem, & Comendatarium abſque alio concurſu, ut declarat *Gonz. de reg. Cancell. gloſſ. 23. num. 21. Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 21. num. 139. Rota coram. Eminentiſſimo Otthob. deciſ. 125. num. 1. & in nullius, ſeu Sancti Severini Parochialis, 12. Ianuarii 1660. coram R.P.D. meo Bevilaqua.*

Et ita utraque parte informante, &c.

Ad Quæſt. 21. Part. 5.

DECISIO CXXIV.

Epiſcopus poteſt in qualibet Eccleſia ſuæ Diœceſis, quamvis Regulari & exemptâ celebrare divina officia.

R. P. D. PEGNA.

Mediolanen. Jurisdictionis.

Deciſio 238. par. 2. recens.

Veneris 30. Ianuarii 1609.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio debet dari ei qui poſſidet de tempore litis.*

2 *Conſuetudo habens aſſiſtentiam juris debet attendi.*

3 *Epiſcopus poteſt celebrare officia Divina etiam in Eccleſiis exemptis, & num. 4.*

5 *Teſtes plures numero & digniores aliis præferuntur.*

Intro-

1 INtroductâ liteinter Abbatem, & Monachos Monasterii Sancti Ambrosii Mediolanens. ex una, & Præpositum, & Canonicos ejusdem Ecclesiæ ex altera super dominio & pertinentiâ Ecclesiæ, & usu mitræ, & baculi dicti Ababatis, confectisque inter eos processibus primò coram Episcopo Papiensi, & deinde in Rota, ut ultimo loco, & tempore videbitur. Interim Abbate, & Monachis prætendentibus post celebratas solemnes Vesperas vigiliarum Sanctorum Ambrosii, & Gervasii & Protasii, & Missam Festi, amovendum Baldachinum, & sedem Archiepiscopalem, ubi Archiepiscopus, si volebat, celebraturus sedebat, citato Archiepiscopo, & suo legitimo Procuratore comparente, & informante dubitavi; An post celebratas Missas solemnes per Dominum Archiepiscopum in prædicta Ecclesia Sancti Ambrosii, essent Baldachinum, & sedes amovenda ad effectum, ut Abbas in eodem loco, cum Baculo, & Mitra secundas Vesperas celebrare posset. Et quoniam pro parte Archiepiscopi fuit habitus recursus ad Sanctissimum Dominum nostrum Paulum Papam V. & expositum, quod Archiepiscopus gravabatur in dubio dato ex eo, quod ipse prætendebat, se esse in possessione non amovendi Baldachinum, & sedem, de quo prius erat videndum, & Sanctissimus rescripserat, ut eum informarem, idque 27. Decembris anni 1608. feci∫sem, audit ârelatione Sanctissimus ordinavit, quod disputaretur dubium jam datum, strictè tamen quoad possessorium: quo utraque parte informante Rota censuit, sedem non esse amovendam in secundis Vesperis. Cùm enim ex Ordine Sanctissimi dubium disputaretur strictè quoad possessorium, & nedum tempore motæ litis, sed longè etiam antea tempore bonæ memoriæ Caroli Card. Borromæi, Archiepiscopus esset in possessione retinendi sedem prædictam toto die Festivitatis, usque ad occasum Solis in prædicta Ecclesia S. Ambrosii. Nam lis fuit introducta post obitum Caroli, anno videlicet 1587. coram Ordinario Papiensi, Archiepiscopus procul dubio veniebat manutenendus, §. *retinendæ instituut. de interdictis leg.* 1. *ff. utipossidetis.* Testes enim Archiepiscopi, & plures numero, & qualitate, & Ordine digniores, erant enim pro majori parte Clerici, & ideò præferendi Testibus Abbatis, qui uno tantum excepto, erant laici, *cap. in nostra, de Testibus*, de ea consuetudine testificabantur, notum verò est in hac materia Prælationum, prærogativarum, & præeminentiarum, recurrendum ad consuetudinem, eamque esse attendendam, *Rota decis.* 4. *incip. fuit dubitatum num.* 1. *in fin. vers. ego verò dicebam & num.* 2. *& 3. de electione in novis, Felinus in cap. Pastoralis, num.* 9. *vers. & tunc aut consuetudo est. de offic. delegati. Bal. in cap. cum olim, num.* 1. *& 2. de consuetud. Nat. consil.* 577. *incip. extante consuetudine num.* 3. *lib.* 3.

2 Præterea cum ista consuetudine concurrebat assistentia juris communis; Episcopi enim in sua Diœcesi habent fundatam intentionem. *Capit. omnes Basilicæ.* 16. *quæst.* 7. *Verall. decis.* 201. *incip. manuteneri debet. parte* 2. *Oldrad. consil.* 274. *incip.*

incip. in causa quæ vertitur super Diœcesano jure, num. 1. versic. & sic de jure communi, quod de jure communi procedit, etiam respectu Monasteriorum, & Regularium. Capit. Abbas. il. 2. & capit. Abbates 18. quæst. 2. & sæpè fuit resolutum in Rota, & signanter in causa Augustana exemptionis, coram Robusterio, & in causa Caesar. Augustana exemptionis, coram Orano, & nuper copiosè in causa Montis Regalis jurisdictionis, coram Domino Coccino. quod est indubitabile, nisi aliquo speciali privilegio ab ejus jurisdictione eximantur. Cap. cùm & plantare. de privileg. gloss. in d. cap. omnes Basilicæ in verb. potestate. 16. quæst. 7.

Et respectu divinorum Pontificaliter celebrandorum explorati juris est, Episcopos in quacunque Ecclesia etiam exempta suæ Diœcesis ea celebrare posse, 3
Clem. 2. de privileg. ubi Zabarell. num. 5. in fin. vers. ex hoc infertur, & §. simili num. 5. vers. quinto quero & Imola num. 4. & 10. Lapus Abbas in princip. & Bonifacius Vitalin. num. 13. versicul. nam in loco exempto. Pavinus Tract. de visitatione. parte 2. quæst. 3. n. 9. versic. poterunt enim. Paulus Fuscus. lib. de visitat. & regimine Ecclesiarum cap. 8. num. 5. Unde infertur, posse sedem Pontificalem ad divina celebranda constituere, Bonifacius dicta Clementina. 2. num. 30. vers. ratio decidendi est.

Demum accedebat ratio viva, & efficax, quia huic Archiepiscopo patebat liber 4
accessus ad celebrandas primas vesperas, & die sequenti ad cantandam Missam, eodem modo si ei libebat, accedere poterat ad secundas vesperas, unde non erat removenda sedes, & eò maximè, quia licet Abbas prætenderet Archiepiscopum non posse accedere ad secundas Vesperas, id tamen non probabat, neque debebat ptivilegium, quod prohiberetur accedere, juxta glossam præallegatam in d. cap. omnes Basilica. 16. quæst. 7.

Neque huic decisioni obstabant testes pro Monachis examinati, affirmantes, 5
tempore prædecessorum Domini Archiepiscopi viventis sedes, post Missam cantata fuerat amota. Quia fuit responsum quid præterquàm, quod non probabant contra Cardinalem non citatum, in eorum examine non erant præferendi testibus Archiepiscopi, qui & plures erant numero, & digniores, & magis conformia juri communi testificabantur, nec refragabatur simile de sede Pontificia amoveri solita, vel ab Ecclesia S. Joannis Lateranensis, vel ab Ecclesia S. Mariæ Majoris, vel ab Ecclesiis statim postquàm Papa Missam celebravit: quia dicebatur quod præterquàm, quod non satis videbatur ad propositum hujusmodi Papæ exemplum commemorare, amotio Sedis Papalis fiebat à ministris Papæ, non autem necessitate aliquâ suadente, vel alio compellente; Et adverso proponebatur exemplum de Cardinalibus in Ecclesiis suis titularibus celebrantibus, ubi per diem integrum Festivitatis, & Baldachinum, & sedes remanebant; Ex prædictis inferebatur istum statum, quem Archiepiscopus prætendebat per litem introductam de anno 1587. non fuisse attentatam, quia lis solum fuerat introducta inter Regulares, & Canonicos, & Clericos

Clericos sæculares Ecclesiæ Sancti Ambrosii, quæ non videbatur Archiepiscopum comprehendere, cætera quæ commemorabantur, vel circa dominium, vel circa exceptionem Ecclesiæ vix ad hunc articulum pertinebant, vel cùm respicerent petitorium, vel prætensionem inter Monachos, & Clericos sæculates ejusdem Ecclesiæ.

Ad Quæst. 28.

DECISIO CXXV.

Episcopus habet fundatam intentionem jurisdictionis in sua Diœcesi contra Archi-Presbyterum prætendentem habere jurisdictionem in præjudicium Episcopi.

R. P. D. COCCINO.

Baren. Jurisdictionis.

Decisio 243. par. 2. recent.

Lunæ 16. Februarii 1609.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus habet fundatam intentionem jurisdictionis in terris in sua Diœcesi existentibus.*

2 *Sententiæ verba ubi sunt ambigua, interpretantur ex libello & petitione.*

3 *Dispositio dicitur odiosa, quæ est contra dispositionem juris communis.*

4 *Sententia est stricti juris, & nihil amplius prõbat, quàm quod ex ea necessariò infertur.*

5 *Dispositio correctoria juris communis sufficit, ut aliquid operetur, & ut minus corrigat jus commune quàm fit possibile.*

7 *Episcopus de jure communi habet facultatem instituendi præsentatos in jure patronatus.*

8 *Dictio* prout hactenus consuetum est, *stat conditionaliter, quatenus sit consuetum,*

Prout

Prout *dictio conditionem importat item num.* 8.

9 *Jurisdictio Episcopi præscribitur ad favorem Archipresbyteri per immemorabilem.*

10 *Testes probantes immemorabilem præscriptionem cujus ætatis esse debeant.*

FUit per Dominos resolutum, laudum ad favorem Archipresbyteri Aquæ vivæ non esse justum, quia cùm terra Aquæ vivæ sit in Diœcesi Baren. D. Archiepiscopus de jure communi habet intentionem fundatam, quod dicta terra suæ jurisdictioni Episcopali sit subjecta, *C. cùm personæ de privil. in 6. C. omnes Basilicæ. 16. quæst. 7. Roman. consil. 180. num. 4. vers. habet enim Episcopus. Feder. de sen. conf. 145. num. 6. ante finem. vers. unde si aliquis*, & propterea sequitur, quod allegans jurisdictionem ad se spectare, tenetur hoc concludenter probare, cùm sit fundamentum intentionis suæ, *juxta not. per Innoc. in C. super his num. 10. vers. ad argumentum contra de accusat. & per Bart. in L. in illa num. 5. ff. de verborum obligat.* quod non probat Archipresbyter. 1

Primò enim nullibi apparet, prout illi conceditur in Laudo, quod in terra Aquæ vivæ, ejusque Territorio liceat sibi exercere jurisdictionem in causis civilibus, & criminalibus, & mixtis, & forum Ecclesiasticum spectantem, nam declaratoria Archiepiscopi Andreæ, lata de anno 1227. hoc sibi non concedit, nec minus sententia Episcopi Vigilien. lata de anno 1452. quia licet utraque sententia dicat, quod possit ferre sententias de quæstionibus coram ipso motis, tamen si attendatur prima sententia ex præcedentibus, & subsequentibus verbis, apparet, quod semper loquitur de Clericis Ecclesiæ S. Eustachii Terræ Aquævivæ, & eodem modo sequitur sententia Vigilien. nam in commissione, quæ inseruit loco libelli, dicitur, quod cognitio earum inter Clericos Ecclesiæ S. Eustachii spectat ad Archiepiscopum, ex quo sequitur, quod cùm in sententia dicatur, quod Archipresbyter de motis quæstionibus coram ipso sententiam possit ferre, intelligenda sit de motis quæstionibus inter Clericos Ecclesiæ S. Eustachii, ubi enim verba sententiæ ambigua sunt, debent interpretari ex libello, & petitione, cui conformis esse debet, *L. ut fundus, ff. commun. divid. & not. in C. licet Heli de simon. Bald. lege 1. n. 6. C. si plur. un. sent.* 2

Unde sequitur injustitia Laudi, quod dat facultatem Archipresbytero, ut possit cognoscere causas civiles & criminales, etiam mixtas ad forum Ecclesiasticum spectantes quia in hoc excedit, tum quia multæ sunt causæ, quæ de jure etiam inter Laicos spectant ad forum Ecclesiasticum, ut notatur *in C. fin. de except. in 6. & in C. licet. de jurejur. eod. lib. & in aliis juribus, quæ hic esset longum recensere*, de quibus nulla habetur mentio in dictis sententiis, tum etiam, quia datur hujusmodi facultas cognoscedi, non solum quoad Clericos S. Eustachii, sed generaliter quoad omnes in terra, & Territorio Aquævivæ, & tamen pariter in aliis sententiis nulla habetur mentio dicti Territorii, sed solum quoad Clericos S. Eustachii, & cùm materia sit odiosa, nempe contrta 3

dispositionem juris communis, ut in specie *in C. ult. de officio Archipresbyteri*, propterea dictum Territorium non comprehenditur sub dispositione Ecclesiæ S. Eustachii, Terræ Aquævivæ, ut benè *per Oldr. in cons.* 121. *n.* 8. *vers.* 3. *sicut se habet.*

4 Maximè cùm dispositio sit in sententia, quæ est stricti juris, ita ut nihil amplius probet, quàm quod ex ea necessariò inferatur. *Alex. consil.* 84. *n.* 3. *lib.* 3. *Anch. cons.* 437. *in fin. Ioan. de Anan. consil.* 18. *in princ. Achil. decis.* 25. *n.* 3. *de rest. spol.* in tantum, quod omissum habeatur pro omisso, ad effectum, ut remaneat in dispositione juris communis *Anchar. d. cons.* 437 *in fin.* qui expressè sequitur in sententia tribuente jurisdictionem. *Dec. cons.* 445. *num.* 67.

Tum denique, quia dictum Laudum concedit etiam jurisdictionem criminalem Archipresbytero contra dispositionem Sacrosancti Concilii Trident. *sess.* 24. *cap.* 5 20. *de reformatione in* §. *ad hoc*, circa quam jurisdictionem, sententiæ non tribuunt aliquid Archipresbytero, quia verba illa sententiarum, quod Archipresbyter possit cognoscere de motis quæstionibus coram ipso, in hac materia odiosa, debent intelligi de causis civilibus, quando enim dispositio est correctoria juris communis, sufficit quod aliquid operetur, & est interpretanda, ut minùs quàm fieri possit, corrigat jus commune, *cap. cùm dilectus de consuetud. leg.* 2. *C. de noxal. Roman. cons.* 199. *nu.* 6. *Paris. cons.* 120. *n.* 6. *lib.* 3. maximè cùm in dubio fiat interpretatio contra illum, qui se in sententia fundat, *Alex. in cons.* 81. *num.* 5. *lib.* 3. *Dec. cons.* 321. *num.* 4.

6 Laudum quoque remanet injustum, dum dat faultatem conferendi beneficia in terra Aquævivæ, ejusque Territorio, quia sententiæ sunt ad beneficia Ecclesiæ S. Eustachii, & nullum verbum in eis de Territorio, & ex isto capite Laudum remanet etiam injust um, quo ad alia omnia in eo contenta, quia in sententiis antiquis nulla habetur mentio Territorii, neque ad aliud potest extendi per supradicta, & in specie remanet etiam injustum, dum dat facultatem Archipresbytero instituendi præsentatos à Patronis, & casus sibi benevisos resolvendi, & monitiones de contrahendis matrimoniis abbreviandi, ac omnia alia, & quæcunque ad jurisdictionem ordinariam spectantia & pertinentia exercendi.

7 Nam quoad facultatem instituendi præsentatos, nihil de hoc habetur in dictis sententiis, & de jure communi institutio spectat ad Episcopum. *C. cùm ex injuncto. in fine de hæret. C. nobis de jure Patron. Abb. consil.* 206. *n.* 3. *lib* 2. prout etiam ad Episcopum spectat in sua Diœcesi casus reservare, ut post Constitutiones antiquas, adest Constitutio Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 7. *de cas. reser.* & eatiam eorundem prudentiæ, & judicio committitur, an expediat monitiones remittere, ut habetur in eodem Concilio *sess.* 24. *cap.* 1. *de reformat. matrim.*

Et tandem injustitia Laudi apparet, dum in eo dicitur, quod Archipresbyter omnia alia, & quæcunque ad jurisdictionem ordinariam spectantia & pertinentia exercere possit, præterquam monitiones sub pœna excommunicationis ad finem revelationis

lationis de rebus deperditis concedere, nam nullibi constat, Archipresbyterum habere hanc jurisdictionem, & licet in sententia Vigilien. dicatur, post dicta enumerata, *& alia jurisdictionalia exercere prout hactenus in terra Aquævivæ*, tamen omisso, quod sententia non loquatur de Territorio, ut sæpè dictum est, dictio illa, *prout hactenus* 8
consuetum exstitit, stat conditionaliter, scilicet quatenus sit consuetum, & non cautivè, scilicet, quia consuetum, ex quo refertur ad alia jurisdictionalia incerta, & sic nonaliud certum, ut declarat *Bolognet. in L. edita, qui expresiè loquitur in sententia num.* 141. *C. de eden.* ubi dicit, ita intelligendam esse communem sententiam. *Bar. in extravag. ad reprimendum in verbo prout num.* 2. & exstructura verborum apparet, quod dictio, *prout*, refertur ad verbum impersonale exercere, & non ad verbum personale concedimus, vel declaramus, & propterea debet accipi conditionaliter, ut distinguit *text. in cap. Abbate, Sancti Sylvani de verb. significat.* Quia cùm adjungitur verbo impersonali infinitivo, quod non habet certum numerum & personam, infinitivè intelligitur, quod cùm sit incertum, non potest significare rem certam, & ideò necesse est intelligere illam dictionem conditionaliter. *Ioan. Andr. in d. cap. Abbatenn.* 6. *Hostien. num.* 13. *Card. ibidem in* §. *contra quod num.* 2.

Nec Laudum potest justificari ex depositionibus testium, quia Archipresbyter 9
seclusis sententiis deberet probare, aut immemorabilem, aut quadragenariam cum titulo, *ut not. in cap. cùm persona de privil. in* 6. & regulare est in omni præscriptione contra jus *C.* 1. *de præscript. in* 6. *ubi notant Doctores*: Hic autem quidquid dicendum sit circa testium dicta Examinatorum coram Auditore Cameræ, non possunt probare intentum Archipresbyteri, cùm alter sit annorum 26. alter verò annorum 28. testes verò examinati in Rota, ultra quod sunt examinati sede Archiepiscopali vacante, nemine citato, & fuerunt positi ad partes, nec intentum Archipresbyteri possunt probare, cùm fuerint examinati de anno 1592, & lis fuerit mota de anno 1590. & de tempore examinis unus erat ætatis 35. annorum, & licet alter esset ætatis 60. annorum, tamen nec immemorabilem probat, neque quadragenariam, cùm sit unicus, & ejus dictum elidatur ex multis processibus factis per Dominos Archiepiscopos pro tempore.

Testes verò examinati coram arbitris, alter est ætatis 45. annorum, alter verò 10
50. & fuerunt examinati de anno 1600. & sic quidquid deponant certum est, quod ex defectu ætatis, neque immemorabilem, neque quadragenariam probare possunt maximè cùm sit dementum tempus litis. *Bart. in L. Celsus. num.* 26. *& seqq. ff. de usucap.*

* * *
* *

DECISIO CXXVI.

De Jurisdictione Episcopi in cognitione causarum criminalium & matrimonialium infra limites suæ Diœcesis, quando illi obstet immemorabilis, quadragenaria seu privilegium.

R. P. D. COCCINO.

Theatina Jurisdictionis de Attissa.

Decisio 619. par. 2. recent.

Veneris 5. Decembris 1614.

SUMMARIUM.

1 *Causa matrimoniales & criminales Episcopi tantum examini relinquuntur.*
2 *Episcopus manutenendus est in possessione cognitionis causarum criminalium & matrimonialium, donec de contraria immemorabili discutiatur.*
3 *Privilegium & possessio quadragenaria cognoscendi causas criminales & matrimoniales quando præjudicet Episcopo, & num. 4.*

1 SAcrum Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 20. in §. ad hæc de reformatione* disponit, quod causæ matrimoniales, & criminales non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum judicio, sed Episcopi tantum examini, & jurisdictioni relinquantur, & cùm Congregatio Illustrissimorum Interpretum aliàs censuerit, quod Concilium non tollit immemorabilem, dubitari contingit in hac causa. 17. Decembris 1612. an idem esset dicendum de quadragenaria cum titulo sive privilegio, quare Rota censuit hunc articulum, tanquam proprium discutiendum in dicta sacra Congregatione, quæ censuit per Concilium esse sublatam quadragenariam cum titulo seu privilegio.

2 Unde stante hac resolutione dubitavi, an Reverendiss. Domino Archiepiscopo quoad causas hujusmodi esset danda manutentio, & Rota censuit affirmativè respondendum, & sic recessit ab alia decisione facta sub die 12. Decembris 1612

Nam

Nam cùm locus Attissæ sit intra fines Diœcesi. Theatinæ, ut fuit in hac causa firmatum, R. D. Archiepiscopus habet intentionem fundatam, nedum in jure communi, *ut in cap. omnes Basilicæ. 16. quæst. 7.* sed etiam ex dispositione Concil. Trident. *loco citato*, quare si non potest denegari manutentio, ut in eodem *cap. cùm personæ de privileg. in 6.* & in terminis Congregatio Illustrissimorum Interpretum, dum voluit, quod donec cognoscitur super immemorabili per tres conformes, Episcopus manuteneatur, quia pro eo stat ratio, mens, & verba Concili, cujus decretum secuta fuit *Rota in causa Marsicana jurisdictionis. 16. Maji 1607. coram R.P.D. Manzanedo, & aliis sæpiùs, & præsertim in alia Theatina coram me.*

Neque relevat, quod Reverendissimus D. Archiepiscopus nitatur solâ assistentiâ juris communis, inferior autem ostendat privilegium, & possessionem quadragenariam, in qua est manutenendus, *ut in dicto C. cùm persona, ubi Anchar. in secundo notab.* quod est fundamentum alterius decis. quia objectum procederet in privilegio, & in possessione, quæ non inficeretur per decretum irritans propositum in Concilio, quod cùm sit insertum in corpore juris, inficit titulum, & possessionem, *But. decis. 180. num. 4. lib. 3. Sarnen. in reg. de trien. quæst. 31. vers. & est advertendum, & dixit Rota in causa Salamantina fructuum 9. Martii 1587. coram. bon. mem Gipsio.* 3

Quantum attinet ad causas civiles, placuit DD. quod informaretur super præscriptione, & privilegio &c. 4

Ad part. 5. Quæst. 33. junctâ quæst. 50. *Additio.*

OBserva, non esse necessariam probationem, dum in genere quæritur, num locus sit in aliqua Diœcesi, id enim de jure præsumitur, *Felin. in cap. grave num. 6. vers. imò debetur. de offic. jud. Rota decis. 552. num. 3. par. 4. tom. 3. recent.* Similiter neque ullis opus est argumentis ad probandam existentiam in Diœcesi contra illum, qui simplicem exemptionem prætendit, eo ipso enim fatetur locum in Diœcesi existere, *ut in decis. 491. numero 1. par. 1. & decis. 330. num. 5. par. 15. recent.* Unde restat, ut necessitas illa probandi restringatur vel ad casum, quo agitur contra Episcopum super exemptione totali & plenariâ, vel ad alium, quo unus Episcopus contra alterum agit super loco quomodolibet controverso: priori tamen casu adhuc præsumptio juris est pro Episcopo viciniori. *Natta cons. 677. 22. numero 17. Fagnan. in cap. nullus, num. 23. & 24. de Paroch. Rota in Adrien. jurisd. 22. Junii 1622. coram Pirovano, & in d. decis. 552. num. 4. par. 4. tom. 3. recent.*

recent. vicinior autem præsumitur ille, contra quem causa committitur, quoties non concurrit alius Episcopus. *decis. 396. num. 2. part. 1. recent.*

De probanda autem tam situatione, quàm subjectione Ecclesiæ vel loci ultra decisiones à D. Auctore hic allegatas. *vide decis. 552. par. 4. tom. 3. decis. 41. par. 5. & decis. 181. par. 12. recent.*

DECISIO CXXVII.

Quomodo probetur Ecclesiam esse sitam in Territorio potius unius diœcesis, quàm alterius, & quando probent verba enunciativa.

R.P.D. COCCINO.

Theatina Jurisdictionis.

Veneris 4. Maji 1612.

Decisio 405. par. 1. recent.

SUMMARIUM.

1 *Abbatia sita intra fines alicujus Diœcesis, dicitur esse in Diœcesi.*
2 *Assertioni Papæ de facto secum gesto planè credendum est.*
3 *Enunciativæ ad suggestionem partis probant junctis adminiculis.*
4 *Enunciativæ emanatæ à personis informatis probant quando sunt plures.*
5 *Enunciativæ non probant, ubi principaliter quæritur de enunciato.*
6 *Locus non dismembratus remanet in Diœcesi antiqua.*
7 *Libri Cameræ Apostolicæ probant existentiam loci in aliqua Diœcesi.*
8 *In probandis limitibus sufficiunt leviores probationes. & num. 9.*

1 DUbitavi an Abbatia S. Joannis in Venere sit in Diœcesi Theatina, circumscripto pro nunc effectu, & Domini affirmativè responderunt: Quia inter

ter alia ad hoc probandum afferuntur tres assertiones Summorum Pontificum, Nicolai II. anno 1509. Alexandri III. de anno 1173. & Innocentii III. de anno 1208. dum suscipiunt sub sua & B. Petri protectione hunc Episcopatum Theatinum, subjungendo: *Hæc propriis duximus exprimenda vocabulis &c.* & sequentia verba sunt ista: *A Stasilo intra montes, & ipso Monte de Ursa, & quomodo pergit in Coza, & ponit terminum in aqua, subtus tertiam usque ad aquam Sorculam, & quomodo pergit usque in montem de Tepe, & vadit per Crinis montem, & quomodo pergit usque ad montem Clani, & quomodo pergit ab ipso fluvio de Trinio usque in littora maris, & juxta mare usque in piscariam, & redit in priorem finem, qui est in ipso Stasilo.*

Cùm igitur Abbatia S. Joannis in Venere sit intra dd. fines, ut patet ex utraque mappâ datâ, & ex mappis impressis, sequitur quod etiam sit sita intra limites Diœcesis Theatinæ juxta *consil. Decii 146. num. 15. vers. ult. non obstat. Paris. cons. 22. num. 13. lib. 1. Aym. cons. 54. num. 9. vers. facit etiam.* qui expressè dicunt locum esse illius Diœcesis, à qua circumdatur. Statur enim assertioni Papæ de facto proprio, vel secum gesto. *Clem. unic. & ibi Imol. num. 9. de probat. Bart. in L. ambitiosa num. 28. ff. de decret. ab Ord. facien. Socin. sen. cons. 87. num. 19. lib. 3. Crescen. dec. 2. num. 2. de renun. Caputaq. decis. 286. par. 2. Mohedan. dec. 4. numero 4. de restit. spoliat.*

Neque est verum, quod istæ non sint assertiones Pontificum, sed enunciativæ, 2
quæ emanârunt ad suggestionem Episcoporum, & ideò non probant, quia à personis suspectis. *Aretin. in cap. cùm causam. il. 3. num. 21. vers. sed tamen adverte. de probat.* Nam etsi verum est, quod ad suggestionem partis recipiant sub sua & B. Petri protectione Episcopatum Theatinum cum suis pertinentiis, tamen omisso, quia dum Pontifices specificant Bona per illa verba: *scilicet &c.* & per illa *hæc propriis duximus exprimenda vocabulis &c.* Dicuntur quodammodo non ad supplicationem partis, sed assertivè, vel dispositivè dicere, quæ sint ista bona, maximè ponderando verbum, *Duximus*, quod ex sui natura videtur importare, quod Papa adhibuerit cognitionem circa loca, & fines Diœcesis, ut in puncto fuit per Dominos resolutum *in causa Spoletana Bonorum, 13. Iunii 1608. coram R. P. D. meo Marcomontio, & prius in eadem 6. Martii 1592. coram R. P. D. meo Decano.* & quamvis simpliciter loquendo deducta patiantur maximam difficultatem per ea, quæ notat *Innocent. in cap. dudum num. 3. in fine de privileg. & in cap. inter dilectos. num. 6. circa finem de judiciis.* Jure attamen in hoc casu videbatur cessare omnis difficultas, cùm enunciativæ emanaverint motu proprio, ut constat ex aliis. *Cap. si Papa de privileg. in 6.* quem text. ita ex communi sententia Doctorum declarant *Curt. sen. in cons. 20. num. 12. Romanus cons. 180. num. 3. vers. secundo quia.*

Sed quatenus prædictæ essent enunciativæ Episcoporum, in deducto enim 3
motivo Domini non faciebant vim, adhuc nihilominus probarent, quia habent omnia

omnia alia requisita, de quibus per *Aret. in d. cap. cùm causam loco allegato*, suspicio autem, quod emanaverint ab Episcopis, tollitur, cùm adsint nedum adminicula, quæ sufficiunt, sed aliæ liquidissimæ probationes. *Achil. decis. 1. de confess. & 7. in fin. de jure Patron. Put. dec. 149. lib. 3. Eugen. cons. 44. num. 65. & fuit resolutum coram me in causa Feltren. Prabendæ. 6. Junii* 1605. concurrit enim actus, in quo fuit facta enunciatio, quod consideratunt Domini *in causa Pientina juris Patronatus coram me.* Concurrit qualitas personarum, nempe Episcoporum, in qua in fortioribus terminis maximum facit fundamentum *Crot. in consil. 332. num. 10. & seqq. vol. 3. quod Rota sequuta fuit in causa Conchen. limitum. coram R.P.D. meo Sacrato*, & concurrunt etiam alia infra dicenda.

4 Secundo hoc etiam probatur ex aliis compluribus enunciativis diversorum Summorum Pontificum, videlicet Benedicti, Bonifaci, Eugenii IV. Nicolai V. & Julii II. & aliorum Principum, & ex aliis pluribus emanatis abipsis Abbatibus, in quibus enunciatur Abbatia S. Joan. in Venere in Diœcesi Theatina, quæ multum faciunt, cùm emanaverint à personis informatis. *Ruin. consil. 141. num. 10. lib. 5. Ceph. cons. 192. num. 38.* & dictæ enunciativæ habent omnia requisita, de quibus per *Aretinum loco citato.* concurrit quoque privilegium Innocentii III. concessum Abbati & Monachis S. Joannis in Venere, in quo loca hujus Abbatiæ collocantur in comitatu Theatino.

5 Neque obstat, quod enunciativæ non probant, quando principaliter quæritur super ipso enunciato. *Put. dec. 381. numero 3. lib. 3. Alex. cons. 136. num. 11. lib. 1. Dec. consil. 348. in fine*, quia fuit responsum, quod conclusio est vera, sed non applicatur. Procedit enim quando duo, vel plures extraxerunt, ut aliquid incidenter, & propter aliud enunciarunt, tunc si quæratur de validitate, vel invaliditate contractus, enunciativæ emissæ propter aliud, & incidenter, non probant, dum principaliter quæritur super ipso enunciato, ita loquuntur Doctores præcitati, & declarat *Butrius in cap. illud num. 3. vers. nota 4. de præsumpt. & optimè Aym. in consil. 29. num. 3.* quod manifestissimè ostenditur. Nam ex eo enunciativæ probant in antiquis, quia habent vim famæ, quæ in antiquis probat, *ut per Aret. in d. cap. cùm causam. Jas. in L. cùm aliquis. num. 7. C. de jure delibet. Alex. cons. 75. num. 3. lib. 4. Cassad. dec. 3. num. 3. de procur. Put. dec. 209. lib. 2.*

6 Tertio fundatur intentio Reverendiss. Archiepiscopi Theatini, quia hodie à parte montis habet Diœcesim, prout describitur in dictis privilegiis Nicolai, Alexandri, & Innocentii, à parte Matis habet alia loca. Et in dismembratione facta de Oppido Lancianen. per Leonem X. & erectione in Cathedralem, & postmodum in Metropolim per Pium IV. & pariter in dismembratione Oppidi Ortonæ Maris per Pium V. & in erectione in Cathedralem, quæ sunt à parte Matis, vocantur illa loca Diœcesis Theatinæ, & propterea cùm non appareat Abbatiam Sancti Jo.

in

in Venere fuisse assignatam dictis Ecclesiis erectis, imò ex testibus appareat de contrario, sequitur quod remaneat intra limites Diœcesis Theatinæ.

Quartò coadjuvatur prædicta intentio Reverendiss. D. Archiepiscopi, quia in libris 7
Cameræ, & sacri Collegii annotatur Abbatia S. Joannis in Venere intra Monasteria existentia intra limites Diœcesis Theatinæ, qui libri, cùm sint antiqui, satis probant. *Ioan. Andr. in cap. cùm causam, num.* 10. *Butrius num.* 10. *Abb. ante num.* 1. *de probat.* quod fundamentum est hodie attendendum, cùm agatur ad probandum, an hoc Monasterium sit intra fines circumscripto effectu, non autem, an sit exemptum, vel nullius.

Et prædicta licet contineant liquidissimas probationes, tamen eò magis visa 8
fuerunt Dominis procedere, quia cùm agatur de probandis limitibus, sufficiunt leviores probationes, Indicia, & conjecturæ. *Capitul. cùm causam, il.* 3. *ubi Felin. nu.* 14. *de probat. & ibidem Dec. num.* 3. *consil.* 42. *num.* 10. *Guid. Pap. decis.* 193. *& fuit in propriis terminis resolutum coram bon. mem. Iusto in causa Fanen. iurisdictionis* 18. *Maji* 1609. *& aliàs sæpiùs.*

Non obstant alia, quæ latè fuerunt adducta, quia tendunt ad probandam exem- 9
ptionem Abbatis, vel quod sit nullius, de quibus suo loco videbitur. Nam cùm Dionysius Papa divisetit Territoria Ecclesiarum. *Cap. primo.* 13. *quæst.* 1. *cap. Pastoralis de his, quæ fiunt à Prælat. Ioan. Andr. Abb. & alii, in rubrica de Paroch. Bertrand. consil.* 350. *Volum.* 2. *part.* 1. Necesse est, quod Abbatia sit intra limites Diœcesis Theatinæ, & propterea circumscripto effectu satis fuit hodie firmare, quo d d. Abbatia S. Joan, in Venere sit intra limites prædictos Diœcesis. Theatinæ, &c.

DECISIO CXXVIII.

Ejusdem Argumenti cum præcedenti.

R. P. D. COCCINO.

Theatina Jurisdictionis.

Decisio 432. par. 1. recent.

Mercurii 4. Julii 1612.

SUMMARIUM.

1 *Enunciativa Papæ antiqua probat, Ecclesiam esse in uno Territorio potiùs quam in alio, num. 2.*

3 *Ecclesia dicitur esse in illo Territorio, in quo solvuntur census ejusdem Ecclesiæ.*

4 *Enunciativæ recentes, & novæ non probant.*

1 EX deductis in alia Theatina Jurisdictionis S. Joan. in Venere coram me sub die 4. Maji præsentis anni Domini resolverunt præposituralem Ecclesiam Sancti Leucii loci de Attissa esse intra fines Theatinæ Diœcesis. Nam ultra ibi ponderata, quoad Bullas Nicolai II. Alexandri III. Innocentii III. Roman. Pontif. quæ Theatinæ limites propriis ducunt exprimendos vocabulis, intra quos locum Atissæ esse non ambigitur, considerarunt Domini easdem Bullas, Ecclesiam de qua agitur inter Ecclesias Theatino Episcopatui subjectas connumerare. Concurrit insuper Bulla Paschalis II. sub dat Beneven. Kal. Augusti Anno Domini 1115. in qua ex mera, & propria narrativa, & ex scripto Urbani II. idem Pontifex Ecclesiam S. Leucii de Attissa Episcopatui Theatino subjectam narrat.

2 Et prædicta validissimum recipiunt adminiculum ex enunciativa Nicolai V. de anno 1447 ex quo est antiqua, & emanavit ab habente auctoritatem disponendi super enunciato, juxta doctrinam *Aretini in cap. cùm causam il. 3. num. 16. de probat. & allegata in supradicta Theatina Sancti Ioan. in Venere.*

3 Concurrunt etiam census, & Procurationis solutio, de quibus constat ex Inventario antiquissimo redituum, & Jurium Ecclesiæ Theatinæ facto in pergameno usque de anno 1393. cum quo concordant testes examinati in visitatione hujusmodi loci, factâ Anno 1591. qui dantur in sumario, unde negari non potest, quin probetur talis situatio, *Capitulo 2. de censibus*, & fuit consideratum *in Iarusina Jurisdictionis coram Litta.*

Litta. 17. Februarii 1598. & in Sabinen. seu Reatin. Abbatiæ coram Orano 4. Decembris 1592. Concurrit etiam sententia antiquissima ex adverso producta, quæ multum facit, licet fortè non probaret concludenter.

Non obstant enunciativæ Pii IV. & Pii V. pro parte Attissanorum in actis datæ, quia non probant, cùm sint recentes, & novæ, *Leg. non nudis, & L. non Epistolis. Cod. de probation. Leg. ex his verbis Cod. de testamen. Milit. Rot. decisione. 31. de probat. in antiq. & in eadem Tarvisina jurisdictionis coram Litta.* & ita Domini firmarunt, alterâ tantum parte informante, &c. 4

DECISIO CXXIX.

Episcopus habet jurisdictionem in tota sua Diœcesi, tam de jure communi, quàm vigore Concilii Tridentini; & qui sint actus, ex quibus probatur, quod Episcopus habuerit jurisdictionem de aliqua Ecclesia.

R.P.D. PIROVANO.

Nucerina Jurisdictionis.

Decisio 41. par. 5. recent.

Lunæ 1. Martii 1627.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus habet jurisdictionem in tota sua Diœcesi, tam de jure communi, quàm vigore Concilii Trident. nu. 2.*

2 *Actus per quos benè probatur, quod Episcopus habuerit jurisdictionem in aliqua Ecclesia, & num. 4. & 5.*

6 *Probatio concludens requiritur ad tollendum fundamentum intentionis alicujus consistens in dispositione juris communis, & possessione comprobatum.*

7 *Cum parte dismembrata transeunt omnia jura illius partis.*

8 *Beneficiorum Collationes non probant, quod quis in ea Ecclesia habeat jurisdictionem ordinariam num. 15.*

9 *Unio Ecclesiæ unius Diœcesis ad Ecclesiam alterius, non privat Ordi-*

narium suâ iurisdictione.

10 *Actus jurisdictionis facti lite pendente, non suffragantur, & num.12.*

11 *Visitationes alicujus Ecclesiæ, an suffragentur, ad acquirendam jurisdictionem ordinariam illius Ecclesiæ, num.13.*

14 *Ad Papam spectat cognoscere, an alienatio rerum Ecclesiæ sit valida.*

16 *Delinquentes quibus casibus possint Capi, & puniri in aliena Diœcesi & Territorio.*

17 *Testibus deponentibus prò assistentia juris, & secundum jus Commune in concursu magis standum est.*

18 *Iniustitia rei judicatæ sufficit pro obtinenda restitutione in integrum.*

ARchiepiscopo Salernitano prætendente Ecclesiam S. Mariæ Majoris Civitatis Nuceriæ esse de Diœcesi Salernitanâ, & ordinariâ jurisdictione Archiepiscoporum, movit litem contra Episcopum Nucerinum usque de anno 1592. & causâ postmodum commissâ cum clausula *appellatione remota*, sententiam favorabilem reportavit de Anno 1619. reclamante autem Episcopo Nucerino sanctæ mem. Paulus V. causam nullitatis, notoriæ injustitiæ, & restitutionis in integrum, prout de jure, & cum clausula, *parito judicato*, commisit bon. mem. Card. Filonardo, in cujus locum suffragatus fuit Eminentissimus Card. Perettus, cui S.D.N. rescripsit, ut in causa procederet de voto Rotæ. Pro cujus voti traditione primò quæsitum fuit. An Ecclesia S. Mariæ Majoris sit intra fines Diœcesis Nucerinæ Paganorum, & die 2. Decembris præteriti affirmativè fuit resolutum. Hodie verò posito dubio principali. An constet de causis restitutionis in integrum; responsum fuit constare, cujus dubii effectus, eò tendit, ut præcedens sententia infirmetur.

Fundat enim Episcopus Nucerinus intentionem suam, quia Ecclesia, de qua agitur, probatur ex jam resolutis, esse in Diœcesi, quin & ipsamet Civitate Nucerinâ,
1 unde consequitur tam juris communis dispositione attentâ, jurisdictionem ad eundem Ordinarium spectare. *Cap. cùm Venerabilis, cap. cùm dilectus de Relig. domib. cap. auditis de præscript. cap. omnes Basilicæ. 16. qu. 7. cap. conquerente de offic. Ordin. ca. cùm Episcopus eod. tit. de offic. Ordin. in 6. Caputaq. decis. 179. num. 7. Verall. decis. 306. par. 1. & decis. 207. par. 2.* quam etiam vigore decretorum Tridentini. *sess. 6. cap. 5. & sess. 14. cap. 2. & 3. & 8. de reform.* quæ in his terminis Rota sequuta est in Theatina ju-
2 risdictionis *quæ est 501. par. 2. recent.*

Et hæc ipsa juris assistentia, neque nuda, aut simplex, & informis, & in potentia tantum deducitur, sed vestita & comprobata ab exercitio, & quasi possessioe actuum jurisdictionalium, qui differentes sunt & relevantes ad eandem probandam, dantur enim testes quatuordecim pro parte ejusdem Episcopi *summario ejus num.* 4. concludentes per. 40. Annos ab eorum recordatu, & in antea à Majoribus eorum audivisse, & de publica voce, & fama vidisse, & respectivè audivisse Ordina-

dinarios Nucerinos matrimonia celebrasse, dimissorias pro Ordinibus suscipiendis concessisse, hæreditates ab intestato decedentium ad pias causas destinasse, Ecclesiam de qua agitur visitasse, & Beneficiatos ejusdem monitos, etiam sub pœnis, Processionibus indictis per Episcopos interfuisse, quæ omnia citra jus & nomen Superioritatis, jurisdictionis & imperii fieri non potuerunt, prout de concessione dimissorialium & visitatione sunt aperta decreta Tridentini *sess. 23. de reformat. C. 3. & sess. 24. de reformat. cap. 4. de præstatione obedientiæ*, idem firmat *Felin. in cap. 1. num. 1. de Major. & obed. Afflict. decis. 265. num. 10. & 301. numero 5.* & de celebrandis matrimoniis idem Tridentinum *sess. 24. cap. 1. de reformat.* ibi, *qui aliter quàm præsente Parocho, vel alio de ipsius Parochi, vel Ordinarii licentiâ, &c.* Quæ circumscriptâ jurisdictione in concedente dari non potest, *Rota in Ulixbonens. matrimonii coram me, 19. Novembris 1625. & in Toletana matrimonii coram Domino meo Merlino 15. Decembris eiusdem anni*, & quo ad alios actus latissimè comprobat *Manoch. de retin. possess. rem. 3. num. 570. cum seqq.* 3 4 5

Neque obstant deducta per Archiepiscopum, dum hæc causa in prima instantia agitaretur, & cum quibus sententiam favorabilem reportavit, nempe privilegia Summorum Pontificum. Ex quibus desumuntur enunciativæ antiquæ, Collationes Beneficiorum existentium in hac eadem Ecclesia controversa, visitationes Archiepiscoporum Salernitanorum, deputationes Vicariorum, consensus præstiti alienationi bonorum Ecclesiasticorum, ac demum testes examinati ad ejusdem Archiepiscopi instantiam super actibus jurisdictionalibus respectu d. Ecclesiæ.

Quia privilegia Summorum Pontificum, quæ sunt Alexandri III. Innocentii III. Alexandri IV. Gregorii IX. & Urbani V. qui ultimus regnavit de anno 1369. enunciant quidem Subjectionem Ecclesiæ S. Mariæ de Nuceria: Verum, an ante, vel post erectionem Civitatis Nuceriæ in Cathedralem, privilegia non distinguunt, nam illud Alexandri IV. Innocentii III. Gregorii IX. & Urbani V. dicitur, enunciando semper Abbatiam Sancti Prisci sub nomine proprio, non autem tanquam Episcopalis Nuceriæ. Quare cùm simul esse possit, quod ante erectionem utraque Ecclesia tam Abbatia Sancti Prisci, quàm Ecclesia S. Mariæ Majoris essent de jurisdictione Archiepiscopi Salernitani, & in erectione Abbatiæ Sancti Prisci in Cathedralem, prout nunc cum suis limitibus distincta, tanquam non excepta comprehendatur inter fines ejusdem, meritò non probata per Archiepiscopum erectione de certo tempore, ut inde inferri possit ad relevantiam enunciativæ, aut non probatâ exceptione istius Ecclesiæ semper remanet possibilis, sed non necessaria probatio, quæ non sufficit ad tollendum fundamentum intentionis Episcopi consistens in juris communis dispositione & possessione compobatum. *Cap. in præsentia, de prob. Iaf. in L. non hoc numero quinto, C. unde legit Castr. in L. penult. §. docere, numero quarto, ff. ne* 6

ff. ne quis eum, qui in jus voc. Rota in Cæsaraugustana, Parochialis. 8. Novembris 1594. & in Lucana Baronum 17. Maji 1600. coram bon. mem. Card. Pamphilio, & regulariter cum parte dismembrata transeunt omnia jura quæ ex limitibus
7 separatis ab ipsa matrice separantur, sicut dicitur de decimis *cap. cùm contingat, C. cùm in tua de decim. cap. quoniam eodem titulo. Rota decisione 168. numero primo, parte prima recent.* ita ut non sufficiat probare ante dismembrationem fuisse de juribus Ecclesiæ antiquæ, nisi concludenter hoc probetur, cùm agatur de rollendo jure quæsito Ecclesiæ erectæ & dismembratæ.

8 Collationes verò de beneficiis istius Ecclesiæ similiter non obstant ad sustinendam jurisdictionem ordinariam. Nam si illa deducatur ex jure conferendi Capellanias, & ipsam Ecclesiam curatam, non infertur ad jurisdictionem in populum. *Rota decisione tertia, de probatione in novis. Cassad. decis. prima, de probat. Rota decisione 803. numero primo, parte prima divers. Garz. de benefic. parte quinta, numero 144. & idem fuit comprobatum in Adrien. jurisdictionis 27. Iunii 1622. & 30. Ianuarii 1623. coram me,* si verò prætendatur ex eo quod probetur unita mensæ Salernitanæ, & neque ex hoc capite concluditur jurisdictio ordinaria.

9 Quia per unionem Ecclesiæ unius Diœcesis ad Ecclesiam alterius non privatur Ordinarius ordinariâ suâ jurisdictione, *C. 2. de relig. Dom. & idem fuit confirmatum in his terminis in Urbevetana unionis 15. Decembris 1625. coram D. meo Durano.* Nec relevant concursus, qui verè de jurisdictione ordinaria videntur secundùm decreta Trid. *sess. 24. cap. 28. de reformat.* & ipsa Congregatio Interpres idem sentit, ut in declaratione relata *per Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 117.* quia omnes facti leguntur post annum 1592. de quo tempore jam lis cæpta erat, & tanquam actus controversi non solent suffragari, *Rota decis. 4. num. 2. & 596. num. 4. coram Papa Greg. XV. & in Cusentin. pensionis 4. Februarii 1619. & in Neopolitana juris patronatus. 7. Februarii 1624. coram bon. mem. Ubaldo.*

Visitationes Archiepiscoporum non etiam suffragantur ad acquirendam
11 jurisdictionem ordinariam istius Ecclesiæ controversæ, nam si in prima visitatione, quæ contigit die 14. Augusti 1576. & datur *in summario numero decimo quarto*, super eâ non probatâ scientiâ Episcopi fundamentum constitui non potest. *Abb. in cap. cum Ecclesia Sutrina numero vigesimo quinto, Ripa, numero 64. de caus. poss. & prop. Capic. decisione 57. numero secundo, & Rota idem firmavit in Acheruntina jurisdict. vigesima quarta Ianuarii 1600. coram Eminentissimo Cardin. Millino, & in Theatina Iurisdictionis vigesima Decembris 1613. coram Domino meo Decano.* Secunda verò, quæ datur *eodem summario numero decimo quarto, sub die 19. Maji 1592.* & tertia *sub die 23. Maji 1602.* tan-
12 quam factæ post litem motam non relevant, nec sunt habendæ in consideratione

ratione, *Rota in Hispalen. iuris patronatus.* 16. *Iunii* 1586. *coram Robusterio & in Burgen. jurisdictionis S. Ioan.* 4. *Decembris.* 1591. *coram Orano, quos Rota sequuta est coram Papa Greg. XV. d. decis.* 4. *num.* 2. & nihilominus ex testibus Episcopi datis probantur clandestinè, & furtivè semper factæ, nempè vel absentibus Episcopis Nucerinis, vel Sede Episcopali vacante, vel Vicario Capituli ægrotante, ut expressè deponunt. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 12. *& 13.* ac demum actus ipsi visitationum indicant injustitiam ipsius actus visitandi, dum enunciant hanc Ecclesiam esse de mensa Archiepiscopali Salernitan. & Capellani sunt ad provisionem prædicti Archiepiscopi, quorum neutrum impedit in ordinatio Nucerino effectum ordinariæ jurisdictionis, ut supra firmatum fuit. 13

Minus relevat deputatio tertii Cappellani facta per Vicarium generalem Salernitanum ad inserviendum d. Ecclesiæ ob augmentum populi, de qua in decreto ejusdem Vicarii *summ. n.* 13. quia si ipsa provisio de Cappellanis non sufficit ad excludendam ordinariam Episcopi jurisdictionem, ut supra firmatum fuit, & ex qua deducitur fundamentum jurisdictionis, non hoc etiam poterit numerus Cappellanorum additus, in quo non consistit juris conferendi differentia.

Nec potest Archiepiscopus confirmare, aut comprobare hanc prætensionem suam ex eo, quod mandavit Episcopo Nucerino, ut assumeret informationem super alienatione domus, & terrarum, quam intendebant facere Cappellani S. Mariæ Majoris, & quod idem Episcopus accepta informatione relationem non dederit Archiepiscopo, quod illa in utilitatem Ecclesiæ cedebat, quia nullum præjudicium resultat ex relatione, postquam ordinarius Nucerinus non prætendit esse de jurisdictione ordinaria cognoscere super validitate alienationum sed ad Sedem Apostolicam vigore constitutionis Pauli II. vel quibus ab eadem Sede facultas fuerit delegata.

Demum non obstant depositiones testium pro Archiepiscopo examinatorum, quorum dicta dantur *in sum. numer.* 15. quia ferè omnes deponunt de jurisdictione Archiepiscoporum conferendi Cappellanias ejusdem Ecclesiæ, quod est unita mensæ Salernitanæ, quæ non pertinent ad ordinariam jurisdictionem impediendam in populam non exemptum, ut supra dictum fuit: Alii verò nempe quartus deponit de auditu, quod Ecclesia est subjecta Archiepiscopo, sextus dicit de auditu, quod sit de diœcesi Salernitana, & quod aliqui ex Cappellanis d. Ecclesiæ fuerunt cacerati in Curia Salernitana, & de eadem carceratione deponunt nonus & decimus quartus, sed non deponunt ex quo delicto vel causa fuerint carcerati, nec de quo tempore, sciente vel contradicente Episcopo Nucerino; cùm multi sint casus, quibus in aliena diœcesi & territorio delinquentes possunt capi & puniri, qui enumerantur in *glossa cap. Pastoralis verb. exceptus, de offic. ordin. & illam sequitur Conrad. in templo omn. judic. lib.* 2. *cap.* 4. *tit. de Archiepiscopo, num.* 17. & etiam ubi aliquid relevans deponendo concluderent, conquassantur tamen ab aliis examinatis per Episcopum Nucerinum,

dictè deponentibus super actibus jurisdictionalibus, & qui se magis informatos os-
17 tendunt ex rationibus scientiæ ab eis adductis: ac demum pro assistentia juris, & se-
cundum jus commune deponunt, quibus in concursu magis credendum & stan-
dum est. *Ioan. Andreæ in cap. auditis num. 3. de præscript. Rota dec. 9. num. 8. par. 2. divers. & decis. 324. num. 13. par. 1. recent. decis. 100. numer. 4. & 239. numer. 2. coram san mem. Gregor. XV.*

18 Ex quibus omnibus patet de injustitia rei judicatæ, quæ sufficit pro obtinenda re-
stitutione in integrum. *Cas. de Gras. decis. 10. num. 13. de re judic. Seraph. decis. 251. num. 2. & decis. 581. num. 1. par. 2. recent.*

Et ita concluſum &c.

Ad Quæst. 34. *Additio.*

DE dismembratione Ecclesiarum & præcipuè parochialium hoc loco multa adduci possent; sed ne brevitatis terminos excedam sufficiat remisisse lectorem ad *Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 28. Barbos. de potest. Episc. par. 3. alleg. 68. & in Collect. ad Concil. sess. 21. cap. 4.* & de causis factæ dismembrationis *vid. Rot. decis. 484. par. 1. recent. decis. 204. par. 17. & coram Martino Andreæ decis. 59.* ubi etiam notatur, non requiri præcisè consensum Rectoris Ecclesiæ, sed tantum illius citationem, dum de justitia causæ cognoscitur, quæ si sufficienter appareat, dismembratio etiam invito Rectore fieri poterit, ut aperte disponitur in Concilio Trident. *d. cap. 4. sess. 24. de reform. vid. Lap. alleg. 66. num. 3.* & istam facultatem dismembrandi novasque parochias erigendi competere Episcopis etiam in parochiis Regularium & exemptorum, auctoritate delegata à Concilio, declaratum fuit ut refert *Fagnan. in cap. ad audientiam, num. 43. & 44. de Eccles. ædif.*

* * *
* *
*

DE-

DECISIO CXXX.

Quæ requirantur ad validatem dismembrationis alicujus Ecclesiæ?

R. P. D. Pirovano. Decis. 282. par. 2. recent.

Aquilana Nullitatis erectionis.

Lunæ 24. Maii 1610.

SUMMARIUM.

1 *Dismembrationes Ecclesiarum ut valeant requiritur solemnitas & justa causa.*

2 *Causa justa non est sola populi multitudo.*

3 *Neque etiam Ecclesiæ parochialis angustia & deformitas.*

4 *Dismembrationes Ecclesiarum requirunt solemnitatem aliàs requisitam in alienatione rerum Ecclesiæ.*

PLacuit Dominis per deducta per informantes pro Archipresbytero & Capitulo de Paganica, quod erectio Ecclesiæ sub invocatione B. Mariæ ad Præsepe intra fines Ecclesiæ antiquæ parochialis & baptismalis, & dismembratio partis 1
curæ animarum ejusdem nulla sit, quia in ea non intervenit solennitas & justa causa, quæ sunt necessaria in hujusmodi dismembrationibus, cùm sapiant alienationē. *Lap. alleg. 66. numer. 3. & 5.* & fuit sæpissimè resolutum, & præsertim *in una Elboren. dismembrationis 17. Novemb. 1600. coram bon. mem. Justo. & in Toletana parochialis de Madrid. 9. Novemb. 1601. coram Corduba.* signanter notat *Abb. in c. ad audientiam, il. 1. in 1. notab. de Eccles. ædificand.* Deficit enim justa causa, quia non constat, quod propter difficilem accessum ad antiquam parochialem aliquis ex parochianis decesserit absque sacramentis, vel propter impedimentum periculum sit parens, ut in casu *Lapi alleg. 66.* & prout requiritur ad hunc effectum, ut fuit consideratum in allegatis decisionibus.

2 Causæ autem enumeratæ in ipsa erectione non videntur sufficientes; nam sola numerositas populi aucti non tribuit auctoritatem Ordinariis erigendi novas parochias, cum huic objecto satisfaciat Concilium Tridentinum *sess. 21. de reform. cap. 4.* dum cogendi sunt rectores vel alii, ad quos spectat cura animarum, ut sibi tot sacerdotes adjungant, quot sufficiant ad sacramenta exhibenda, & cultum divinum celebrandum; & quamvis inter causas ædificandi novas Ecclesias recenseatur etiam incrementum populi. *C. præcipimus 16. q. 1.* tamen Concilium Tridentinum declaravit majorem necessitatem, scilicet distantiam loci, & parochianorum difficultatem accedendi ad percipienda sacramenta, prout sacra Congregatio Concilii declaravit, & eam sequitur *Rota in allegata Elboren. dismembrationis* & quæ in præsenti casu non justificantur, sed potius contrarium apparet ex depositionibus testium, qui dantur *in Summar. num. 2.* dum affirmant novam Ecclesiam non longè ab antiqua matrice distare.

3 Postrema causa non etiam ad dismembrationem suffragari videbatur, quia scilicet Ecclesia non sit capax totius populi, & sit deformis; tum quia Concilium Tridentin. non considerat nec cap. *ad audientiam.* & satis provideri potest per erectionem novæ Cappellæ, quæ sit in proprietate parochialis antiquæ juxta ejusdem sacræ Congregationis declarationem, quæ datur in Summario: quod maximè suadetur, ne ad beneficiorum divisionem de facili deveniatur, quæ regulariter prohibetur. *cap. majoribus, cap. vacante de prab. cap. 1. ubi glos. de reb. Eccl. non alien. & fuit decisum in d. Elboren. supra allegata.*

4 Solennitas etiam non fuit adhibita, quæ requiritur in alienatione rerum Ecclesiæ. *Rot. decis. 1. de reb. Eccl. non alien. in novis. Franc. in cap. 1. colum. 1. eod. tit. in 6. & fuit decisum in Marsicana 14. Februarii 1594. coram Illustriss.mo Pamphilio.* in hac enim dismembratione deficit consensus Capituli, ad quod permittet antiqua parochialis, & illius reditus. *cap. 1. de reb. Eccles. in 6. cap. ad audientiam de Eccles. ædific. Gabriell. de cens. concl. 1. num. 216. ampliat. 57.* Nec suffragatur consensus Vicarii, quia cura non est penes ipsum, sed tantum exercitium, nec percipit fructus parochialis, sed suam congruam de manu Capituli, & ideò defensio Ecclesiæ non spectat ad Vicarium, sed ad Capitulum, cujus citatio propterea omittenda non erat. *Abb. in c. extirpandæ §. qui vero in repet. nu. 15. post princ. de prabend.* & eo magis videbatur annullanda dismembratio prædicta, quia Episcopus reservaverat jus patronatus super Ecclesia erecta ad favorem suorum consanguineorum, quod propriè spectabat ad Capitulum. *cap. ad audientiam il. 1. de Eccles. ædificand.*

Et ita resolutum unica tantum parte informante &c.

DE-

Ad Quæst. 40. junctâ quæst. 96.

DECISIO CXXXI.

Clerus & universitas an & pro qua causa possit sine scientia Superioris imponere collectas, & an ad illarum solutionem teneantur Equites Hierosolymitani.

R. P. D. Attrebaten. Dec. 72. par. 1. rec.

Leodien. Collectæ.

Veneris 19. Martii 1604.

SUMMARIUM.

1 *Collectas ex causa necessitatis concernentis privatum & publicum, potest universitas imponere sine scientia superioris.*
2 *Declara dummodò necessitas sit inevitabilis.*
3 *Clerus potest sibi & suis imponere collectas pro propriis necessitatibus.*
4 *Ecclesia non tenetur contribuere ad collectas Laicorum, nisi Clerus legitimè consenserit.*
5 *Equites Hierosolymitani sunt exempti ab omni jurisdictione Ordinarii, nec tenentur solvere collectas impositas à Clero.*
6 *Verba generalia non comprehendunt casum præcisè necessitatis, & n. 7.*
8 *Observantia per privilegium sublata non suffragatur.*
9 *Solvens, cùm esset liber vigore privilegii an præjudicet suo privilegio.*

CLerus secundarius Leodiensis pro liberatione diœcesis illius ac incursionibus quibus affici solet occasione vicinorum bellorum, pro rata sua collectas imposuerat, & pecunias in eum finem prænumeratas à singulis ejusdem Cleri membris recu-

recuperare volens, inter cæteros à commendatario S. Joannis Hierosolimitani exactiones eo nomine petebat, & hoc potissimum fundamento, quod jus commune permittit collectas sine scitu superioris ex causa necessitatis imponere, quæ concernit privatum & publicum, vel totam universitatem. *C. non minus & ibi Abb. n. 20. vers. puto. Joan. de Anan. n. 11. Anchar. n. 8. & c. adversus n. 2. de immunit. Eccles. & in c. 1. n. 8. eod. tit. in 6. Gl. fin. in c. cum dilecta de rescript. Bart in l nullas la. 2. Cod. de caus. publ. l. 12. Jason. in l. si ex toto n. 45. de legat. 1. Castren. cons. 423. n. 4. l. 2. Corn. cons. 72. n. 15. ad fin. l. 4. Purpurat. cons. 530. n. 6. & cons. 543. n. 335. Ferret. respon. 57. n. 19.* quod etiam procedit, si collecta imponatur pro recuperatione pecuniæ sic expensæ vel debitæ. *L. 1. §. fin. & ibi glos. in verb. pro consul. ff. quod cujusque univers. nom. Bart. in l. 4. §. actor. n. 5 ff. de re judic.* quin etiam privilegia concessa per verba universalia & prægnantia cessant in casu hujusmodi necessitatis. *Cap. pervenit vers. alio modo & ibi Collecta in princ. Innoc. ibid. & Canonistæ communiter, de immunit. Eccles. L. ad portas C. de oper. publ. L. jubemus. C. de sacrosanc. Eccles.*

2 Quibus non obstantibus fuit resolutum contrarium, ad solutionem hujusmodi collectarum non teneri communitatem, etiamsi causæ in imponendo expressè essent visæ, de quo in facto multum controvertitur. Nec sufficit quod agatur de communi utilitate ac necessitate, ut nonnulli Doctores allegati loquuntur, cum iste sit casus. *Cap. non minus, & c. adversus.* in quibus nihilominus requiritur consensus Papæ, sed quod sit periculum propter damnum inevitabile, & quod potest evenire reipublicæ. In proposito autem collecta non fuit imposita tempore præsentis periculi ad evitanda damna, & inconvenientia quæ solent oriri ex hostilibus incursionibus, sed ad extinguendum & evitandum interusuria.

3 Quare poterat quidem Clerus pro suis propriis necessitatibus & debitis urgentibus sibi ipsi, suisque, non autem pro utilitate Reipublicæ, absque Principis auctoritate hoc onus inducere. *C. innovamus de censib. l. un. C. de superind. l. 1. §. gl. in verb. proconsul ff. quod cujusque univers. sit. L. omnes. C. de oper. publ. Bartol. in repet. L. placet. n. 31. C. de sacrosanc. Eccles. & in l. 4. §. actor. de reg juris & in l. un. C de mul. & in quo loco. n. 24. l. 10 & in l. cum neque C. de incol. Nicol. Fossat. de collect. c. 2. n. 8.* minus verò imponere potuit personis non subjectis. *Bald. in l. ad instructiones C. de sacrosanc. Eccles. Castren. cons. 423. n. 2. l. 2. Alexand. cons. 68. n. 1. l. 2. Corn. cons. 72. n. 16. l. 4.* cum impositio collectarum sit actus jurisdictionis. *Alex. cons. 78. n. 8. in fine l. 6. Soc. cons. 129. n. 1. circa medium.*

4 Et facit, quod quantacunque sit necessitas, tamen Ecclesia non debet contribuere ad solas deliberationes Laicorum, sed oportet, quod populus & Clerus unà conveniant super tali vexatione redimenda, nec simplex deliberatio totius populi potest obligare Clerum, ut nec vice versâ; cum agatur de communi utilitate, quia quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, & si Clerici sine legitima causa nollent

contri-

contribuere, potest populus implorare officium superioris Ecclesiastici, ut compellat Clerum ad consentiendum. *C. nullus de jure patron. Panormit. in c. non minus n. 2. vers. aut necessitas. Tomat. de stat. §. 3. n. 25. paulo ante fin.*

Quocirca cum privilegia Religionis Hierosolymitanæ eximant milites ab omni superioritate & jurisdictione Ordinarii, & aliorum inferiorum, ita ut nullo casu remaneant illis subjecti, ut fuit resolutum in his terminis *in causa Brundisina jurisdictionis 9. Febr. 1579. coram Bubalo:* ideò consensus Cleri secundarii non erat sufficiens ad obligandum commendatarium, sed erat necessaria auctoritas Sedis Apostol. quæ sola retinet superioritatem in illos milites, & nemo illis derogare potest, nisi solus Papa propter decretũ irritans. *C. cum inferior. de majorit. & obed. Clem. ne Romani de electione.* 5

Et quamvis in casu improvisæ & inevitabilis necessitatis non sufficiant verba generalia. *Rota in d. l. si ex toto n. 16. & 17. ff. de legat. 1. ubi Doct. passim de communi.* Tamen DD. consideratunt verba privilegiorum amplissima, à quibusvis impositionibus ex quavis causa, & ex quovis prætextu, ita ut apta sint comprehendere istum casum. *Bart. in l. si fideiussor. §. meminisse ff. de legat. 1. & in l. uxorem. §. agri. plagam ff. de legat. 3. Natta cons. 58. n. 12. & 13. Cephal. cons. 150. n. 8. Dec. resp. on. 51. n. 22. & seq. l. 3.* item considerarunt causas & merita, propter quæ dicta privilegia fuerunt concessa militibus, quia non modo facultates & fortunas, sed etiam sanguinem & vitam pro defensione Reipublicæ Christianæ prodigunt. *Dec. cons. 51. n. 25. l. 3.* 6

Non obstat *Cap. pervenit de immun. Eccles.* quia non habet locum, quandò ostenditur etiam privilegium, *ut ibi perglos. in verb. omnes in fine.* vel saltem quandò privilegium habet verba apta comprehendere omnes casus, & quæ sine violatione recti sermonis restringi nequeunt, ut jam fuit dictum. 7 8

Non obstat observantia, quia tractatur de præjudicio totius ordinis, & privilegia removent observantiam contrariam, atque etiam præscriptionem.

Quare per solutionem, si quæ forte ab aliquibus facta est, non præjudicatur futuris solutionibus, minusque privilegiis Religionis. *Fel. in c. cum accessissent n. 29. in 3. limit. de constit. Rum. cons. 228. n. 11. l. 1 Natta cons. 160. n. 46. vol. 1.* Et ita concludum &c.

Ejusdem argumenti decisionem habes in Melten. collectarum 7. Maii 1627. coram Cardin. Ubaldo, quæ est in recent. dec. 63. par. 5. hoc loco ad evitandam prolixitatem omissa.

DE-

Ad Quæst. 41. part. 5.

DECISIO CXXXII.

Quando agitur de præjudicio Ecclesiæ non sufficit citare Episcopum, nisi etiam citetur capitulum, & sententia contra solum Episcopum lata est invalida.

R. P. D. Pegna. *Decisio. 118. par. 1. recent.*

Montis Regalis jurisdictionis.

Lunæ 5. Iunii 1606.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesiæ appellatione venit Capitulum.*
2 *Ecclesiæ defensio præsertim in arduis non pertinet ad solum Episcopum, sed simul ad capitulum.*
3 *Iuramentum solius Episcopi non tenet in præjudicium Ecclesiæ.*
4 *Sententia lata contra Episcopum non citato Capitulo non valet in præjudicium Ecclesiæ & n. 5.*
6 *Citandus est ille, contra quem judicium dirigitur.*
7 *Pariasunt venire ad judicium appellando, vel dando de nullitate.*

SEntentiæ in hac causa latæ primum à me, deindè à R. P. D. meo Lancelloto ad favorem D. Archiepiscopi Montis Regalis, non solùm condemnabant Episcopum Catanensem, eum subjiciendo prædicto Archiepiscopo vigore juris Metropolitici, sed etiam Ecclesiam & civitatem Catanensem, ut patebat ex illis sententiarum verbis: *Declaramus Ecclesiam Catanensem & illius civitatem & diœcesim fuisse & esse de provincia & Archiepiscopatu Montis Regalis.* Et rursus ibi: *Et eidem Archiepi-*

ebiepiscopo licuisse & licere exercere jus metropoliticum in d. Ecclesiam Catanien sem, & in totam ejus civitatem & diœcesim. Undè informantes pro Episcopo Catanien. hoc potissimum fundamento nitebantur evertere præfatas sententias tanquam nullas, quia fuit condemnata Ecclesia & civitas, quæ non fuerunt legitimè citatæ; & quoniam ego propter hanc & alias rationes multum semper dubitaveram, nedum de decisione facta coram me die 1. Julii 1605. in qua fuerat dictum constare de re judicata, verum etiam de alia decisione pariter coram me facta die 16. Decemb. ejusdem anni, quoniam videbantur valdè urgere rationes, quibus utebantur informantes pro Episcopo Catanien. debiles autem responsiones quas dabant informantes pro Archiep. Montis Regalis; ideò decrevi iterum proponere causam; itaque utraque perte informante & plenè causa in Rota discussâ Domini pronunciarunt, sententias rotales in hac causa latas fuisse nullas ex infrascriptis.

Primò, quia condemnata fuit Ecclesia Catanien. quæ tamen non fuerat legitimè citata, cum non fuerit citatum illius capitulum, cum non solum appellatione Ecclesiæ veniat Capitulum. *C. cum Clerici ubi gl. in verb. Ecclesia Placentinæ de verb. signif.* sed etiam quia illius defensio, præsertim in arduis, quale est, quandò agitur de illius subjectione, non pertinet ad Episcopum solum, sed etiam conjunctim ad Capitulum, *Fel. in c. edoceri n. 3. vers. prima declaratio de rescript. Innoc. in c. fin. in verb. requiratis & ibi Zabarella in 2. oppos. Anchar. in 5. notab. & Butr. n. 9. & 27. Abb. n. 1. & 2. & alii scribentes communiter, de majorit & obed.* qui loquuntur in terminis de subjectione Ecclesiæ: *idem tenent Lapus alleg. 48. n. 8. vers. quæro quid in arduis. Roman. cons. 369. n. 21. Dec. in c. causam quæ n. 20. de judic.* Undè verè dicit *Innoc. in c. dilectus, paulo post. princ. quem sequitur ibi Abb. numer. 3. de major. & obed.* quod jura Ecclesiæ cathedralis sunt communia & communiter tenentur ab Episcopo & Capitulo. Pro hac parte facit textus *in d. c. fin. de majorit. & obed.* ubi quia agebatur de materia subjectionis, Papa mandavit, ut in provisione per eum facta requirarur assensus Capituli; & ideò communiter ibi notant Canonistæ, *& signanter Abb. n. 1. 3. & 5. & deindè in toto discursu,* quod in materia subjectionis est necessarius Capituli consensus; *& ibi Innoc.* docet, non tenere sententiam non vocato Capitulo saltem per edictum. 1 2

Pro eadem sententia facit textus *in c. dilecti in fine de major. & obed.* ubi pariter agitur de materia subjectionis Ecclesiæ, & Papa dicit, juramentum solius Episcopi non tenere, *ubi Innoc. in ult. ver. quem cæteri sequuntur* affirmat, ideò non tenere, quia est in præjudicium Ecclesiæ; & ad idem ponderabatur text. *in c. cum nos, de his quæ fiunt à præl.* arguendo de alienatione ad judicium, ubi dici text. alienationem factam à Prælato sine consensu Capituli ipso jure invalidam, nisi Capitulum illam ratificet, quod notant ibidem communiter *Canonistæ & signanter Imola in 1. notab.* 3

Ex prædictis inferebatur, sententias latas contra Episcopum Catanien. non citato Capitulo fuisse nullas, per communem theoricam, quam refert *Imola in c. cum nos, n. 13. vers.* 4

13. *vers restat videre de his quæ fiunt à Prælat.* Rursus prædictæ sententiæ meritò censebantur nullæ, quia nominatim fuerant latæ contra civitatem Catanien. quæ nunquam fuerat citata, quod videbatur sufficere ad inducendam nullitatem quoad omnes, cum nullitas quoad unum propter individuitatem præjudicet quoad alios, ut fuerat dictum in hac causa coram D. meo Lancelloto.

5 Nec ad rem pertinebat dicere, Rotam *in decisione facta coram D. Mullino sub die 27. Novemb. anni 1602.* sensisse sententias in hac causa latas non fuisse invalidas respectu D. Episcopi Catanien. quoniam respondebatur Rotam tunc non dixisse eas fuisse validas in præjudicium Ecclesiæ & civitatis, cum expresè dixerit non fecisse numerum quoad Capitulum, & consequenter neque quoad Ecclesiam propter individuitatem.

6 Constitutâ nullitate ex prædictis, non obstabant rationes alias deductæ pro D. Archiep. Montis Regal. & primò doctrina *Bald. in l. ab eo n. 17. C. quom. & quan. jud.* dicentis, quod ad validitatem judicii sufficit citare illum, contra quem dirigitur petitio, & sic in hoc satis erat citasse Episcopum, quia fuit responsum hanc doctrinam facere contra D. Archiepiscopum, qui obtinuerat pronunciari contra Episcopum, Ecclesiam, & civitatem Catanien. nam cum petitio dirigeretur contra Ecclesiam, eam oportuit legitimè citare, & consequenter Capitulum, ut patet ex prædictis. Eadem ratio suadebat civitatem fuisse citandam propter notabile ipsius interesse & præjudicium; nam cum vigore juris Metropolitici subderetur D. Archiepiscopo Montis Regalis in multis casibus, prout jure constitutum est, poterant ejus subditi trahi extra diœcesim Catanien. ad curam Archiepiscopi Montis Regalis.

7 Ad aliud fundamentum, quod paria sunt venire ad judicium appellando, vel dando de nullitate propter decisionem *in causa Catanien. allegatam coram fel. record. Clemente Papa VIII. tunc Rotæ auditore* responsum fuit, eum qui opponit nullitatem & expresè de illa protestatur prout in casu proposito, non facere sententias validas, cum verbis patenter declaret animum suum; decisionem autem in causa Catanien. locum habere posse in suis terminis, videlicet in tertio, qui non fuerat necessariò citandus pro substantia & validitate judicii, in hoc autem casu Capitulum & civitatem necessariò fuisse citanda, ut patet ex prædictis. Atque ex his fuit concluſum pro nullitate sententiarum.

* * *
* *
*

AD

Ad Quæst. 43. 46. & 47.

DECISIO CXXXIII.

Situatio intra limites quibus argumentis probetur. A dominio temporali non infertur ad jurisdictionem spiritualem. Ad præscribendam jurisdictionem quæ requirantur.

Reverend. P. D. Taia,

Toletana jurisdictionis.

Decis. 134. part. 13. recens.

Veneris 10. *Iunii* 1661.

SUMMARIUM.

1 *Sententiæ validitas servatis omnibus requisitis controverti non potest.*
2 *Sententiæ justitia undè resultat.*
3 *Episcopus intra limites suæ diœcesis habet fundatam intentionem quoad jurisdictionem.*
4 *Situatio intra limites Episcopi præsumitur nullo alio concurrente Ordinario.*
5 *Concordiæ inter partes celebratæ situationem probant.*
6 *Situatio probatur ex confessione partis.*
7 *Testes remissoriales quandò concludentem probationem facere dicantur.*
8 *Decimarum perceptio ad effectum probandi situationem optimè conducit.*
9 *Solutiones annuæ ratione erogationis olei sacri & chrismatis situationem probant, & n. 10.*
11 *Exercitium continuatum actuum jurisdictionalium situationem concludit.*
12 *Assertiones Summorum Pontificum multum quoque conferunt.*
13 *Productiones sine compulsorialibus & citatione partis lite pendente extractæ non sunt in forma probanti.*
14 *Productiones de jurisdictione etiam Ecclesiastica Episcopo præjudicium inferre non possunt.*

15 *Productiones asserentes partem decimarum per Episcopum recipi, contra ipsum auctorem retorquentur.*
16 *Dominium temporale non infert ad jurisd. spiritualem.*
17 *Papa solus diœceses separare potest.*
18 *Immemorabilis ad inducendam præsumptionem Apostolici privilegii sola sufficit.*
19 *Privilegia Religioni Hierosolymitanæ concessa ultra septa eorundem Monasteriorum non extenduntur.*
20 *Exemptio simplex, territorium separatum non efficit.*
21 *Episcopus Melevitanus habet jurisdictionem spiritualem in ipsa insula.*
22 *Immemorabilis, ut suffragetur, debet esse canonizata per tres conformes.*
23 *Immemorabilis per testes nulliter examinatos non probatur.*
24 *Præscriptio quadragenaria cum titulo putativo non admittitur, nisi cum ea titulus expressus concurrat, & numero 26.*
25 *Præscriptio quadragenaria ut subsistat, ex actibus legitimè probari debet.*
27 *Sententia revocata nihil concludit.*
28 *Sententia ad solos ministros restricta, ultra extendi non debet.*

IN prosecutione litis huic sacro tribunali commissæ anno 1610. super omnimoda jurisdictione ordinaria in oppido Consеugra, Alcazar, & aliis quindecim Prioratus sancti Joannis Hyerosolimitani inter Eminentissimum D. Cardinalem de Sandoval Archiepiscopum Toletanum, & Serenissimum Magnum Priorem Castellæ, & Legionis post varias disputationes, & undecim resolutiones concernentes compilationem processuum, eorumque validitatem sub, die 15. Junii 1657. coram R.P. D. meo Bevilaqua, demandatum fuit, ut videretur de bono jure etiam ad effectum manutentionis, quo causâ bis latissimè discussâ utraque parte informante duæ emanarunt decisiones favore Eminentissimi Archiepiscopi 9. Maii 1659. & 21. Maii 1660. ex quibus fuit expedita causa prius per decretum concedendo eidem D. Archiepiscopo mandatum de manutenendo in possessione, seu quasi exercendi omnimodam jurisdictionem in omnibus locis terris & oppidis Prioratus *præsenti summar. num.* 2. & deindè per cedulam declarando Prioratum hujusmodi, & ejus loca fuisse, & esse in diœcesi, & de diœcesi Toletana, omnimodamq; jurisdictionem ordinariam spiritualem Ecclesiasticam, & Archiepiscopalem, quoad utramque legem diœcesanam, & jurisdictionalem cum omnibus eorum effectibus privativè, quoad D.M. Priorem spectasse, & pertinuisse, ac spectare, & pertinere ad ipsum Archiepiscopum Toletanum, uti verè & propriè ordinarium d. Prioratus, ejusque locorum *datur præsenti sum. n.* 3. At commissâ mihi causâ appellationis simpliciter, quoad sententiam, & cum facultate manutenendi quem de jure, quoad decretum manutentionis, duo dubia distincta disputãda proposui, Alterũ super manutẽtione, &

alterum

alterum super confirmatione sententiæ rotalis, quibus transmissis Agentibus M. Prioris; diuque expectatis, tandem causam proposui 13. Maii præteriti, & ad instantiam eorundem Agentium fuit dilata resolutio ad secundã Rotam 4. Junii, hodie verò iterum causa proposita, & dictis Agentibus pariter informare recusantibus, novamque petentibus usque ad kalendas dilationem, Domini responderunt, sententiam Rotalem esse confirmandam, quia de validitate dubitari non potest, dum servata fuerunt omnia requisita. *vulg. decis. Caputaq. 260 par. 2.* de justitia verò abundè constat ex fundamentis, rationibus & auctoritatibus in dictis decisionibus latè deductis. 1

Etenim præmisso (ut dicitur *in prima decis. §. quoniam*) quod controversia non est super jurisdictione in monasteria Prioratus, nec in personas intra eorum septa degentes, cùm super illis D. Archiepiscopus nullam aliam jurisdictionem prætendat, nisi illam sibi attributam à sacro Concilio Tridentino, uti Sedis Apostolicæ delegato, sed quæstio cadit super ordinaria jurisdictione in populum utriusque sexus, Ecclesias & Clericos sæculares locorum, de quibus agitur extra septa monasteriorum Prioratus degentes, unde illorum respectu dum concludentissimè constat de situatione dictorum locorum intra fines suæ diœcesis, quæ à scribentibus pro Serenissimo M. Priore in disputatione secundæ decisionis potissimè admissa fuit, ut in ea legitur in principio, utique D. Archiepiscopus pro dicta omnimoda jurisdictione fundatam habet intentionem suam, tam in dispositione sacrorum Canonum *cap. conquerente, 16. de offic. ordi. C. cum Episcopus. 7. eodem. tit. in 6. C. cum persona, in fin de privil. pariter in 6. & C. omnes Basilicæ 16. q. 7. quàm in decretis sacri Concilii Trid sess. 6. cap. 5. sess. 7. cap. 8. sess. 14. cap. 2. 3. & 8. sess. 21. cap. 8. de reform.* 2 3

Concludentissimè siquidem, ex quibus probatur prædicta situatio ultra generalem præsumptionem quæ viget pro Episcopo, quando nullus alius concurrit Episcopus qui prætendat eadem loca existere in sua diœcesi, ut ponderavit *Rota coram Buratto decis. 578. num. 1. in recent. dec. 130. num. 4. par 8. juxta doctrin. Felin. in cap. grave num. 2. vers. imo videtur de offic. ordin.* & primo ex quatuor concordiis inter Archiepiscopos, & magnos Priores, pro tempore celebratis duobus scilicet annis 1510. & 1516. *sum. impresso alias dato coram R. P. D. meo Bevilaqua, num. 1. 2. & 3.* in quarum omnibus illa omnia jura integrè reservantur Archiepiscopo, quæ propriè pertinent, & præferunt ordinariam, & diœcesanam jurisdictionem, ut bene probat *prima decis. §. 1. cum seq.* atque in duabus recentioribus magnus Prior expressè fassus fuit loca, de quibus, agitur esse in diœcesi & de diœcesi Archiepiscopatus Toletani, indubium enim est, confessione patris probari situationem, ut præter auctoritates *in d. prima decis. allegatas sub §. rursus claram optimè Rota coram Pen. dec. 1052. ante num. 1. vers. 2. ex confessione coram Buratt. d. decis. 578. num. 4. & in recent. d. decis. 130. n. 7. par. 8.* 4 5 6

Secundo ex duobus testibus remissorialibus pro M. Priore examinatis, qui ingenuè & concorditer fassi fuerunt, quod loca controversa faciunt terminum clausum

& sunt de Archiepiscopatu Toletano *eodem summ. num.* 10. cumque non solum dicti testes inducti, & examinati fuerint, sed etiam ejus agentes illorum depositiones in judicio pro eo exhibuerint, illisque usi fuerint, faciunt propterea contra eum concludentem probationem, ut præter auctoritates allegatas *in dicta prima decis.* §. *concurrunt ulterius Adden. ad Gregor. decis.* 215. *sub num.* 9. *versic. si tamen.*

8 Tertio ex perceptione decimarũ ex dictis locis actualiter facta, & usque nunc continuata, tamper Archiepiscopos pro tempore pro ipsorũ portione Pontificali, quàm per Ecclesiam Cathedralem pro sua fabrica, quàm etiam per Archidiaconum Toletanum cum Capitulo ejusdem Ecclesiæ pro præbendis *d. summ. num.* 21. quam quidem decimarum perceptionem *ex textu in C. de his, & in C. decernimus* 10. *par.* 1. optimè ad effectum probandi situationem ponderavit *Rota in Mariscen. jurisdictionis* 18 *Februarii* 1647. *coram bon. mem. Bichio* §. *probat inquam vers. item Episcopus & in* 1. *decis. hujus causæ* §. 1. *in fine.*

9 Quarto ex solutione certæ quantitatis pecuniarũ, tritici ac hordei in locis, de quibus agitur, annuatim facta Archipresbytero de la Guardia Toletanæ diœcesis à quolibet
10 fonte baptismali Ecclesiarum prioratus, ratione olei sancti & chrismatis. *d. Summario num.* 11. Chrisma enim, & oleum sanctum non nisi à proprio diœcesano datur *C. presbyt.* 123. *de consecrat. distinct.* 4. *Ca' derin. cons.* 4. *de privil. Rota in puncto in Salisburgen. jurisdictionis prima Julii* 1643. *coram Reverendissimo Archiepiscopo Tarraconen. in recent.* 220. *num.* 2. *par.* 9.

Quinto demum ex continuato exercitio actuum utriusque legis diœcesanæ & jurisdictionis, & utriusque speciei jurisdictionis voluntariæ & contentiosæ, quod probatur ex 374. processibus & juribus in actis legitimè exhibitis *d. summar. numer.* 22. *cum seqq. & firmat* 1. *decisio* §. *hunc esse verum.* quæ ascendentia ad folia 24. mill.
11 valid è fuisse compulsata firmat *decisio* 245. *coram Eminentissimo Otthobono.* benè enim & concludenter situationem justificat continuatum exercitium actuum jurisdictionalium & Episcopalium, *cap.* 1. *de relig. domib. ubi Abb. numer.* 3. *& consil.* 63. *num.* 13. *in fine vers. tum quia castrum lib.* 2. *Pen. decis.* 1072. *numer.* 3. *Rota coram Burratta decis.* 578. *numer.* 12. *ibique addent. numer.* 15. *apud Tamburin. de jure Abb. decis.* 47. *num.* 4. *& apud Posth. de manutent. decis.* 310. *num.* 3.

Et hæc omnia clarissimè comprobat Breve sanctæ memoriæ Clementis VIII. de voto sacræ Congregationis Concilii emanatum, in quo declaratur Archiepiscopum Toletanum esse verum diœcesanum locorum, de quibus agitur, & Vasallos Prioris promotos ad sacros Ordines sine ejus dimissoriis esse irregulares, atque Episcopos,
12 qui ibidem de mandato Prioris illos ordinarunt, & Pontificalia exercuerunt, incidisse in censuras. *d. Summar. num.* 20. *& firmatur in d. decis.* §. *tum etiam.* valde enim confecerunt ad probandam situationem intra terminos certæ diœcesis Summorum Pontificum assertiones, ut dixit *Rota dec.* 405. *num.* 1. *par.* 1. *& dec.* 220. *num.* 4. *par.* 9. *recent.*

Non

Non obstant 28. folia nuper in actis pro parte D. Magni Prioris adducta, tum quia non sunt in forma probanti tanquam extracta lite pendente sine compulsorialibus, & sine citatione partis. *Put. decis.* 152. *num.* 1. *lib.* 3. *in correct. Coccin. decis.* 289. *numer.* 6. *Buratt. decis.* 338. *numer.* 2. tum quia continent proprium particulare inventarium bonorum & locorum in temporalibus spectantium ad Priorat. 13 14

tum, ponendo fines cujuslibet prædii, vineæ seu terrarum ad contradistinctionem unius ab altera confectum anno 1578. & sic lite pendente super jurisdictione de qua agitur, quod etsi contineret positionem terminorum & confinium cum Toletana diœcesi, atque etsi in eo asseratur Priores habere Ecclesiasticam jurisdictionem, illi tamen seu ejus Archiepiscopo nullũ præjudicium inferre posset juxta glos. expressam *in clem porro verb. diœcesim de elect. Hieron. de Monte de finib. cap.* 75. *num.* 9. *& quæst.* 76. *numer.* 7. *&* 8. tum demum, quia potius retorquentur, cùm etiam in ipsis asseritur tertiam partem decimarum percipi per dignitatem Archiepiscopalem Toletanam, quæ quidem perceptio portionis Pontificalis probat situationem in propria diœcesi, ut firmatum est *supra* §. 3. *ex perceptione.* 15

Posita autem hujusmodi situatione M. Prior Dominus temporalis locorum de quibus agitur, jurisdictionem spiritualem prætendere non potest, nisi vel exhibeat privilegium Apostolicum, cùm solus Papa possit separare & concedere diœcesim. 16 17

Abb. in C. cum contingat, num. 18. *de foro comp. Gratian. discept.* 212. *num.* 17. *Rota decis.* 324. *n.* 2. *p.* 1. *ret. apud Tamb. ubi supra dec.* 50. *n.* 10 *&* *dec.* 55. *num.* 2. *Buratt. dec.* 912. *nu.* 1. *&* *in* 1. *decis.* §. *non obstat.* vel plene justificet immemorabilem, quæ sola ad hunc effectum potest inducere præsumptionem privilegii Apostolici. *ad text. in C. si Papa de privil. in* 6. *Gemin. in C. cum Episcopus, num.* 4. *de off. ordin. eod. lib.* 6. *Marescott. var. resol. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 9. *Lotter. de re benef. lib.* 1. *quæst.* 24. *num.* 271. *Mant. dec.* 296. *nu.* 1. *cum similibus.* 18

Privilegium enim huic Prioratui à Sede Apost. particulariter concessum D. M. Priori non habetur neque allegatur, illa autem S. Religioni Hierosolymitanæ concessa non continent nisi nudam & simplicem exemptionem Ecclesiarum & bonorum, monasteriorum, fratrum servientium, aliarumque personarum intra septa eorumdẽ monasteriorum actualiter degentium, ex qua non potest prætendi territorium separatum cum translatione jurisdictionis quasi Episcopalis in præjudicium ordinariorũ. *Felin. c. grave n.* 2. *de off. ordin. Rota dec.* 207. *num.* 2. *p.* 2. *divers. & in recent. decis.* 324. *nu.* 1. *&* 3. *p.* 1. *&* *d. decis.* 220. *n.* 23. *p.* 9. idque optimè agnoverunt Eminentissimi M. Magistri pro tempore, in quibus residet caput hujus S. Religionis, cui prædicta privilegia principaliter concessa fuerunt, dum nunquam contenderunt habere territorium separatum cum jurisdictione quasi Episcopali, sed semper receperunt in propria Insula proprium Episcopum Melevitanum *ad tradita per Federic. de Senis cons.* 151. *num.* 1. *& num.* 3. *cum aliis in* 1. *decis.* §. *Tum evidentium.* 19 20 21

Imme-

Immemorabilis verò, quæ ulterius ad hunc effectum debet eſſe canonizata per
22 tres conformes in contradictorio judicio, ut ex mente ſacræ Congregationis reſpondit *Rota in rec.deciſ.248.num.1.par.2.& dec.600.num.15.p.4.tom.3.* nec proba-
23 ta eſt, nec probari poteſt, cùm teſtes partim ſint nulliter examinati in Concilio Regio, & partim non habeant legitimam ætatem ante motam litem anno 1503.& 1527. nec deponant cum omnibus requiſitis. *gloſſ.in cap.1.verb.memoria.de præſcript.in 6.ut late in 1.deciſ.§.ſublatis itaque*, ubi & in alia ſubſequenti latiſſimè reſpondetur omnibus contrariis.

24 Allegatio autem quadragenariæ cum titulo putativo jam pleniſſimè ſublata eſt *in 2. deciſ.§.ſed fundamenta*, tum quia talis præſcriptio non admittitur, niſi cum ea con-
25 currat titulus expreſſus; tum quia non probatur legitimè, cùm deducatur ex actibus, qui exceptis viſitationibus anni 1491.& 1500. factis de ipſis monaſteriis jure monaſtico, non autem diœceſano, omnes facti fuerunt poſt cæptas lites anno 1503. & 1527. tum demum, quia non poſſunt præſtare titulum putativum ſive privilegia, ſi-
26 ve aſſertæ ſententiæ de annis 1528. & 1544. privilegia enim dum non continent titulum expreſſum, nec poteſt eis educi putativus propter malam fidem ex illorum lectura reſultantem. *Gemin.conſ.96.n.4.& deciſ.2.§.privilegia ſicut.*

27 Ex ſententiis verò prima habet expreſſam relationem ad privilegia Religionis, & inſuper anno ſequenti revocata fuit *ut in ſumm.addit.D. Archiepiſcopi coram R. P. D. Bevilaqua num.1.* Secunda verò in verbis expreſsè reſtricta eſt ad ſolos miniſtros &
28 inſervientes monaſterio, ut bene ponderat *eadem 2.deciſio §.prima verò, & §.ſecunda autem.*

Et ita unica tantum &c.

Ad Quæst. 52. part. 5.

DECISIO CXXXIV.

Episcopus habet jus visitandi in omnibus Ecclesiis existentibus intra fines suæ diœcesis, non obstantibus quibuscunque privilegiis.

R. P. D. Pirovano. *Decisio 396. par. 1. recent.*

Toletana seu Nullius jurisdictionis.

Lunæ 26. Martii 1612.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus de jure communi visitat omnes Ecclesias suæ diœcesis.*
2 *Vicinior Episcopus præsumitur ille contra quem causa committitur.*
3 *Episcopo quoad visitationem non obstant quævis privilegia.*
4 *Remissoria danda est quando articuli sunt relevantes.*

Visum est Dominis inhibitionem esse moderandam, quia cùm D. Archiepiscopus Toletanus de jure habeat fundatam intentionem in jure visitandi omnes Ecclesias existentes intra fines suæ diœcesis. *cap. conquerente de offic. judic. ordin.* donec cognoscatur an aliquæ Ecclesiæ vel loca sint exempta, vel nullius, non est incipiendum ab inhibitione sine cognitione causæ. *C. cum personæ de privil. in 6. cap. constitutus de relig. domib. Caputaq. decis. 201. par. 2. & fuit firmatum in Calagurritana jurisdict. 1. Julii 1605.* quin omnis hæsitatio fuit sublata in materia visitationis per Sac. Concilium Trident. *cap. 8. sess. 7. & cap. 8. sess. 21. de reformat.* ubi derogatur quibuscumque exemptionibus, & judicum inhibitionibus, & datur Episcopis facultas visitandi tanquam Sedis Apostolicæ delegatis; & ideò Serenissimus Princeps Philibertus, quamvis prætendat loca sui Prioratus Castellæ esse exempta seu nullius, effu- 1

gere non poteſt viſitationem Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Toletani uti vicinioris, cui eadem facultas per ſacrum Concilium *cap. 9 ſeſſ. 24 de reform.* attributa fuit.

2 Nec dicatur uti viciniori non competere facultatem, quia pro parte Sereniſſimi Principis negatur qualitas vicinitatis, quæ per Archiepiſcopum uti fundamentum ſuæ intentionis venit probanda: quia fuit reſponſum illum præſumi viciniorem contra quem cauſa committitur *cap. 8. de relig. domib.* maximè cùm non controvertatur cum alio Epiſcopo, ut fuit conſideratum *in Calaguritana juriſdict. 16. Iunii 1606. coram Reverendiſſimo Attrebatenſi*; & meritò, ne interim Eccleſiæ ſubtrahantur à ſuperioritate ordinatiorum, donec qualitas vicinitatis probetur, in grave præjudicium animarum, præſertim in Eccleſiis parochialibus.

3 Et quoad privilegium Clementis VII. per quod conceditur exemptio locis Religionis S. Joannis Hieroſolymitani etiam à viſitatione; fuit dictum comprehenſum eſſe ſub derogatione Concilii *d ſeſſ. 7. cap. 8. & ſeſſ. 21. cap. 8.* quæ loquitur de locis exemptis, & eadem derogatio habetur in his, quæ ſunt nullius. *d. cap. 9. ſeſſ. 24.* & eſt ſermo generalis ibi: quibuſcumque perſonis quantumcunque privilegiatis. *Tiraquell. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 14. numer. 96. Sarnen. in proem. regul. quæſt. 4. col. 5, verſ. iſtis tamen non obſtantibus.*

4 In ſecunda parte dubii placuit Dominis remiſſoriam petitam pro parte Sereniſſimi Prioris eſſe concedendam poſt moderatam inhibitionem, tum quia eſt relevans. *Caputaq. deciſ. 68. par. 3. Put. deciſ. 334. in fine lib. 2.* & ſæpius fuit reſolutum, tum etiam quia nec alia pars contradicebat.

Ad

Ad Quæst. 54.

DECISIO CXXXV.

Episcopus de jure habet assistentiam in percipienda quarta etiam contra Parochos Ordinum Equestrium.

R.P.D. Ubaldo. *Decis. 477. par. 1. recent*
Terulana decimarum.
Veneris 15. Martii 1613.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum de manutendo datur possessori de tempore motæ litis.*
2 *Parochi Ordinum Equestrium de jure tenentur Episcopo ad quartã canonicã*
3 *Manutentio non debet impediri per executionem altioris indagationis.*

FUit resolutum, articulos revelare ad effectum concedendi manutentionem Episcopo in quasi possessione percipiendi quartam canonicam etiam in Parochialibus spectantibus ad præceptorias Religionis Hierosolymitanæ: quia aliàs Rota resolvit intrare arbitrium ad effectum, ut dicti articuli habeantur pro probatis; illi autem comprehendunt, tum quod istæ Parochiales sunt intra limites Episcopatus Terulen. tum quod Episcopus post erectionem d. Ecclesiæ in Cathedralem, & ante d. erectionem Archiepiscopus Cæsarauguſtanus sunt in antiquissima possessione percipiendi dictam quartam ab immemorabili tempore, quâ stante quasi possessione 1
etiam de tempore motæ litis, competit Episcopo absque difficultate manutententio. *§. retinenda & §. hodie instit. de interdict. eum vulg.*

Quam manutentionem eò facilius concedendam esse Domini dixerunt, quia Episcopus habet juris assistentiam super dicta quarta. *C. omnes Basilicæ 16. q. 7. c. conquerente de offic. ord. c. de capell. Monach. Rota apud Cantuccium dec. 31. n. 5. par. 2. diver.* 2
etiam contra Equites Hierosolymitanos. *Hostien. in c. cum contingat n. 1. de decim. & in d. c. conquerente n. 15. de offic. ordin.*

Non obstat privilegium exemptionis, quia tanquam requirens altiorem indaginem & respiciens petitorium, non debet impedire manutentionem, ut fuit dictum 3

in Carthaginen, decim.27.Junii 1590. *coram Gipsio & in Abulen.decim.* 21. *Maii* 1600. *coram Penia.* Et ita decisum Episcopo tantum informante.

Additio finalis circa Quæstiones residuas.

POterant utique, si tempus & otium suppetiisset, plures sac. Rotæ decisiones adjungi, & tam illæ, quas hucusque pro temporis angustia brevibus pariter & angustis annotatiunculis declaravimus, quam cæteræ quæstiones, quas velut rarius in foro occurrentes, & ideirco ab ipsa Rota aut vix, aut nusquam tactas reliquimus, uberiori apparatu exornari; Verum cum & temporis & instituti operis ratio brevitatis admoneat, restat, ut quoad residuas hujus 5. partis quæst. solis remissionibus Benevolus Lector sit contentus: & ut hujus rei nobis non desit excusatio, sit pro ratione, quod ea quæ in finalibus hisce quæst. D. Auctor tractat, partim alis hujus operis locis tractata fuerint; quale est illud quod de confessione exempti coram judice ordinario emissa ponitur *in q.*61. cum de eadem re *par.*2. *q.*21. actum sit. Item *q.* 62. dicta de moniali translata coincidunt cum positis *eadem par.* 5. *q.*14. Rursus *q.*74. quæ de exercitio jurisdictionis ordinariorum in locis exemptis afferuntur, non multùm absunt ab illis, quæ *par.* 2. *q.*1. allegata sunt de erectione tribunalis in loco exempto, partim verò ad materiam exemptionis specialiter non pertineant, sed ex generalibus juris regulis ad casus in exemptorum causis occurrere possibiles applicata; veluti cum de 2. executore superaddito agitur *q.*72. & cum per citationem nulliter emanatam à judice notoriè incompetente præscriptionem non interrumpi deciditur *q.* 76.

Interim ad specialia quæsita, uti est illud *q.*59. de subjectione Ecclesiæ, & ex quibus actibus illa desumatur. *Vid.dec. Rot.* 552. *par.*4 *rec.tom.*3. *& dec.*340. *par.*15. & de nomine ac appellatione Ordinarii, an æquè competat inferioribus habentibus jurisdictionem ordinariam ex privilegio & præscriptione, ac Episcopis habentibus eandem à jure *ad q.*75. *Vid.dec.*493. *n.*5. *par.*2. *rec.* ubi in terminis Conc. Trid. *c.*9. *sess.*24. deciditur jus visitandi Ecclesias regulares nullius diœcesis competere Prælato regulari sub nomine Ordinarii; & hoc sensu etiam jurisdictio competens ex privilegio vel præscriptione dicitur favorabilis, & dispositio illam tollens odiosa *apud Seraph. decis.* 300. *num.* 2.

Quæstio 28. de personis miserabilibus hodie remittenda est dispositioni Conc. Trident. subjicientis exemptos sæculares extra claustra degentes ordinariis locorum quoad causas mercedum & miserabilium personarum, de qua re agitur etiam *in dec.* 61. *supra in hoc tomo n.*9. *& seqq. ad q.*87. de valore testamenti in loco exempto conditi sine solemnitatibus statuariis *Vid.Rot.dec.*193. *n.*16. *par.*9. *recent.*

FINIS.

INDEX RERUM MEMORABILIUM HUJUS TERTII TOMI JUXTA ORDINEM Alphabeticum. Cujus prior numerus decisionem, alter numerum marginalem, tertius paginam indicat, quæ verò in Additionibus extant, Litterâ A. signantur.

A.

ABbas si habet jurisdictionem cumulativam cum Episcopo, adhuc Episcopus manet verus Diœcesanus, dec. 3. num. 7. pag. 17

Abbas dum cognoscitur an habeat plenam jutisdictionem, interim Episcopus manutenendus est, 39. 4. 179

Abbas habens jurisdictionem quasi Episcopalem dicitur Diœcesanus, 41. 12. 187

Abbatis confessio non præjudicat Monasterio, 77. n. 3. 346

Abbates quibus hodie possint tonsuram & minores Ordines conferre, 93. 2. & seqq. 417

Abbates non possunt Pontificalia exercere extra suas Ecclesias, 100. 10. 429

Abbatissa qualiter sit capax jurisdictionis spiritualis, 102. 16. 436

Abrogationis causa ubi est generalis, extenditur etiam ad non expressa, 31. 5. 149

Absolutio ad cautelam qualiter concedatur, 104. n. 1. & 3. p. 444. & d. 105. p. 445

Abusus & corruptelæ tollendæ sunt, 16. 29. 61

Abusus per Principem sublati generaliter dicuntur evulsi, 17. 2. 65

Academiæ publicæ Pontificiâ vel Regiâ auctoritate erectæ non subsunt Episcopis locorum, nisi id expressè probetur, 49. 2. 231

Academiam publicam nemini erigere licet

cet sine licentia Principis, 59.14. 273
Academiæ & publici Gymnasi erectionem prohibendi jus aquiri potest per immemorabilem, 59. 18. 274
Acta gesta à non habente mandatum procuræ, nec Domino, nec successori præjudicant 9. 13. 34
Possunt à Domino revocari etiam non docto de errore, 9.15. 34
Acta inter alios aliis non præjudicant, 17. 40. 70
Acta gesta in judicio à quo fuit appellatum, sunt transportanda. 94.7. 397
Actorum non integra translatio facta per Notarii incuriam non præjudicat parti. 21. 29. 97
Acta facta in judicio possorio non debent transportari in petitorio introducto tanquam in prima. 22. 7. 102
Actorum transportatio non fit in diverso judicio, quamvis multum conferrent ad causam. 22. 9. & 10. 102
Actorum integra exhibitio non est necessaria, quando tantum quæritur de facto processus. 69. 21. 314
Actione reali potest quis conveniri in loco rei sitæ non obstante quocunque privilegio. 46. n. 5. & 11. 211
Actio realis dicitur inhærere rei. ibid. nu. 23. 213
Actio realis & in rem scripta quoad forum æquiparantur. ibid. n. 24.
Actioni reali ut quis conveniatur in loco rei sitæ sufficit quod ibi habeat Procuratorem. ibid. num. 25. & 26.
Actio cessa transfertur in Cessionarium cum eodem privilegio. 48. 12. 227
Actor & reus ad imparia judicari non debent. 47.3. 220
Actus tribuitur Ordinanti, non exequenti. 2. num. 13. pag. 11. & 9. 26. pag. 36
Actus jurisdictionales qui sint. dec. 18. nu. 18. p. 78. & d. 21. n. 5. p. 93
Actus jurisdictionales ab Episcopo facti præferuntur factis ab inferiori. d. 18. n. 27. p. 79. & d. 19. 27. 86
Fallit in locis exemptis. 41. 9. 186
Actus adminiculati pauciores prævalent pluribus non adminiculatis. 87. 15. 175
Actus pauciores sufficiunt ubi causa est universalis. 40. 3. 181
Actus jurisdictionales probant jurisdictionem. 41. 7. 186
Actus facti per viam compromissi non arguunt jurisdictionem. 42. 16. 192
Actus facti contra Ecclesiam exemptam non præjudicant sedi Apostolicæ. ibid. n. 43. & d. 93. 9. 244
Actus qui dederunt causam liti non tribuunt jus. 57. 23. 266
Actus litigiosi non tribuunt possessionem manutenibilem. 75. 6. 339
Actus cui jus resistit non præjudicat ei cui jus assistit. 75. 13. 340
Actus particularis & unicus in sua specie extenditur ad alios ejusdem speciei. ibi. n. 15
Actus jurisdictionales per quos probatur Superioritas Episcopi, quinam sint. 129. per tot. 518
Administratores hospitalium tenentur singulis annis Episcopo reddere rationem, nisi in limine fundationis aliter cautum sit. A. 243
Æqualitas in judiciis servanda. 47.2. 220
Ætas 22. annorum de consuetudine non requiritur in Cathedralibus Germaniæ. 64. 33. 297

Di-

Dictio Aliquid est universalis. 99. 6. 421
Animus ex verbis & factis colligitur. 31. 9. 149
Antecedente sublato tollitur consequens. 98. 9. 418
Appellatio non datur à Vicario ad Episcopum, sed ad Metropolitanum. 21. 20. 96
Appellatio non datur à condemnatione ad solvendum decimas, quando actor est in possessione percipiendi. 24. 7. 115
Appellatio de jure semper datur ad utrumque effectum. 65. 13 300
Appellatio ab Episcopo tanquam delegato debet fieri ad Papam. A. 355
Appellatio quando detur à decreto excommunicationis. 118. 9. 482
Appellando vel de nullitate agendo ad judicium venire paria sunt. 132. 7. 530
Arbitrium potest aliquid remittere de rigore juris. 24. 1. & 2. 115
Arbitrium regulatur à jure. 54. 1. 252
Arbitrium non intrat pro retardanda executione decimarum. 24. 8. 116
Arbitrium intrat quoad sententiam nullã. non obstante clausulà *parito*. 118. 11. 482
Archivium non dat robur Scripturæ informi. 117. 3. 478
Argumentum à contrario sensu non valet ad correctionem juris. 40. 9. 182
Attentata sunt omnia gesta post & contra sententiam. 41. 13. 187
Attentata sunt, quæ fiunt post avocationem causæ. 71. 2. 319
Attentata lite pendente non revocantur, quãdo litis pendentia erat ignota ib. n. 4
Attentata non sunt gesta in causa diversa. ibid. num. 6. 321
de Attentatis dare non potest qui litis pendentiam impugnavit, ibid nu. 7.
Attestationes personarum in dignitate constitutarum, & verisimiles attenduntur. 64. 4. 294
Auditor Cameræ est Judex Ordinarius omnium appellationum. A. 6
habet jurisdictionem in causis Regularium saltem in secunda instantia. ibid.
Auditor Cameræ olim erat Judex Curialium tantum. A. 294
hodie potest inhibere Judici de partibus in causis curialium. ibidem.
Auditores palatii sunt familiares Papæ. 54. 20. 254

B

Beneficium semel exemptum, semper remanet tale. 45. 1. 202
Beneficia in Collegiatis sunt de simultanea provisione Prælati & Capituli. 452. 205
fallit quando beneficium fuit aliundè quàm de bonis Ecclesiæ dotatum. ibid.
Beneficia in Collegiatis præsumuntur dotata de bonis Ecclesiæ. ibid. n. 25.
Beneficia sine auctoritate Ordinarii & dotis assignatione erigi non possunt. ibid. n. 29.
Beneficia Curialium etsi in curia existant, dicuntur tamen vacare aupud Sedem. 54. 3. 252
Beneficia Curialium ut dicantur reservata, quid requiratur. ibid n. 6. 253
Beneficia familiarium Papæ sunt reservata. ibid. n. 18. 254
an eodem modo beneficia familiarium familiaris Papæ. ibid. n. 22.
Beneficia curialium ut dicantur reservata, requiritur curialitas de tempore obitus. 55. 1. & 2. 256
Beneficiorũ appellatione an veniant beneficia

ficia Cathedralium. 95. 1. & 7. 401
Beneficia exempta non veniunt in generali facultate conferendi. 103. 3. & seq. 439
Beneficiales causæ in curia cognoscuntur quando sunt de reservatis. ibid. n. 11. 440
Beneficia existentia extra regnum spectantia tamen ad Collatores regni an dicantur esse in regno ad effectum concordatorum. 107. per tot. 449
Beneplacitum Apostolicum hodie non præsumitur ex longissimo cursu temporis, nisi sit ultra 100. annos. A. 74
Et quid si concurrat observātia. 57. 8. 264
Bona Ecclesiæ non possunt ab ea dismembrari sine beneplacito Apostol. 2. 42. 15
Bona donata Ecclesiæ à Rege vel Principe desinunt esse regia. 23. 11. 113
Bona etiam libera & allodialia solvunt decimas spirituales. 25. 17. 122
Bona Ecclesiæ temporalia in multis locis administrantur separatim ab Episcopo. 36. 18. 170
Bonorum nomine veniunt bona ubique existentia. 46. 22. 213
Bona patrimonialia Clericorum an sint exempta à jurisdictione laica. 108. 3. 457
Bona fides præsumitur si allegetur. 31. 4. 148
Bona fides non inducitur ex errore juris, quando titulus est invalidus. 74. 6. 335
Bona fides est necessaria ad probandam possessionem. 75. 7. 339
Bulla Pii V. circa concursus beneficiorū habet locum in urbe. 2. 18. 12
Bullæ Pontificiæ ligant etiam in loco, in quo publicantur, ibid. nu. 20.
Bulla Pii V. de non resignando in favorem consanguineorum, an habeat locum in Germania. 64. 1. & per tot. 293
An habeat locum in beneficiis juris patronatus. ibid. num. 28. 297

C.

Canonum nomine quid veniat in clausula, *quatenus sacris Canonibus &c.* A. 430
Canonici Ecclesiæ exemptæ non possunt excommunicari à Visitatore deputato per Ordinarium. 118. 3. & seqq. 481
Capella principalis facit unum cum Capellis inferioribus. 36. 11. 169
Capella in aliqua Ecclesia potest aliquando esse exempta à titulari illius Ecclesiæ. 36. 19. 170
Capella regulariter sequitur Ecclesiam in qua continetur. 37. 3. 173
Capitula Cathedralium & Collegiatarum subjiciuntur Episcopis non obstante quavis consuetudine & concordiâ, nisi sit confirmata à Papa in forma specifica. A. 73
Capitula hodie non possunt omninò excludere Episcopos. A 355
Capituli consensus intervenire debet in transactione cum Ecclesia. 21. 15. 95
Capituli attestationes non recipiuntur, quando interesse est commune omnibus uti singulis. 64. 12. 285
Capitulum docens de sua quasi possessione eligendi adjunctos in causis Capitularium, in ea est manutenendum. 72. 25. 328
Capitulum quando dicatur comprehensum in mandato. 79. 8. & 9. 354
Capitula qualem jurisdictionem habeant in Capitulares. A. 355
Capitulum præscribere potest potestatem coercendi Capitulares. 80. 1. 357
Capitulum si totum delinquat, potest puniri à solo Episcopo. 81. 1. & 6. 360

Capituli consensus non probatur ex subscriptione aliquorũ Canonicor. 117. 5. 478
Capitulum cum Episcopo citari debet in causis præjudicialib⁹ Ecclesiæ. 132. 2. 529
Caput est dignius corpore, non tamen diversum à corpore. 36. 4. 168
Capita duo dari in eodem corpore est monstruosum. ibid. n. 13. 170
Cardinalis Vicarius est loco Ordinarii in urbe. 2. 16. 12
Causa inductiva & impulsiva privilegii qualis dici possit. 16. 28. & 31. 61
Causæ matrimoniales & criminales soliùs Episcopi examini relinquuntur, nisi inferiores probẽt immemorabilẽ. 33. 5. & 15. 155
Causæ matrimoniales cognosci possunt ab Abbatibus habentibus jurisdictionem quasi Episcopalem & Territorium separatum. 33. 18. 156
Causarum criminalium & matrimonialium cognitio potest de consuetudine ad inferiores pertinere. 70. 4. & 5. 317
Causa dicitur criminalis quando pro tali fuit habita à signatura. 82. 6. 362
Causas matrimoniales cognoscere, quando possit inferior ex præscriptione. 126. 3. 511
Cessionarius de jure potest uti privilegio suo, quando cessio facta fuit sine fraude, & quid hodie post Concilium Tridentinum. A 224
Cessionarius gaudet privilegio reali cedentis, non etiam personali. ibidem.
Cessionarius utitur privilegio personali cedentis, si cessio simul respicit commodum cedentis. ibid. 225
Item si alioquin cessio foret damnosa cessionario. ibid. 226
Cessionarius & simul Procurator potest uti juribus personalibus cedentis. 48. 7. 228
Cessionarius utitur privilegio cohærente & annexo actioni. ibid. n. 13. 229
Chrisma & Oleum sanctum recipi debent à Diœcesano. 29. 2. 139
Citare sufficit illum ad quem defensio principaliter spectat. 21. 27. 97
Citatio ad dicendum contra commissionem firmat jurisdictionem. 59. 1. 272
Citatio non est necessaria ubi partes sunt præsentes. 79. 1. 353
Citatio ad causam ratione interesse quomodo habeat locum. 108. 6. & 7. 457
Civium appellatione quando veniant comitativi. 17. 15. 66
Cives alicujus loci possunt prorogare jurisdictionem alterius Superiore non contradicente. 46. 28. 213
Civis alicujus loci efficitur quis per assecutionem beneficii. 55. 4. 256
Civitas per rebellionem amittit omnia privilegia. 86. 4. 272
Clausulæ derogatoriæ quantũvis prægnantes non porrigũtur ad ignorata. 84. 6. 367
Clausula Quorum tenores, latissimè extenditur. 90. 1. 382
Clausula ex certa scientia habet vim novæ concessionis. 90. 7. 384
Clausula quam & quas operatur ut sententia possit ferri ut in prima. 94. 4. 397
Clausula sublata & decretum irritans non operantur in casu non comprehenso. dec. 24. num. 25. pag. 118. & dec. 25. n. 25. pag. 123
Clausula sublata & decretum irritans tollunt omnem contrarium usum. 64 16. 285
Clausulæ derogatoriæ executivæ declarant continentiam dispositivarum. 36. 22. 171
Clausula sine præjudicio non præservat jus quoad expressa. 44. 4. 199

Clauſula ſalvâ Çanonicâ juſtitiâ non operatur quoad expreſsè cõceſſa. 45. 15. 204
Clauſula: dummodo ejus diſpoſitio ad nos hac vice pertineat; quid operetur. 54. 24. 254
Clauſula contradictores, importat juriſdictionem judicialem. 60. 4. 278
Clauſula ſublata & decretum irritans afficit ignorantes. 64. 17. & 22. 286
Clauſula parito judicato importat quod prius fiat integralis ſolutio. 78. 1. 350
Clauſulæ generales in fine non ampliant, ſed firmant diſpoſitionem. 103. 13. 441
Clauſula de plenitudine poteſtatis non operatur contra reg. de jure quæſito. 112. 8. 466
Clauſura Monialium ſoli Epiſcopo demandatur. 99. 24. 424
Clericus litigans cum Epiſcopo non eſt exemptus, niſi quoad iſtam cauſam. 4. 1. 18
Clerici an in cauſis realibus poſſint coram Judice laico conveniri. A. 455
Collationes effectuatæ probant ſubjectionem, ſecus ineffectuatæ. 42. 22. 194
Collectas à Clero impoſitas non tenentur ſolvere exempti. 131. 4. & 5. 526
Commendatio ſimplex nullam tribuit juriſdictionem. 9. 24. 36
Commiſſariorum relationi de actibus viſitationis non ſtatur abſque teſtimonio Notarii. 34. 16. 160
Commiſſio nova in cauſa veteri non eſt neceſſaria. 21. 31. 97
ideoque ſi ſit nulla non operatur nullitatem ſententiæ. ibid. num. 33.
Commiſſionem impetrans non poteſt juriſdictionem evitare. 25. 18. 122
Commiſſio efficitur communis per citationem ad dic e n
Commiſſio jactationi & jactationum non impedit quo minus quis ſuam poſſeſſionem continuet. 74. 9. 338
Conceſſio nova non dicitur ubi conceditur illud idem quod prius de jure communi competebat. 46. 17. 212
Conceſſio per quem fit reditus ad jus cõmune, dicitur favorabilis. 86. 3. 372
Concilium Trident. *ſeſſ. 21. cap. 8.* loquitur de Monachis exiſtentibus in locis exemptis. dec. 1. num. 11. pag. 7
Seſſ. 24. cap. de reform. an excludat Abbates habentes quaſi Epiſcopalem juriſdictionẽ à cognitione cauſarum matrimonialium. 33. 18. 156
Seſſ. 7. cap. 14. de reform. qualiter procedat. 61. 12. 282
Concilio Trid. non eſt neceſſe ſpecialiter derogare. A. p. 284. & d. 65. n. 9. 300
Conc. Trident. ſeſſ. 6. cap. 4. & ſeſſ. 25. cap. 6. quomodo procedat. 72. 17. 328
Concilium Conſtantienſe de diſmembrationibus quando locũ habeat. 86. 9. 373
Concil. Trident. *ſeſſ. 23. cap. 15.* ſuſtulit immemorabilem. 115. 3. 472
Conc. Trid. *ſeſſ. 7. cap. 6. & ſeſſ. 25. cap. 9.* quomodo intelligendum. 123. 9. 502
Concluſio cauſæ ſupplet citationem ad ſententiam. 79. 5. 353
Concordiæ inter duas Eccleſias ſunt à Sede Apoſtolica confirmandæ. 21. 16. 95
Concordata ſunt favorabiliter interpretanda. 107. 1. & ſeqq. 449
Concordata regni Franciæ an ſint perſonalia, an localia. ibid. n. 10. 450
Concordata an habeant locum in beneficiis litigioſis. 107. 28. & ſeq. 452
Concordia in parte effectuata præſumitur

tur effectuata in totum. 29. 21. 142
Concordiæ sunt strictè intelligendæ. 81.2. 360
Concordiis à Sede Apostolica confirmatis non derogat Conc. Trid. 102. 12. 436
Concubinatus in Clerico quomodo probandus sit. 82. 1. & seqq. 362
Concubinarium Clericum punit solus Episcopus. 82. 5. 362
Concursus non est necessarius in Parochialibus quæ sunt plenè subjectæ Monasterio, vel de ejus mensa. 120, 9. & 10. 489
Conditio non aliàs, nec aliter removet consensum ab actu. 2. 7. 11
Conditio purificatur ex sola existentia facti. 2. 29. 13
Conditio voluntaria non potest impleri per æquipollens. 2. 39. 15
maximè si in eventum non implementi sit facta particularis provisio. ibid. n. 41.
Confessarii Monialium Prælatis Regularibus subjectarum, an egeant appellatione Episcopi. 99. 2. & seqq. per tot. 421
Confessio Episcopi quod Ecclesia aliqua sit exempta non valet sine adminiculis. A. p. 72. & 73. tamen ei multum defertur aliis concurrentibus, 41. 4. 185
Confessio propria superat omnem probationem. 18. 3. 76
Confessiones Episcopi explicitæ non præjudicat Ecclesiæ dec. 19. n. 235. p. 85. dec. 20. n. 9. p. 89. d. 21. n. 13. p. 95.
Fallit si sint aliundè adminiculatæ dec. 22. n. 29. pag. 104
Confessio relativa non probat sine relato. 46. 43. 215
Confessio facta parte absente non prodest. ibid. n. 44.
Confessio emissa in supplicatione probat contra supplicantem. 64. 7. 284
Amplia ut ibi num. 8. & 9.
Confessio exempti coram Ordinario an præjudicet. A. 344
Confessiones sæcularium nemo audire potest sine approbatione Ep. 114. 2. 470
Confirmatio Apostolica supplet solennitates juris. 10. 18. 43
Confirmatio præsumitur ab antiquitate temporis. ibid. num. 19.
Confirmatio hodie non præsumitur nisi ex lapsu 100. annorum. 21. 17. 96
Confirmatio justificata justificat veritatem rei confirmatæ. 29. 18. 141
Confirmatio electionum arguit jurisdictionem. 34. 10. 160
Confirmationes & innovationes privileg. nullum jus de novo tribuunt. 45. 2. 202
Confirmatio præsupponit aliquid quod confirmetur. 45. 3. 202
Confirmatio etiam per modum novæ concessionis non plus tribuit, nisi constet de confirmato. ibid nu. 6.
Confirmatio etiam ex certa sententia non trahitur ad ignorata. ibid. n. 7. 203
Confirmatio cum clausula de potiori cautela quid operetur. ibid. n. 5. & 7.
Confirmatio ex certa scientia non dicitur in forma communi. 90. 9. 384
Confirmatio Apostolica ex quibus probetur. 102. 6. 435
Confir. præsumitur ex observantia. ib. n. 9
Confraternitates sunt quid separatum ab Ecclesia. 56. 8. 262
Conservatores eligendi privilegium venit sub generali communicatione. A. 276
Conservatores an possint hodie procedere in judicialibus, ibid.
Conservatoribus quando censeatur tributa ju-

te jurisdictio judicialis. dec.60. n.1.p. 279.& dec.61.n.1.& 2. pag.280
Conservatoriæ Regularium non sunt sublatæ per Concilium Trident. 60.5. 278
Conservatores in judicialibus non possunt procedere quando Regulares sunt actores. 61. 4. 281
Conservatores an procedant in causis viduarum & pupillorum. 61. 9. 282
Constitutiones Papales emanatæ in executionem decretorum sacræ Congregationis an habeant locum in urbe.2.11.11
Constitutiones Pontificiæ Generales omnes ubiq; comprehendunt. ibid.n.12.
Constitutiones Pontificiæ non tollũtur per non usum , nisi data scientiâ & patientiâ Pontifi.d.62.n.3.p.285.d.64.n.18. p.295
Constitutiones quandoq; servantur in una parte,& non in alia. 63.6. 289
Constitutiones Pontificis ut tollantur per contrarium usum quid requiratur. 64. 19. 296
Constitutio Papæ ligat etiamsi non sit recepta à subditis. 64.26. 296
Constitutio realis afficit res à quocunque possideantur, 17.3. 65
Constitutionibus novis sublatis res redigitur ad jus antiquum. 18.28. 79
Constitutio cassata non potest allegari, 19. 29. 85
Constitutio in parte abrogata potest allegari quoad aliam partem. 30.11. 145
Constit,revocatoria eatenus operatur, quatenus contrariatur revocatæ. 46.14. 212
Consuetudo immemorabilis non justificata non relevat. 16.36. 62
Consuetudo non inducitur ex actibus extorsionem sapientibus. 16.43. 62
Consuetudo quævis tollitur per clausulã sublata, & decretum irritans. 17.37. 79
Consuetudo immemorabilis potest inferiori tribuere jurisd. in diœcesi superioris & ei quibus talis consuet. probetur. 22.26. 103
Consuetudo non inducitur in præjudicium tertii, nisi fuerit obtẽta in cõtradictorio judicio & parte citatâ. 62.6. 286
Consuetudo non inducitur ex difformibus. 63. 4. 288
Consuetudo contrario statuto jurato non attenditur. 64. 10. 294
Contentum non debet esse diversum à continente. 36. 2. 168
Contractus celebratus cum minore sine solemnitatibus non valet ipso sic valente, aliàs secus. 46. 57. 217
Contrarietas in eadem Scriptura ut evitetur sumenda est omnis interpretatio, dec. 54.n.25. pag. 254
Conventus Religiosorum erigi prohibetur cum minori numero quam duodecim Religiosorum, 2.9. 11
Et an constitutiones prohibentes dictam erectionẽ hodie sint modificatæ.ib.n.22.
Conventus Religios. qualiter & quibus observatis hodie erigi debeant. A. 258
Curiales non possunt alibi quàm in curia conveniri, A. 249
Fallit si curiales in partibus conveniantur à pupillo vel vidua. ibid.
Item fallit ratione beneficiorum quæ habent in partibus ibid.
Item si curialis ante litem contestatam non apponat de suo privilegio. ibid.
Curialitas præsumitur continuata , nisi probetur mutata. 54. 7. 253
Curialis contrahẽs in urbe domiciliũ ex alia causa dicitur mutare curialitatem.ib.n.9.
Declara ut in dec. 55.n.5.& seqq. p.256

Curialem non facit quælibet habitatio in Curia. 54. 17. 254
Curialitas probari debet de tempore obitus. 55. 1. & 2. 256
Curialitatis acquisitio & continuatio pendet ab animo. 55. 6. 256
Curialitatis deferendæ animus ex quibus probetur. Ibid. n. 7. 257

D.

Datio in solutum est vera solutio. 46. 41. 215
Dationem in solutum mulier potest recipere sine solemnitatibus. Ibid. n. 42.
Decimarum solutio facta per colonos non præjudicat Domino habenti exemptionem. 7. 4. 26
Decimarum exemptio est odiosa & strictè intelligenda. 12. 6. 49
Decimæ ex quibus non solvuntur à Religiosis. 14. 1. 52
Decimas si quis solvere tenetur pro una parte fructuum, quoad aliam censetur exemptus. 15. 10. 55
Decimarum solutio spectat ad legem diæcesanam. ibid. num. 8
Decimæ habent viam executivam, & solvi debent, lite pendente. 24. 4. 115
Amplia etiam interim dum cognoscitur de privilegio. ibid. num. 11
Decimæ spirituales solvuntur ratione bonorum patrimonialium 24. 26. 118
Decimæ ordinariæ sunt de jure divino institutæ. 25. 5. 121
Decimæ propriè intelliguntur spirituales, temporales verò propriè appellantur decimationes 26. & 5. 125
Decimæ intelliguntur spirituales quando ponuntur inter alia onera spiritualia. ibid. n. 28. & 29. 127
Decimæ spirituales solvuntur in quota, laicales in quantitate. ibid. n. 31. 128
Decimæ novalium non comprehenduntur sub verbis generalibus. 88. 3. 377
Decisiones in causa factæ in disputationibus supponuntur. 15. 2. 54
Decisiones individuales tollunt omnem disputationem super regulis generalibus. 47. 18. 221
Declarationi Principis, qui aliquid concessit, standum est. 2. 23. 14
Declarationes Principis non transeunt in judicatum. 20. 10. 90
præcipuè si habeant in ventre clausulã, qua resolvantur in simplex monitorium ibid. n. 11
Decoctus & fallitus quando dicatur mercator. 48. 1. & 3. 227
Decreta facta à Metropolitano afficiunt Ecclesiam suffraganeam. 64. 1. 235
Decretum irritans inficit possessionem juris, non autem facti. 72. 23. 328
Decretum irritans non operatur ubi non est locus dispositioni principali. ibid. nu. 28 329
Defensio unicuique jure permissa est. 4. 5. 19
Delicta carnis imposita pœnitentia salutari, in foro exteriori præscribitur quinquennio. 82. 4. 362
Derogatio constitutionis obtenta à Papa an & quando dicatur invalida. 2. 30. 14
Derogatio specialis requiritur ad tollendam constitutionem conciliarem. 24. 20. 117
Fallit in Concilio Trid. & quare. A. 248

Derogatio ſpecialis non requiritur in privilegio contra jus commune. A. 195
Derogatio non requiritur in gratia de ſui natura præjudiciali. ibid. & d. 45. n. 4. 204
Derogatoria ſemper intelligitur, quatenus ea, quibus derogatur, contrariantur diſpoſitis. 46. 13. 212
Derogari ſatis dicitur juri communi per conceſſionem contra ipſum. 59. 15. 274
Derogatio regulæ de jure quæſito cum clauſula, quorum tenores quid operetur. 83. 6. 365
Derogationes generales non trahuntur ad ignorata. 84. 3. 367
Derogatio regulæ de jure quæſito non operatur niſi in diſpoſitis. 48. 7. 368
Derogatio qualis requiratur in privilegiis inſertis corpori juris A. pag 375. & d. 88. n. 4. p. 377.
Derogatoriæ derogatoriarum quandò cenſeantur ſublatæ. 89. 10. 380
Derogatoriæ ſpeciales non requiruntur quandò privilegium revocatur per viam legis generalis. 90. 3. 382
Defertio litis non imputatur ei, qui litem non movit. 7. 10. 27
Defertio non inducitur ex ſola taciturnitate partis, ſed debet etiam aliquomodo conſtare de non jure partis. 7. 11. 27
Dignior præcedit minus dignum. 44. 3. 199
Dignitas Eccleſiaſtica & ſæcularis poteſt per unam perſonam præſentari. 50. 12.
A diſcretiva locutione deductum argumentum, leve eſt. 36. 20. 171
Diſcretivi loquendi modi diſtinguunt & ſeparant. 94. 11. 398
Diſmembratio juriſdictionis ab uno loco & translatio in alium, quid operetur. 10. 6. 40
Diſmembratio Eccleſiarum quibus ſolemnitatibus fieri debeat. 130. 1. & ſeq. 523.
Diſpenſationes matrimoniales ſolis Epiſcopis dirigiuntur. 10. 20. 44
Diſpenſationes tot requiruntur, quot ſunt obſtacula. 89. 6. 380
Diſpenſare an cenſeatur Papa quandò ſcit inhabilitatem. 89. 7. 380
Diſpoſitio conditionalis ceſſat non adimpleta conditione. 2. 6. 11
Diſpoſitionis una pars congruè declaratur per aliam. 37. 8. 174
Diſpoſitio alternativa reliquit implementum unius partis. 66. 16. 304
Diſpoſitio an & quandò comprehendat perſonam loquentis. 79. 10. 354
Diſpoſitio contra jus commune eſt odioſa. 125 3. & 5. 507
Docere juventutem nemo idoneus prohiberi debet. 59. 5. 275
Doceti juventutem prohibentes quã pœnam incurrant. Ib. n. 24. 275
Domicilium acquiſitum non tollit domicilium originis. 54. 13. 253
Dominiũ temporale nihil cõmune habet cum juriſdictione ſpirituali. 27. 10. 133
Dominium probatur per enunciativas antiquiſſimas. 45. 26. 206
Dominium in concedente indicant verba: *aſſigno, & in perpetuũ concedo*. 45. 28. 206
Dominium ad quemcunque effectum probatur per enunciativas in antiquiſſimis, maximè ſi concurrant adminicula. 59. 1. & 2. 251
Dominii probatio adminiculatur ex pluralita-

talitate instrumentorum ibid.n.3.
Ad Dominium probandum valde conducunt annuæ recognitiones ibid. n.4.
Dominium probatur ex insigniis positis supra portam, maximè in antiquis ibid. num. 5.
Ad Dominii probationem conjecturæ simul jungi debent. 57. 9. 264
Dominium incidenter in judicium deductum probatur ex possessione & conjecturis. 72.4. 326
Dominium temporale non infert ad jurisdictionem spiritualem.133.13. 335
Donationes locorum factæ Monasterio non transferunt jurisdictionem spiritualem in illud, sed dominium tantùm. 29.7.& 8. 140
Donationis acceptatio præsumitur constito de scientia donatarii. 57.12. 265
Donatio secunda non valet in præjudicium primæ jam traditione firmatæ ibid. n.16.
Donatio fundi facta Ecclesiæ non præsumitur fraudulenda.58.10. 269
Dubium super privilegio aut est principale, aut incidens. A 323

E.

Ecclesia exempta non desinit esse in diœcesi.3.6. 17
Ecclesia Papæ nullo medio subjecta dicitur exempta.8.8. 30
Ecclesia commendata non præsumitur ab Ordinarii jurisdictione exempta.9.5.33
Ecclesiæ Sedi Apostolicæ subjectæ ut præjudicetur, requiritur ejusdem Sedis consensus. ibid.n.17
Ecclesia potest manere in una diœcesi, & tamen non esse de illa.10.2. 38
Ecclesia præsumitur esse in aliqua diœcesi, dum non probatur habere territorium separatum.29 5 140
De Ecclesia dispositum habet locum in omnibus capellis.36.3. 168
Ecclesia collegiata est dignior parochiali. 44.1. 198
Ecclesiæ duæ Cathedrales invicem unitæ habentur pro una diœcesi.66.8. 303
Ecclesia Cathedralis sola quandoque vocatur Ecclesia.36.5. 168
Ecclesiæ ambitus aliquandò vocatur Ecclesia.ibid.n.6.
Ecclesiæ nomine venit Episcopus cum Clero. Ibid. n.9. 169
Ecclesiæ defensio non pertinet ad solum Episcopum, sed ad Capitulum simul. 132.2. 529
Ecclesiæ nomine veniunt personæ Ecclesiæ.42.10. 190
Ecclesiæ erectio præsumitur facta juxta solitum.37.5. 173
Ecclesia noviter constructa retinet privilegia antiquæ.41.6. 186
Ecclesia erecta cum hoc, quod subsit Abbati, nihilominus etiam suberit Episcopo.52.9. 245
Ecclesia non cedit solo, sed econtra solum Ecclesiæ. A. 259
Ecclesiam construens fit illius Dominus. 57.7. 264
Ecclesia præsumitur constructa à Domino fundi.57.21. 265
Ecclesia noviter ædificata an succedat in omnia privilegia antiquæ A. 395
Ecclesia parochialis regularium subjacet Epi-

Episcopo quandò est exempta, secus quandò est nullius diœcesis. 100.7. 428
Ecclesia exempta non cadit sub privilegio conferendi Ecclesias alicujus loci. 103. 3. 439
Ecclesiam construendam potest Episcopus eximere. A. 466
Ecclesia ex quibus probetur plenè subjecta monasterio vel de ejus mensa. d. 120. per tot. p. 487. & d. 121. pag. 491
Effectus subsecutus operatur interpretationem cujuslibet dispositionis. 19. 3. 33
Effectuatio in parte facit præsumi in totum. 57. 20. 265
Electi in concordia an & quando possint administrare ante confirmationem. A. 415
Enunciativa simplex non tollit exemptionem præcedentem. 9. 18. 35
Enunciativa non probat, ubi principaliter quæritur de enunciato. 9. 22. 35
Fallit si essent plures à diversis personis emanatæ, & antiquissimæ. 10. 10. 40
Enunciativæ plures diversis temporibus & scripturis emanatæ, vim famæ habent, & concludenter probant. 18. 1. 75
Maximæ si sint antiquissimæ & adminiculatæ. 28. 1. & 3. 139
Enunciativæ Episcopi habentes relationem ad constitutiones rejectas non præjudicant successori. 18. 29. 79
Enunciativæ modernæ & ad supplicationem partis emanatæ nihil probant. 19. 22. 85
Contrarii in antiquissimis. 45. 26. 206
Enunciativæ inconsulto emissæ nihil probant. 19. 24. 85
Enunciativis Papæ & Cardinalium standum est donec contrarium probetur. 39. 4. 139
Enunciativæ etiam à Papa emissæ ad supplicationem partis, nihil probant 30. 17. 146
Enunciativa Papæ in facto proprio probat. 36. 15. 170
Enunciativæ Pontificum probant exemptionem 42. 12. & 15. 191
Enunciativa Papæ probat situationem si sit antiqua. 128. 1. 516
Episcopus est caput Ecclesiæ Cathedralis etiam regularis. 1. n. 1. 5
Episcopus præsumitur habere jurisdictionem in sua diœcesi. 3. 4. 17
Episcopus manet diœcesanus, etsi Abbas habeat cumulativam jurisdictionem. 3. 7. 17
Episcopo ea omnia reservata censentur, quæ expressè ademptа non sunt. 9. 5. 33
Episcopus nullum jus acquirit si processerit uti delegatus. 9. 25. 36
Episcopo quæ jura competant in Ecclesiis suæ diœcesis. A. 71
Episcopus potest jura Episcopalia ex justa causa alteri concedere per modum vicariæ perpetuæ. A. 71
Episcopus an possit exemptis remittere jus delegatum quod habet ex Concilio Tridentino ibid.
Episcopus non potest aliquam Ecclesiam in totum eximere. A. 72
Episcopi acquiescentia non sufficit ad hoc, ut per sententiam vel præscriptionem præjudicetur Ecclesiæ. A. 73
Episcopus vicinior fundat jurisdictionem suam

ſuam in locis nullius diæceſis. 18.8. 77
Epiſcopo debetur manutentio ex juris aſſiſtentia etiam non probata poſſeſſione ibid. n. 9. & d. 20. n. 2. p. 88. d. 33. nu. 3. p. 155. d. 67. n. 6. p. 306
Epiſcopo non datur manutentio quando juris aſſiſtentia redditur turbida, niſi ſimul concurrant actus poſſeſſorii. d. 20. n. 4. p. 88. d. 35. n. 8. p. 155. d. 34. n. 11. 160
Epiſcopo ut competat juriſdictio in aliquo loco ſufficit probare illius exiſtentiam intra fines ſuæ diæceſis. 22. 24. 103
Epiſcopus poteſt reſidere in quacunque parte diæceſis. 21. 2. 93
Epiſcopus licet pluribus præſit Eccleſiis, tamen dicitur unus paſtor. 21. 3. 92
Epiſcopus poteſt tenere tribunal in una diæceſi, ſi duæ fuerint ſimul unitæ. A. 301. & dec. 66. n. 1. & ſeqq. p. 302
Epiſcopi confeſſio voluntaria contra Eccleſiam nihil probat. 21. 13. 95
Epiſcopus non tenetur conſtituere vicarium generalem, ſed eſt ad ejus libitum, 21. 19 96
Epiſcopus poteſt nomine Eccleſiæ à propria tranſactione recedere. 22. 18. 103
Epiſcopus quando dicatur agere nomine Eccleſiæ. ibid. n. 20.
Epiſcopus habet intentionem fundatam ſuper perceptione decimarum pro ſua portione canonica. 25. 1. 120
Epiſcopus manutenetur donec inferior plenè probaverit ſuam juriſdictionem. 39. 1. 178
Fallit ſi inferior ſimul adducat privilegiũ & poſſeſſionem. A. p. 130. & dec. 76. n. 3. & ſeqq. p. 342. & d. 91. n. 3. & 5. p. 387
Epiſcopus habet jus viſitandi omnes Eccleſias ſuæ diæceſis. 29. 11. 140
Epiſcopus habet ordinariam juriſdictionẽ in quibuſcunque cauſis. 32. 1. 151
Epiſcopi ſcientia & patientia requiritur ut alius contra ejus juriſdictionem præſcribat. 33. 14. 156
Epiſcopo non datur manutentio quando exempti oſtendunt privilegium & poſſeſſionem. d. 34. n. 3. p. 159. Declara ut d. 74. n. 2. & 3. 334
Epiſcopus tenetur docere loca eſſe intra ſuam diæceſin. A. 165
Declara quando contra Epiſcopum allegatur exemptio totalis, non etiam quando ſimplex exemptio tantum adducitur. ibid. 166
Epiſcopus non debet privari ſua poſſeſſione ex ſola privilegii oſtenſione. 40. 7. 182
Epiſcopus habet in ſua diæceſi univerſalem juriſdictionem. 40. 11. 183
Epiſcopus non habet aſſiſtentiam juris in loco exempto. 41. 8. 186
Epiſcopalia jura an poſſint præſcribi. 27. 12. 154
Epiſcopus non obligatur tenere librum in quo deſcribat matrimonia, coram ſe contracta. 47. 20. 221
Epiſcopus in ſua diæceſi dicitur parochus, & poteſt uti talis aſſiſtere matrimoniis contrahendis. 49. 25. & ſeqq. 222
Epiſcopus an poſſit aſſiſtere matrimonio contrahendo in loco exempto ſine licentia Parochi illius loci. ib. n. 29. & 30
Epiſcopus non poteſt in loco exempto tribunal erigere, niſi in caſibus quibus in ipſum locum juriſdictionem habet. 67. 1. & ſeqq. 305

Episcopus non habet jurisdictionem in Academiis publicis Pontificia vel Regia auctoritate erectis. 49.2. 231
Episcopus & Vicarius faciunt idem tribunal. 50.15 237
Episcopus an abdicare possit à se jurisdictionem quoad Ecclesiam nondum constructam. 52.12. 246
Episcopus in visitatione non potest præjudicare juribus Capituli sine illius scientia. 56.7. 262
Episcopus visitat Ecclesias exemptas tanquam delegatus Sedis Apost. ibid. n.9.
Episcopus ubi jus reddere teneatur. 66.1. & seqq. 302
Episcopus non potest cogi accedere ad locum litigii, vel alium ibi delegare, quamvis diœcesis sit ampla. 66.9. & 10. 303
Episcopus solus corrigit excessus Capitularium ubi omnes deliquerunt. 81.1. & seqq. 360
Item solus corrigit Clericum concubinarium. 82. n.5. 362
Episcopus potest Pontificaliter celebrare in Ecclesiis regularium suæ diœcesis, quamvis exemptis. d.100.n.5. p.428. & d.124.n.3. 504
Episcopus habet jurisdictionem privativè in Monachos, quando in causis criminalibus proceditur in forma judicii. 109. 1. & per tot. 459
Episcopus sine Capitulo non potest jura Ecclesiæ donare aut exemptionem dare. 117.4. 478
Episcopus habet fundatam intentionem contra Archipresbyterum. 125. 1. & seq. 507
Error cõmunis excusat à pœna. 63.9. 290
Error justus excusat à pœna, non tamen à nullitate actus. 64.39. 297
Error justus esse non potest, ubi est observantia in contrarium. ibid. n.51.
Exceptio firmat regulam in non exceptis 1.n.4.p.6.d.50.n.17.p.237.d.88.nu.6. p.378
Exceptio concernens favorem unius, non potest ab alio opponi. 19.4. 83
Exceptiones requirentes discussionem rejiciuntur ad petitorium. 24.10. 116
Exceptio non operatur in his, quæ sunt extra regulam. 50.19. 237
Executor merus etiam abstinet ab executione sententiæ notoriè injustæ. 116.2. 475
Exemptio à quorum jurisdictione liberet. A. 3
Exemptio non semper requirit immediatam subjectionem Sedis Apostol. ibid.
Exemptio personarum non facit locum exemptum. 3.5. 17
Exemptio est triplex, realis, personalis, & mixta. A. 22
Exemptio realis transit ad quoscunque successores in ipsa re. ibid.
Exemptio mixta nec loco sine persona nec personæ sine loco competit. A. 23
Exemptio personalis non extenditur ad realem nec econtra. A. 107
Exemptio alia est plena & absoluta, alia simplex & ordinaria. A. 24
Exemptio simplex differt à dismembratione. 10.7. 40
Exemptio decimarum realis prodest colonis, secus si est personalis. 6. per tot. 24
Exemptio inducitur, si Papa sibi soli Ecclesiam reservavit & sub sua protectione susce-

susceptit. 8.1. & 2. 29
Intellige si receptio sub protectione sit specialis. 34.5. 159
Exemptio inducitur si in privilegio dicatur, monasterium & monachos excommunicari & interdici non posse nisi per Papam. 8. 5. 29
Item si ex privilegio monachi possint Episcopalia recipere à quocunque Episcopo ibid. n. 6.
Exemptio valet non factâ mentione de jure Episcopi. 8.n.4.p.29.& d.93.n.2.393
Exemptio concessa monasterio, capellis & tenimentis dicitur realis. 8.10. 30
Exemptio probatur ex privilegio Pontificis. d.9.n.1.p.32.d.93.n.1. p.393
Exemptio Ecclesiæ non tollitur per collationem factam cum enunciativa subjectionis. 9.21. 35
Exemptio omnimoda ex quibus desumitur. 15.1. 14
Exemptio concessa ex una parte non arguit ad aliam. 15.16. 56
Eximere in totum & plenam libertatem concedere solius Papæ est. A. 72
Exemptio purè personalis locum habet etiam in tribus casibus delicti, contractus & rei sitæ. A. 107
Exemptio à jurisdictione non continet exemptionem à decimis, nisi sit plenaria ibid.
Exemptio à decimis in dubio intelligitur de extraordinariis & temporalibus, non de ordinariis & spiritualibus. A. pag. 108.& d.24.nu.22.p.117. d.25.num.7. p.131
Exemptio generalis non comprehendit exemptionem à visitatione d. 29. n.22. 142
An comprehendat curam animarum. A. 108
Exemptionis privilegium extenditur, si alioquin foret inutile. Ibid.
Exemptio concessa ex titulo oneroso est largè interpretanda. A. 108
Fallit si causa onerosa aliundè compensetur. 25.10. 121
Exemptio est de sui natura præjudicialis. 23.3. 110
Exemptio à decimis requirit specialem derogationem *cap. nuper.* 24.19. 117
Non solet concedi nisi cum difficultate. Ibid.n.23.& d.25.n.13. 122
Fallit in decimis novalium, maximè si concurrat publica utilitas. 26.19. 126
Exemptio decimarum antiquarum non dicitur subreptitia ob non factam mentionem possessoris. d.23.n.1.p.110.d.43. n.2.p. 197
Amplia quamvis possideantur ab aliquo jure speciali. 23.n.6.& 7. 111
Fallit in decimis novalium & aliis casibus, de quibus ibid.n 4.9 & 10. 112
Exemptio generalis & absoluta comprehendit decimas spirituales. 26.4. 125
Exemptio decimarum comprehendit spirituales, quandò non apparet ex illis tertis solvi alias decimas. 26.10. 126
Exemptio decimarum non requirit derogationem *cap. nuper.* quandò de illis bonis nunquam decimæ solvi consueverunt. 26.32. 128
Exemptio decimarum intelligitur de his quæ jure communi solvuntur, non quæ jure speciali. 84.1. 367

Exem-

Exemptio eſt concludenter probanda, ſi de ea principaliter quæritur, ſecus ſi incidenter, A. pag. 324. & dec. 2. n. 1. & 2. p. 326
Exemptio an poſſit acquiri præſcriptione A. 129
Exemptio ſimplex non conſtituit locum extra diæceſin. 27. 3. 132
Exemptio præſupponit exiſtentiam in diæceſi. 40. 1. 181
Exemptionis quaſi poſſeſſio non acquiritur ubi nulla fuit contradictio. 40. 8. 182
Exemptio generalis generaliter intelligitur, nec reſtringitur per caſuum expreſſionem. 42. 9. 190
Exemptio putè perſonalis indefinitè conceſſa eſt univerſalis reſpectu omnium locorum A. 207
Realis & mixta ſemper intelligitur cum præſervatione trium caſuum. 46. 1. & ſeqq. 211
Exemptio ubi eſt reſtricta ad certam ſpeciem juriſdictionis, an intret *capit. volentes de privil. lib. 6.* dec. 46. n. 19. & 20. p. 212
Exemptus exhibens titulum & poſſeſſionem, eſt manutenendus contra Epiſcopum. 35. 1. 162
Amplia quod non eſt neceſſaria poſſeſſio quadragenaria, niſi titulus exhibitus egeat præſcriptione ibid. n. 4. & 5.
Exemptus dicitur qui eſt receptus ſub protectione Sedis Apoſtolicæ 35. 7. 163
Exemptionis privilegium non ſufficit ad manutentionem, niſi concurrat poſſeſſio. 40. 4. 181
Exemptio ex quibus probetur. 41. n. 1. & ſeqq. 184
Eximere ſolet Papa ſubditos à juriſdictione Epiſcopi propter litem inter eundem & ſubditos. d. 4. n. 3. p. 19. declara ut in dec. 5. n. 9. 11
Exemptio tribui ſolet propter ſævitiam ſuperioris, d. 4. num. 4 pag. 19. d. 5. num. 6 11
Exemptio à juriſdictione Ordinarii non comprehendit curam animarum. 47. 30. 222
Exemptus ab Ordinario reſpectu unius qualitatis ſubeſt eidem reſpectu alterius. 70. 1. 316
Exemptio plena liberat à jure reverentiali. 42. 19. 192
Exemptus actor non poteſt reum trahere ad ſuum forum. A. 207
Amplia quamvis agat ex l. diffamari, niſi pro eo concurrat poſſeſſio. Ibid. 208
Exempti an poſſint expreſsè vel tacitè renunciare ſuæ exemptioni. A. pag. 309. & dec. 69. n. 23. p. 314. d. 70. n. 7. p. 317. d. 93. num. 4. pag. 393. d. 96. per tot. 405
Exemptus ex privilegio an & quatenus manuteneri debeat contra Epiſcopum. dec. 74. num. 2. & 3. p. 334. d. 76. n. 5. p. 342.
Exemptio plena Monaſterii ex quibus probetur. 99. 3. & ſeqq. 421
Exemptio Eccleſiæ principalis derivatur ad membra. 100. 1. 427
Exempti non poſſunt ab Ordinario excommunicari prætextu inobedientiæ. 104. 2. 444
Exempti non poſſunt renunciare juri exemptionis. 97. 20. & ſeq. 412

In

In expectativis & mandatis de providendo quod tempus inspiciatur. 95.4. 402
Expensæ & onera extra victum & vestitum deducenda sunt ad probandam Monasterii abundantiam. 92.7. 390
Expressio alicujus rei quid denotet in non expressis. 15.12. 55
Extravagans *ambitiosæ* an hodie sit in usu. A. 414

F.

Factum majoris partis non præjudicat in his, quæ tangunt omnes uti singulos. 96.18. 408
Facta particularium non præjudicant juri publico. 16.37. 62
Maximè non datâ scientiâ & patientiâ aliorum. 17.38. 70
Facultas nominandi ad beneficia non trahitur ad noviter erecta. 95.6. 402
Falsitatis omnem occasionem tollunt adminicula. 46.29. 214
Famæ probatio non admittitur in his quæ habent præsumptionem juris contra se. dec. 69.n.16.p.313. vel quandò est aliquid in contrarium elidens famam. lb. n.17.
Familiares exemptorum perpetui sunt exempti, non etiam temporales. A. 233
Fallit in casibus enumeratis. Ibid.
Familiares Papæ & Cardinalium qui & quales gaudeant exemptione. A. 234
Familia Principis non convenitur coram Ordinario, sed coram Magistro domus. 50.4. 236
An id locum habeat in familiaribus Principum inferiorum. 51.1. & per tot. 239
Familiaritas Cardinalis non extinguitur, ideò quod familiaris habeat Ecclesiam curatam extra curiam. 54.15. 253
Familiares familiarium Principis an sint familiares ipsius Principis. lb. n.19. 254
Favori mixto id est, proprio & alterius nemo potest renunciare. 96.7 406
Fides & attestationes simplices nullam faciunt probationem. 9.27. 36
Fides extrajudiciales procuratæ lite pendente & sine partis citatione non probant. 64.14. 285
Filius vel filia tenetur probare aditionem hæreditatis maternæ. 46.49. 217
Fiscus successor privati utitur privilegiis suis quoad tempus futurum. A 225
Fiscum habent Episcopi. A. p. 467. & d. 113. per tot. 468
Forma certa ubi præscribitur, non potest omitti sine actus destructione. 2.25. 13
Fratres servitæ & omnes sorores tertiariæ & oblatæ eximuntur ab Ordinariis. 35. 6. 163
Fructus præsumuntur percepti à vero & corporali possessore 46.33. 214
Fructus veniunt à die mortis. Ibid. n. 34
Fructus dotis à marito percipi non possunt, si non sustineat onera matrimonii. 46.39. 215
Fundationis initium multum facit ad ostendendum primævum statum Ecclesiæ. 42.6. 190

G.

Generi per speciem quandò derogetur. 15. 14. 55
Gratia dicitur subreptitia dum non fuit narratum Principi id, quod eum reddidisset difficiliorem. 2.32. 14

Gratia Principis non fit nisi supplicanti. 16. 17. 59
Gratiæ de sui natura præjudiciales non indigẽt derogatione juris quæsiti. 44.5.199
Gratia dicitur supreptitia non factâ narratione juris tertii. 57.25. 266
Gratia perficitur ex sola signatura Papæ. 63.12. 290
Gratia principali corruente ettam clausulæ accessoriæ corruunt. 112.9. 466

H.

Verbum *Habet* quandòque est præsentis significativum, quandoque præteriti suppositivum. 19.17. 85
Hæres tenetur servare factum defuncti. 46.38. 215
Hæreditas Clerici licet deveniat in Laicum, non tamen cadit sub dispositione statuti laicalis. 48.11. 228
Hospitale erectum sine auctoritate Episcopi non est sub jurisdictione illius, nisi tanquam executoris piarum voluntatum. A. 241
Potest tamen ex Concilio Trid. visitari tanquam à delegato. 52.16. 246
Hospitali Ecclesiastica subsunt Episcopo, nisi doceant de exemptione. A. 242
Fallit in hospitalibus ordinum militarium. Ibid.
Hospitalia etiam exempta possunt hodie visitari ab Episcopo. Ibid.
Fallit ũ sint sub immediata Regum protectione. Ibid.
Item si in limine fundationis aliter cautum sit. Ibid.
Hospitalũ administratores tenentur reddere rationem Episcopo. A. 243
Hospitale habetur pro persona. 52.7. 245
Hospitale erectum cum auctoritate Episcopi dicitur Ecclesiasticum. Ib. n. 11.
Hypotheca limitata ad tempus solutionis non retrotrahitur ad diem promissionis. 46.45. 216

I.

Illativa dictio ea propter inducit dispositionem. 42.13. 191
Imẽmorabilis excluditur eo ipso quod cõstat de initio. d. 7. n. 3. p. 26. d. 18. n. 14. 77
Immemorabilis quomodo concludatur, & qualiter testes debeant super ea deponere. 18.11. 77
Immemorabilis quandò non possit per testes probari 19.10. 84
Immemorabilis interrumpitur ex solo rumore in contrarium. 19.12. 84
Et ex unico actu in contrarium. 21.8. 94
Immemorabilis ut suffragetur debet esse approbata per tres sententias conformes. d. 19. n. 16. p. 84. d. 22. n. 33. p. 105
Declarationes Sac. Congregationis ad hunc effectum non habent vim sententiæ. 20.10. 90
Immemorabilis potest tribuere jurisdictionem inferiori in territorio superioris. 22.26. 103
Immemorabilis in materia jurisdictionis contra Episcopum evertitur, si constat de actibus jurisdictionis interim exercitis. d. 22. n. 34. p. 105. d. 32. n. 7. 152
Immemorabilis excluditur per actus contrarios. 27.13. 134
Immunitate Ecclesiæ quinam non gaudeant. A. 453
Inclusio unius nõ est alterius exclusio, quãdò illud includitur alio mod. 015.13. 55
Indulgentias concedere denotat potestatem Episcopalem. 99.21. 424

In-

Inhibitio præsumitur posterior ad effectum sustinendi actum, quamviseadem die fuerit præsentata. 49.11. 232
Inhibitio non habentis jurisdictionem nihil operatur. Ib. n. 12. 233
Inhibitio facienda est pro tuenda jurisdictione & securitate partium. 65.14. 300
Instantia cœpta contra Laicum non transit in Clericum. 108.9. 457
Institutio hæredis facta sub conditione deficiente illa deficit, & fit locus substitutioni. 2.38. 15
Instrumenta adinvicem adminiculantur & fomentum recipiunt. 57.2. 264
Interpretatio ea semper capienda est, ut absurdum evitetur. 36.14. 169
Interpretatio non requiritur ubi nulla est dubietas verborum. 37.7. 173
Judex inferior in loco ubi Princeps habitat, non dicitur habere territorium separatum. 51.8. 240
Judicibus censetur adempta jurisdictio per deputationem novorum judicum. 51.19. 241
Judex notoriè injustè procedens dicitur spoliare. 82.8. 363
Juramentum intelligi debet secundùm intentionem ejus cui juratur. A. 347
Juramentum quandò habeat vim litis cõtestatæ. 108.10. 457
Jurisdictio probatur per annuas solutiones. 3.1. 16
Jurisdictio in spiritualibus & temporalibus probatur ex concessionibus & privilegiis à Sede Apostolica confirmatis. 10.5. 39
Item ex antiqua sententia. Ib. n. 4
Jurisdictio universalis conservatur per minimum actum. 22. 35. 105
Jurisdictio temporalis non infert ad spiritualem. 29.9. 140
Jurisdictio Episcopi non præscribitur per actus factos nomine Episcopi. 31. 6. 152
Jurisdictionis exercitium infertur ex ordinationibus factis, dec. 34. 8. 159
Jurisdictio censetur data cumulativè, non privativè ad ordinarium. 52. 5. 245
Fallit ut ibi n. 6. & 17.
Jurisdictio firmatur per citationem ad dicendum contra commissionem. 59. 1. 272
Jurisdictio inferiorum satis agnoscitur, dum ab ipsis appellationes admittuntur 61.18. 283
Jurisdictio arguitur ex actibus jurisdictionalibus. d. 69. n. 19 p. 314. d. 75. n. 14. 340
Jurisdictio Episcopi probatur ex Brevi Apostolico. 75.5. 338
Jurisdictionis appellatione venit tam civilis, quàm criminalis. 99.5. 421
Jurisdictio totalis quãdò dicatur sufficiẽter præscripta vel non, 133.22. & seq. 536
Juris assistentiam habens manutenendus est interim dum cognoscitur de privilegio vel præscriptione. 33.16. & 23. 156
assistentiam habens pro se diciturhaere intentionem fundatam. 50.3. 235
Jus tertii allegari non potest etiam excipiendo, quoties pars ipsa non allegat. 57. 13. 265
Jus dicitur quæsitum ex sola signatura

Papæ etiam non expeditis litteris. 63.11. 290
Juribus ritè extractis de liberis capitulatibus, plena fides datur contra ipsum Capitulum. 72.14. 327
Jurium recognitio quando sit necessaria vel non. 72.15.& 16. 328
Reg. de Jure quæsito præservat etiam jus ex privilegio. 83.5. 365
Item habet locum in jure exemptionis maximè si sit ex causa onerosa. 112. 1. 465
Jus patronatus de jure communi non competit, nisi ex fundatione, dotatione, vel totali refectione. 82.1. 369
Jus patronatus quando dicatur causa onerosa. ibid. n. 2.
Jus patronatus non amittitur ex mutatione status Ecclesiæ. 95.11. 403

L.

Laudemium de jure communi non solvitur nisi ad rationem duorum procentenario. 16.24.& 26. 60
An valeat consuetudo solvendi majus laudemium. 17.34. 68
Legatus an concurrat cum ordinario in casibus specialibus à Concilio Tridentino eidem attributis. A. 307
Legati Apostolici hodie sunt judices exemptorum vigore specialium facultatum. ibid.
Legatus an & qualiter possit derogare privilegio concesso per Papam. A. pag. 370. & dec. 86. num. 1. p. 372. d. 81. n. 1. 374
Legati assertioni statur dum agitur de revocanda unione gratiosa. 86.5. 372
Leges sufficienter promulgatæ obligant sine populi acceptatione. 62.3. 28
Leprosi communiter viventes sunt exempti à decimis. 14.2. 50
Libri Cameræ probant situationem Ecclesiæ. 127.7. 515
Lite pendente inter Superiorem & subditum, suspenditur jurisdictio Superioris quoad illam causam. 5.2. 21
Lites motæ excludunt pacificam possessionem. 75.3. 337
Lis super actu particulari an & quando reddat litigiosum totum jus universale. ibid. n. 10.
Litteræ Apostolicæ justificatæ habent paratam executionem. 94.1. 397
Locum esse potius in una quàm alia diæcesi quomodo probetur. 19.3. 83
Locus exemptus quando constituat territorium separatum. 27.7. 133
Loca esse intra fines probatur ex pluribus signis simul junctis. 35.1. 154
Locus exemptus quoad jurisdictionem æquiparatur loco existenti extra diæcesin. 41.8. 186
Locus quilibet præsumitur esse in aliqua diæcesi. A. 511
Locum esse in aliqua diæcesi quibus signis probetur. 127. per tot. 513

M.

Magnus Magister religionis Hierosolymitanæ dicitur supremus Princeps. 50. 11. 236
Ejus familia an habeat privilegium. *leg. Cubicularios C. de præpos. sac. cubic.* ibid. & dec. 51. per tot.
Mandatum speciale requiritur ubi agitur de actu præjudiciali. 9.14. 34

Mandatum ex impensa præsumitur. 25. 19. 122
Mandatum superveniens ratificat ejus gesta datâ scientiâ principalis. 79. 12. 354
Mandatum in antiquis præsumitur. 86. 6. 372
Manutentio datur ex sola juris assistentia. 40. 2. 181
Manutentio non tradit possessionem sed traditam declarat & confirmat. 46. 32. 214
Manutentio danda est ei qui exhibet privilegium simul & possessionem. 70. 2. 316
Potest tamen ordinario etiam dari cumulativè, si apparet de ejus possessione. ibid. n. 6.
Manutentio datur ad terminos privilegii & possessionis. A. 332
Manutentio non datur Abbati in possessione approbandi confessarios. 114. 4. 470
Matrimonium post dispensationem de novo contractum convalescit ex nunc. 47. 8. 220
Matrimonium potest probari per testes. 47. 12 & 17. 221
Matrimonii præsumptio coadjuvatur ex longa cohabitatione conjugum. ibid. num. 16.
Matrimonium potest contrahi coram Episcopo, etsi in dispensatione Apostolica dictum esset ut contraheretur coram Parocho. 47. 22 222
Matrimonium incidenter in judicium deductum non eget plena probatione. 72. 3. 326
de Mente Principis ubi constat, parum curatur de verbis. 17. 19. 67
Mentales restrictiones illicitæ. A. 347
Metus reverentialis in materia matrimonii excluditur ex longa cohabitatione. 47. 31. 223
Milites Hierosolymitani sunt verè religiosi, nec habent testamenti factionem 89. 1. & 2. 379
Monachorum delicta qualiter & à quo puniantur. 109. 7. & seq. 459
Monachorum & Monialium receptio ad quos spectet. 35. 16. 164
Monachus incorrigibilis, an & quando possit ejici è monasterio. 97. 11. 411
Monachus non redditur testabilis, eo quod habitet extra clastrum, nec quod fiat Episcopus. 89. 4. & 5. 380
Monasterium esse plenè subjectum Abbati quomodo probetur. 99. 17. & seq. 423
Monasterium ab initio fundationis susceptum sub tuitione Sedis Apostolicæ, ab initio censetur exemptū. 42. 3. & 4. 189
Moniales Tertii Ord. S. Francisci, earumq; bona quando sint exempta à decimis & collectis. 92. 1. & seqq. 389
Moniales non probantur esse divites ex eo quod ædificaverint, vel quod aliquas sine dote receperint. 92. 5. 390
Moniales S. Claræ sunt exemptæ ab Ordinario. 97. 2. 409
Monialis translata ad aliud monasterium quando desinat esse filia primi monasterii. 119. per tot. 483
Mutato statu Ecclesiarum, mutatur jus & ejus effectus. 44. 7. 199
Fallit si jus antiquum & privilegium est

compatibile cũ ſtatu mutato. 95. 10. 403
Moniales ſubjectæ regularibus non poſſunt inconſulta Sede Apoſtolia alterius gubernio ſe ſubmittere. 97. 6. 411
Moniales incorrigibiles, non ſunt ejiciendæ, ſed ad alium conventum transferendæ. 97. 17. 412

N.

Negativa non cadit ſub ſenſum, niſi ſit coarctata, vel conjuncta ſenſui per remotionem. 69. 9. & 10. 313
Negativa ſatis eſt quod coarctetur virtualiter. 92. 3. 390
dictio Niſi præcedente negativa affirmat in exceptis. 62. 1. 285
Notarii error non præjudicat parti. 21. 30. 97
Notarii & nuncii relationi quando ſtetur. 104. 4. & ſeqq. 444
Nullitatem actus non cenſetur lex convalidare ex eo quod pœnam ſuperaddat. 2. 26. 13
Nullitas deducitur ex defectu citationis. 49. 1. 231
Nullitas ſententiæ opponi poteſt uſque ad 30. Annos. 108. 12 458
dictio Nulli quid importet. 15. 6. 55

O.

Oblati religionis Hieroſolymitanæ non gaudent exẽptione à decimis. 24. 17. 117
Oblatio quando tribuat exemptionem. 35. 11. 163
Oblatum efficitur illius Eccleſiæ cui offertur. 42. 2. 189
Oblati religionum ut gaudeant privilegiis hodie debent eſſe actu ſervientes. A. 224
Obſervantia exemptionis ex quibus locis probetur. 8. 9. 30
Obſervantia debet eſſe pacifica & continua. 9. 28 36
Obſervantia privilegii probatur ex ſubſecutis ſolutionibus ad formam illius. ib. n. 29.
Obſervantia declarat conceſſiones & privilegia. 10. 17. 43
Maximè ſi eſt proxima conceſſioni. 26. 11. 126
Obſervantia præſcripta tempore motæ litis non amplius interrumpitur. 10. 25. 45
Obſervantia dat robur ſcripturæ informi. d. 29. n. 20. p. 141. d. 57. n. 4. p. 264
Obſervantia interpretativa locum non habet in claris. 37. 10. 274
Obſervantia non deducitur ex actibus contradictis. ib. n. 14. 175
Obſevantia requirit ſcientiam & patientiam ejus qui poteſt contradicere. ibid. num. 17.
Obſervantia debet probari in ſpeciali caſu de quo agitur. d. 45. n. 31. p. 207. d. 66. n. 15. p. 303
Obſervantia habet vim tituli ad præſcribendum. 49. 6. 232
Obſervantia conſtitutionis quomodo probetur. 64. 6. 294
Obſervantia interpretativa debet eſſe proxima non remota. 69, 1. 311
Obſervantia præſumitur ſecuta ex præambulo titulo. 73. 11. 332
Obſervantia 40. annorum facit præſumi omnia adimpleta. 85. 7. 370
Officiales curiæ habent privilegium Eugenianæ & jus revocandi domum, ſi in par-

partibus conveniantur. A. 229
dictio Omnis est universalis & nihil excludit. 45.19. 205
dictio Omnimoda excludit alterius personæ concursum. 49.5. 232
Ordinarii nomine quis veniat. A. p. 5. & d. 2. n. 15. p. 12
Ordinarii nomen quando ad solos Episcopos referatur. 94 9. 398
Ordinarii exercent jurisdictionem suam in omnes subditos etiam invitos. 21.1. 92
Ordinario reservatum cesetur, quidquid expresse ademptum non est. 29.25. 142
Ordinarii habent intentionem fundatam de jure communi etiam in monasteriis suæ diœcesis. 34.1. 158
Ordinarius fundat intentionem suam tam in omni parte diœcesis antiquæ, quam de novo erectæ. A. 165
Ordinarius in dubio præsumitur feciſſe actum jure suo ordinario. 69.24. 215
Ordinarius ex uno actu constituitur in quasi possessione totius jurisdictionis. 40.6. 181
Ordinario non est inhibendum interim dum cognoscitur de privilegiis exemptionum. 65.1. 299
Ordinarius quando dicatur processisse utpii operis executos. 65.10. 300
Ordinarius non potest erigere tribunal in locis exemptis etiam in actu visitationis. A. 301
Ordinarius habet jurisdictionem etiam in Ecclesiis juris patronatus regii. 94.17. 399
Ordinarius an puniat exemptos in casibus quibus jurisdictionem in eos habet. A. 442
Ordines minores & dimissorias concedere hodie non possunt Abbates etiam exempti, nisi suis subditis Regularibus. A. 415

P.

Papa triplicem gerit personam. A. 6
Papa non præsumitur alterare statum Ecclesiæ. 9. 21. 35
Papa non præsumitur voluisse privare Episcopum sua jurisdictione locali. 15.5. 55
Papa solus plenam exemptionem concedere potest. A. 72
Solus territo. ia separat. d. 18. n. 10. pag. 77. d. 29. n. 10. p. 140. d. 30. n. 6. 145
Papa circa ea quæ sunt juris non errat. 54. 23. 254
Papa non censetur velle sibi & successoribus manus ligare velle. 59.27 275
Papa præsumitur ignorare jura specialia partium. 84.4. 367
Papa potest revocare privilegia concessa cum consilio Cardinalium, sine novo eorundem consilio. 90.4. 383
Papa præsumitur factum ignorare. 90.8. 384.
Papa non potest dare in ordinato licentiam ordinandi. 98.6. 418
Parocho debentur decimæ de omnibus bonis intra limites suæ parochiæ existentibus. 25.2. 120
Parochus debet habere librum in quo describat matrimonia. 47.10. 221
Parochi incuria non debet præjudicare conjugibus. 47.22 221
Parochialis monasterio annexa non providetur per concursum, 122.13. & seqq. 499

Parochialem esse de mensâ Abbatiæ ex quibus signis probetur. 123. per tot. 501
Pars considerari non potest nisi respectu totius. 27. 9. 134
Pēsio super collegiata nō extinguitur per ejus erectionē in Cathedralem. 95. 9. 403
Perjurus non est audiendus. 22. 11. & 12. 102
Fallit si absolutio prævenerit perjurii incursum. Ib. n. 15.
Personarum appellatione non venit collegium vel universitas. 81. 3 360
Pertinentiarum appellatione quid veniat. 10. 14. 42
Verbum Pertinere quam vim habeat. Ib. n. 15.
Planta confecta lite pendente & sine partis citatione nullam probationem facit. 29. 31. 143
Pœna superaddita non tollit nullitatem actus. 2. 26. 13
Pœna est amittere jus suum. 63. 10. 290
Pontificalia in aliena diœcesi exercere non licet. 99. 11. 422
Possessio inferioris contra Episcopum non relevat, nisi probatâ immemorabili. 20. 6. & 7. 89
Possessor lite pendente non est privandus suâ possessione. 24. 9. 116
Possessio decimarum quomodò per testes probetur. Ibid. n. 12. & 13.
Possessio valida non acquiritur ex actibus contradictis. 34. 14. 160
Possessio interrūpitur ex lite mota. 75. 3. 337
Possessio totius conservatur per actum minimum. 34. 15. 160
Possessio exemptionis non acquiritur sine scientia & patientia Episcopi. 35. 13. 163
Fallit si adsit alius titulus. 75. 14. 339
Possessio Prælati antecessoris juvat successorem. 38. 2. 177
Possessio interrupta nullum jus tribuit. 71. 13. 327
Possessio visitandi unum membrum Abbatiæ operatur quoad totam Abbatiam. 38. 3. 177
Possessio ex uno actu acquiritur quoad omnia quandò nemo alius est in possessione. 40. 6. 181
Possessio non quælibet infert ad perceptionem fructuum, maximè si sit instrumentalis. 46. 30. & 31. 214
Possessionis acquisitio fit animo & facto, dimissio etiam solo animo. 55. 8. 256
Possessio præsumitur continuata usque ad obitum. 55. 15. 257
Possessio defuncti quæ & quandò possit in hæredem continuari. 69. 2. 309
Possessio cui jus assistit est manutenenda, non illa cui jus resistit. 75. 12. 340
Possessio jurisdictionis probatur ex actibus positivis. 76. 12. 343
Possessio jurisdictionis an quæratur ex unico actu. 80. 3. 358
Prælato Ecclesiæ regularis censetur jurisdictio data privativè. 15. 7. 55
Prælatus potest nomine Ecclesiæ revocare actum à seipso gestum. A. 73
Prælatus potest contravenire suæ confessioni in præjudicium Ecclesiæ emissæ. 19. 26. 86
Prælati negligentia an noceat Ecclesiæ. 30. 20. 146
Præscriptio adversus privilegium exemptionis decimarum quanti temporis esse debeat. 7. 6. & 7. 27

De

de Præscriptione quadragenaria testes deponentes debent subducere tempus motæ litis, ibid.num.8.
Præscriptio centenaria an sufficiat ad separationem territorii, 18.17. 78
Præscriptio an currat in facultativis 21.22. & seqq. 96.
de Præscriptione an detrahatur tempus vitæ prælati qui titulum præbuit præscriptioni. A. 130
Præscriptio quadragenaria non admittitur sine titulo. 133.24. 536
Præscriptio quadragenaria sufficit contra Ecclesiam 92.8. 390.
Præscriptio quadragenaria cum titulo & bonâ fide operatur contra jus 30. 2. 145
Ampl. etiamsi titulus esset putativus 31 2.& 3. 148
Præscriptionis interruptio facta quoad unam partem, nocet quoad totum, 30 21. 146
Præscriptio quadragenaria in jurisdictionalibus sufficit etiam contra Episcopum, 49. 7. & 8. 232
Præscriptio non currit in facultativis nisi concurrat prohibitio & acquiescentia, 61.15. 282
Præscriptio centenaria requiritur contra Regulares, 61.17. 283
Præscriptio contra Constitutiones principis non inducitur, nisi sit rationabilis & quadragenaria, 62. 5. 286
Præscriptio non inducitur stante malâ fide, ibid. n. 7.
Præscriptio non currit durante lite, 76 17. 344
Præses duarum Provinciarum residendo in unâ potest exercere jurisdictionem in omnes, 21.14. 93
Præsentia partium ex quibus probetur, 79 3. & 4. 353
Princeps inferior in suo palatio dici potest imperator 51.13. 240
Princeps superiorem recognoscens respectu subditorum potest omnia, quæ possunt alii principes, 51. 17. 241
Privilegium reale de non solvendis decimis prodest colonis, 6. per tot. 24
Privilegium mixtum seu personale pro rebus non prodest colonis 11.1. 46
Privilegium publicatum præsumitur usu receptum, 7. 2. 26
Privilegium personale non egreditur personam illius, cui conceditur, 9.2. 33
Privilegii verba in rem concepta indicant illud esse reale 16.6. 58
Ampl. quamvis simul adsit expressio personarum, 9.8. 33
Privilegium reale suffragatur successori, 10. 25. 45
Ampl. sive sit successor universalis sive particularis, 16.5. 58
Privilegio in quo simul adest favor concedentis, non potest renunciari, 97 11. 411
Privilegio concesso Ecclesiæ non potest commendatarius renunciare 9.16. 34
Privilegii revocatio non præsumitur nisi de eâ ex professè constet, 9.19. 35
Privilegia quæ loca dicantur comprehendere 10.12. 42
Privilegium redactum ad terminos juris perinde est ac si non emanasset, 11.2. 46

Privilegium concessum militiæ & ejus hospitalibus non suffragatur hospitalibus carentibus qualitate militiæ d. 12. n.1.p.48. & 13.per tot.pag. 50
Privilegium exveritimili mente concedentis non comprehendit separata 12. 7. 49
Privilegium datum lepresis non extenditur ad hospitale in quo curantur alii infirmi quam leprosi 14.3. 50
In Privilegio quolibet attenditur mens concedentis 16.2. 58
Privilegium respiciens causam extenditur ad omnes, in quibus illa causa reperitur ibidem numer.8. & decis. 17.num.7. pag. 65
Privilegia in dubio præsumuntur realia. 16.11. 59
Privilegia Hierosolymitanæ Religionis non extenduntur ultra earum septa. 133.19. 535
Privilegia ex quibus cognoscantur esse realia 16.13. & seqq. & d.17. n.18. & seqq.
Privilegium reducens ad ius commune est latè interpretandum 16.33. 61
Etiamsi fiat alicui præjudicium ibid. num.42.
Privilegium quandoque conceditur pluribus uti singulis, quandoque ut universis & ut collegio 17.24. 68
Privilegium concessum civitati an prosit comitativis & forensibus ibid. n.30.
Privilegia non extenduntur de personâ ad personam, nec de re ad rem. 19.5. 83
Sunt strictè intelligenda 24.15. 117
Privilegia latè sunt interpretanda, quando abàs essent inutilia A. 108
Item quando sunt concessa ex causâ onerosâ ibid.
Fallit quando causa onerosa aliundè compensatur 25.10. 121
Privilegiorum communicatio non capit ea quæ sunt speciali notâ digna A 108
Non capit exemptionem à decimis quia est exorbitans. 24.14. 116
Privilegii interpretatio ad quem spectet. A 323
Privilegium Apostolicum quando dicatur Authenticum & in formâ probanti 73.2. 330
Privilegium declaratur ex suo tenore 25. 8. 221
Privilegii interpretatio cujus sit 25. 20. 122
Privilegia non adeo strictè sunt intelligenda ut verborum proprietas relinquatur 26.14. 126
Privilegium ex causâ onerosâ interpretandum est secundum jus commune 26.24. 127
Privilegia eximentia Monasteria & eorum membra, non eximunt castra & populum 27.6. 133
Privilegia loquentia de Ecclesia & Clericis, non extenduntur ad Parochos & & Parochianos 33.10. 155
Privilegium non suffragatur illi, qui eo uti non vult 71 3. 320
Privilegium de non solvendâ canonicâ portione valet etiam non factâ mentione percipientis 43.1. 196
Privilegia ad futura non extenduntur 45. 4. & 16. 202
fallit quando sunt universalia d. 57. numer. 26, pag. 266. decis. 58. numer. 3.

numer.3.p.268.d.59.n.12. p.273.
Privilegia erigendi Ecclesias an intelligantur cum licentiâ ordinarii 58.7. 268.
Privilegium continens materiam criminosam non censetur Papa voluisse concedere. 59.26. 275
Privilegia ex causâ an & qualiter sint revocabilia A. p. 363. & dec. 83. num.1. & seqq. p. 364. dec.83.n.5. & 6.p.370.
Privilegia ex causa publicæ utilitatis concessa non censentur revocata per clausulas quantumvis prægnantes. 83. 4. 365
Privilegium primum non censetur sublatum per secundum, nisi de illo fiat mentio 84.5. 367
Privilegio abutens illo privari debet 87. 3. 374
Privilegium insertum corpori juris an & qualiter tollatur per derogatorias. A. 375
Privilegia emanata per viam legis generalis an cadant sub revocatione regularum Cancellariæ. 90.5. 383
Privilegium qualiter amittatur per non usum. A.p.385.& dec.92.n.9.& 10.p. 390.d.93. n.10.p.394.
Privilegium concessum ab Episcopo quando valeat 91.2. 386
Privilegium posterius derogat cuicunque constitutioni anteriori 93.11. 394
Privilegia suppressorum non transeunt in subrogatos sub alia qualitate 94. 14. 399
Privilegium Monasterii extenditur ad parochialem unitam 122.5. 497
Probatio facta ad coadjuvandam primam non dicitur nova. 22.42. 106
Probationes plures imperfectæ junguntur ad faciendam perfectam. 36. 1. 167
Probationes de stylo Rotæ non sunt coangustandæ 47.7. 220
Probatio plena ubi requiritur, non sufficiunt præsumptiones 55.17. 257
Probatio levis & præsumpta sufficit in his quæ incidenter in judicium deducuntur.72.2. & 3. 326
Processus originales dati ab actuario causæ probant, etsi fuerint extracti lite pendente & sine citatione 22. 40 106
Procurationis solutio non arguit subjectionem quando fit sub titulo revelationis.42.21. 193
Productiones quando non dicantur in forma probanti. 138.13. 735
Proœmii verba in privilegiis arguunt mentem concedentis & denotant causam finalem dec.12,n.2.p.48.d.36 n.7. p. 168
Protectio specialis Papæ eximit Ecclesiam ab ordinario 42.3.& 5. 190
Protectio simplex alicui comissa non tribuit jurisdictionem 52.3. 245
Protestatio facto contraria nihil operatur 18.34. 80
Provisio ineffectuata, vel facta per viam resignationis non mutat statum beneficii 107.24.& 26. 452
Provisus ab ordinato in vim concordatorum est legitimus contradictor adversus gratiosè subrogatum 107. 29. 453

Q.

Qualitatis utriusque concursus an & quando requiratur. 12. 4. 48
Qualitas quæ dicatur notoria. 116. 5. 475
Quarta Canonica debetur Episcopo etiam à Parochis ordinum Equestrium 125. 2. 539

R.

Recognitio censetur facta occasione exemptionis. 8. 11. 30
Recognitiones & solutiones præsumuntur factæ in vim præcedentis tituli. 57. 10. 264
Referens non plus probat quam relatum 36. 16. 170
Regula octava Cancellariæ derogat privilegiis etiam amplissimis. 90. 2. 382
Regulæ Cancellariæ derogant quibuscunque privilegiis. 103. 2. 439
Regulares alii sunt propriè tales, alii impropriè. 35. 9. 163
Regulares non tenentur solvere decimas de novalibus. 88. 1. 376
Regulares non possunt absolvere à casibus Episcopo reservatis. A. 455
Remedium l. diffamari non competit ei qui non possidet. 68. 1. 338
Remissoria denegatur si testes examinandi deberent esse ætatis antiquissimæ. 7. 9. 27
Remissoria in materiâ gravi & præjudiciali datur etiam ad probandum id quod potest per scripturas probari. 47 11. 221
Remissoria ex quibus denegari soleat. 59. 21, & seqq. 274
Renovationes successivæ primam concessionem præsupponunt. 57. 1. 264
Renunciatio non præsumitur ex actibus indifferentibus. 55. 13. 257
Renunciatio extorta per vim & metum, nullius est momenti. 93. 3. 393
Renunciatio exemptionis an sustineatur in præjudicium renunciantis. 93. 6. 394
Renunciare non possunt exempti privilegiis suis in præjudicium Sedis Apostolicæ. 96. per tot.
Res aliena concedi aut donari scienti à scIente non potest. 57. 11. 264
Reservatio reverentiæ in ordinario arguit exemptionem in cæteris. 42. 18. 194
Reservatio beneficii debet concludenter probari. 55. 17. 257
Resignationis non publicatio excusatur ob impedimentum litis 64. 36. 297
Restitutio in integrum adversus sententiam non datur sine læsione. 10. 1. 38
Restitutio non datur ubi non constat de injustitiâ vel nullitate sententiæ. 22. 47. 107.
Retentio quando competat mulieri in bonis viri. 46. 47. 216
Romæ nullus adest ordinarius præter Papam. 2. 14. 12
Rota non solet sententias incidenter revocare. 17. 41. 70

S.

SCientia & consensus præsumitur ex lapsu longissimi temporis, & actuum multiplicitate. d. 10. n. 16. p. 43. d. 69. n. 22. p. 214.

Scientia principis præsumitur ex scientiâ ejus officialium. 63.8. 289
Scientia Papæ ex quibus desumitur. 64. 24. 296
Scientia & patientia adversarii non requiritur quando constat de alio titulo 102.24. 237
Dictio Scilicet quando stet restrictivè & quando ampliativè.10.23. 42
Scripturæ extractæ & compulsatæ lite pendente & sine compulsoriâ & citatione partis nullam fidem merentur. 9. 11. 34
Scripturæ quæ non sunt in actis, non sunt attendendæ. ibid. n.12.
Scripturas impugnare non potest, qui eas produxit. 22.38. 105
Scripturæ nulliter compulsatæ probant si sunt antiquæ & originales. 22.43. 107
Scriptura in formis plenè probat concurrentibus adminiculis. 29.15. 141
Item concurrente observantiâ.73.8. 331
Scriptura extracta ex alicujus archivio probat contra illum. 29.16. 141
Scriptura exemplata & informis probat contra illum qui eam exemplari fecit ibid.n.17.
Scriptura vera in parte, præsumitur vera in totum, ibid. n.19. 142
Scriptura una declarat aliam.36.17. 170
Scriptura transumpta ut probet, quæ requirantur. 73. 3. 330
Seminarii contributio facienda est etiam ab his qui sunt nullius Diœcesis. 10. 22. 44
Sententiæ quando dicantur conformes.2. 3. & 4. 10
Sententiæ validitas apparet ex revolutione actorum. 59. 2. 273
Sententia contra Episcopum lata an & quando præjudicet successori.10.5. 39
Sententia antiqua ultra centum annos probat sine actis. 10.11. 41
Sententia contra sententiam quando valeat non revocatâ priore.22.2.&3. 101
Sententia ad favorem Episcopi agentis nomine Ecclesiæ prodest successoribus.22.21. 103
Sententia potest confirmari ex noviter deductis 46.36. 215.
Sententia lata sine citatione partis est nulla 52.1. 244
Sententia notoriè injusta etiam post lapsum fatalium potest revocari. 82. 7. 362
Sententia quando non vulneret viam executivam. 94. 6. 397
Sententia lata contra possessorem majoratus an præjudicet successoribus. 78. 4. 350
Sententiæ verba dubia declarantur ex libello.125.2. 507
Sententia contra Episcopum lata non citato Capitulo non valet. 132.4. 529
Ex separatis non fit illa 10.1.10. 7
Sigilli omissio non vitiat scripturam, nisi partes expressè voluerint aliter non valere. 29. 14. 141
Situatio probatur per testes. 18.4. 76
Situatio probatur ex testibus instrumentis & planta.19.2. 83
Situatio quibus argumentis probatur.133 4. 533
Situatio intra limites Episcopi præsumitur

nullo alio ordinario concurrente, ibidem.
Situatio intra territorium ex quibus probetur. 127.2. & seqq. 513
Solennitates in contractibus minorum sunt inventæ ad ipsorum utilitatem 46. 58. 218
Solutiones annuæ probant superioritatem ejus cui solvitur 3.1. 16
Solutio pro parte rei alterius partis libertatem denotat 15.9. 55
Solutio annua quæ fit Ecclesiæ Romanæ arguit exemptionem 42.8. 190
Solutiones factæ ad formam privilegii, censentur factæ in ejus executionem 73.10. 332
Solvens collectas an præjudicet suo privilegio. 131.9. 527
Status ultimus attenditur ad cognoscendam qualitatem beneficii 107.23. 452
Statutum recipit interpretationem à jure communi 1.6. 6
Statuta Urbis confirmata à Papa comprehendunt etiam loca pia, Monasteria, & personas Ecclesiasticas 2.2. 10
Statutum exclusivum fœminarum non excludit nisi ab hæreditate dotantis 46. 48. 217
Statutum loci mariti attenditur circa lucrum dotale 46.50. 217
Statutum unum suppletur ab alio 48. 2. 227
Statutum laicale an comprehendat Ecclesiasticos 48.4. & 10. 228
Subditus litigans cum superiore quomodo eximatur d. 4. n. 1. p. 19. d. 5. n. 4 p. 51
Subditis præstantibus ampla servitia faciendæ est remuneratio 86.2. 372
de Supreptione dici non potest sine oris apertione, quando in concessa sublata est facultas opponendi 45.14. 204
Subrogatio gratiosa non obstat provisioni vim concordatorum 107.32. 453
Substitutioni fit locus deficiente conditione institutionis 2.38. 15
Supposito cessante cessat dispositum 41. 11. 187
Synodo quinam exempti interesse teneantur. A. 429

T.

Territorii separatio requirit vel privilegium Apostolicum vel immemorabilem 19.8. 83
Territorium separare est solius Papæ d. 27. n. 2. p. 132. d. 29. n. 29. p. 142. d. 31. n. 11. p. 149
Territorium non omnino separatum, sed quasi sub Episcopo est præscriptibile 31. 14. 149
Tertius potest intervenire ad causam duplici viâ. A. 348
Tertius comparens quando dicatur ad causam admissus 71.8. 321
Tertius comparens non mutat statum & naturam judicii 79.7. 353
Tertius quando dicatur venire, ut in primâ vel in statu & terminis 78. 2. & seqq. 350
Testes super immemorabili qualiter deponere & cujus ætatis esse debeant, dec. 18. num. 11. & seq. p. 77. d. 19. num. 15. p. 84. d. 21. num. 10. p. 94. d. 32. num. 3. p. 151
Testes examinati lite pendente & parte non

non citatâ nihil porbant. 21. 11. 95
Teſtes deponentes pro eo qui habet juris aſſiſtentiam, majorem fidem merentur 22. 43. 106
Teſtes habentes affectionem vel intereſſe in causâ non probant 64.11. 295
Teſtes demendacio convicti nullam faciunt fidem. 30 22. 146
Teſtes de auditu nihil probant. 33.13. 156
Teſtes debent deponere in ſpecie ſuper re de qua agitur 66.14. 303
Teſtes in juriſdictionalibus debent etiam non interrogati reddere cauſam ſuæ ſcientiæ. 69.3. 312
Teſtis deponens ſuper negativâ qualiter reddat rationem. ibid.n.4.& 5.
Teſtis de famâ debet deponere de tempore ante motam litem ibid. n. 12. 313
Titulus revocatus habetur pro non titulo 20.13. 145
Totum infert ad quamlibet partem. 45 21. 205
Traditio rei donatæ præſumitur ex hoc quod donatarius diſpoſuit de re 57. 18. 265
Tranſactio inita cum Prælato non præjudicat Eccleſiæ aut ſucceſſoribus. 22. 22. 103
Ampl. ut & ipſe tranſigens poſſit nomine ſuæ Eccleſiæ contravenire tranſactioni ſuæ ibid.num.16.
Tranſigendi cauſa non probatur ex narrativâ partium 22.30. 104
Tranſactio habet vim rei judicatæ 29. 26. 142
Translatus populus & clericus cui ſubjiciatur. A. 165
Tribunus militum debet audire eorum querelas, & quando id fallat. 50. 1. & 4. 235.
Turnarius habet exercitium juris conferendi à capitulo. 64. 29. 297
ejus facultates ſatis probantur, ſi proviſiones à capitulo ſint admiſſæ ibid. n. 35.

V.

Dictio Vel eſt augmentativa. 1.5. 6
Verba generalia apta ſunt comprehendere omnia 2.19. 12
Verba prolata ab habente poteſtatem diſponendi important cauſam non conditionem. 1.3. 6
Verba honoris cauſa prolata, & quæ factum ſupponunt, non diſponunt 2. 35. 14
Verba in dubio ſtant demonſtrativè, non taxativè 10. 8. 40
Verba perſonalia in privilegiis dicuntur ſtare demonſtrativè. 17.20. 67
Verba privilegii propriè ſunt accipienda. 26.22. 127
Verba narrativa recipiunt conditionem ſi ita eſt 31.8. 149
Verba generalia reſtringuntur ad terminos diſpoſitionis 103. 6. 440
Vicarius urbis eſt ordinarius in urbe Româ, & ei non ſubiiciuntur Regulares. A. p.6. & dec.2.n.16. p.12.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vicarii generalis constitutio est in mero arbitrio Episcopi. 21.19. 96
Quidsi Diœcesis sit valdè ampla ibid.n. 25.& 26. 97
A Vicario non appellatur ad Episcopum sed ad Metropolitanum ibid.n. 20. 96
Vicariæ an sint perpetuæ in parochiis regularium. A. 455
Visitationes probantur ex publicis instrumentis. 19. 28. 86
Visitationes præsumuntur factæ jure ordinario ibid.n.29.
Visitandi consuetudo contra Episcopum debet esse saltem quadragenaria. 28. 2. 136
Visitandi jus spectat ad Episcopum non obstantibus quibuscumque privilegiis 134.3. 538
Visitatio semper censetur præservata Episcopo, nisi expresse fuerit translata.29 23. 141
Visitatio quoad curam animarum pertinet ad Episcopum etiam in locis exemptis ibid.n. 30. 142
Visitatio locorum nullius diœcesis spectat ad episcopum viciniorem. 38. 5. 177
Visitator specialis an excludat generalem 52.17. 246
Visitandi jus censetur concessum cumulativè cum Episcopo. 53. 4. 249
Visitationes ab Episcopo factæ post Concilium Tridentinum non tribuunt jus considerabile. 91.5. 387
Visitationes alicujus Ecclesiæ an suffragentur ad aquirendam Jurisdictionem Ordinariam 129.11. 519
Visitare non potest ordinarius loca exemptâ regularia, in quibus regularis observantia exercetur, 93.12. 394
Visitari ab Episcopo quando possint Ecclesiæ & personæ exemptæ. A. 430
Visitatio spectat ad Episcopum in Ecclesiis regularium cur ratis.101.1.& seq.432
Declara quia non potest visitare altaria quibus non imminet cura, 102. 3. 435.
Visitatores non possunt imponere pœnam privationis beneficii. A. 479
Ultima voluntas latam recipit interpretationem. 12. 5. 49
Una & eadem res non debet diverso jure censeri, dummodo sit eadem ratio 16. 9. 58
Unio intelligitur facta sine præjudicio tertii. 1.9. 7
Unio beneficii denotat subjectionem ad unientem .99.19. 424
Universitas vel collegium non venit appellatione personarum, 81.3. 569
Universitatis jus residet etiam in uno ibid. n.4. 361.

FINIS.


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CHORTEA

De Iurisdict. Ordinar.

in Exemptos Regulat.

Th
4759

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


CHOKIER
Ordinarii
In Exemptos
GIII
23